ACTA PONTIFICUM DANICA

PAVELIGE AKTSTYKKER VEDRØRENDE DANMARK


1316—1536

IV BIND

1471—1492

UDGIVET AF

ALFR. KRARUP OG JOHS. LINDBÆK



UDGIVET PAA CARLSBERGFONDETS BEKOSTNING

KØBENHAVN

I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD

1910

TRYKT HOS NIELSEN & LYDICHE (AXEL SIMMELKIÆR)

INDLEDNING.

Principperne for Udgivelsen af dette 4. Bd. af Acta pontificum Danica er ganske de samme som ved 3. Bd. Hovedmassen af Brevene er trykt efter Afskrifter fra Vatikanerarkivet, tagne af Dr. M. Mackeprang 1896—97, undertegnede Krarup 1897—98, undertegnede Lindbæk 1898—1900 og 1906 og Bibliotekar Raphael Meyer 1899—1900 i Samarbejde med de svenske og norske Udsendinge i Rom (Dr. K. H. Karlsson og Professorerne Gustav Storm og Alex. Bugge).

Ligesom i 3. Bd. har vi ogsaa her søgt at faa med, hvad der findes af Brevstof i danske Arkiver og i Universitetsbibliotekets Samlinger; et enkelt Brev (Nr. 2726) skriver sig fra Statsarkivet i Venezia. For de danske Breves Vedkommende har vi atter fundet megen Hjælp hos Arkivsekretær, Dr. William Christensen, hvorfor vi er ham overordentlig taknemlige.

Brevene fra Lunde Stift er indtil 1485 incl. trykt i Diplomatarium diocesis Lundensis IV, som vi har citeret efter Oplysninger fra Udgiveren, Landsarkivar Dr. L. Weibull, hvilke imidlertid har vist sig ikke altid at stemme med den trykte Udgaves Numre; ved Hjælp af Datoen vil Brevene dog altid kunne findes. Efter 1485 har vi ikke heller optrykt de lundske Breve, men nøjedes med Henvisninger til, at de vil blive trykte i Lundediplomatariets 5. Bd.

For Hjælp med Bestemmelsen af de danske Adelige skylder vi Arkivar Thiset megen Tak; som ved de tidligere Bind har Rektor Jul. Nielsen i Ribe, Dr. E. Ranuzzi i Rom og Professor M. C. Gertz ydet os Hjælp ved Korrekturen og derved paa over-

maade mange Punkter forbedret Teksten baade ved Revision og Konjektur.

Siden Afslutningen af 3. Bd. er Dr. K. H. Karlsson i Maj 1909 afgaaet ved Døden. Under sit seksaarige Ophold i Rom (1894—1900) arbejdede han sammen med næsten alle de danske og norske Udsendinge, og ved sit store Kendskab til middelalderlig Historie, Sprog og Skrift, et Kendskab, som han altid med stor Redebonhed stillede til vor Raadighed, var han os til uvurderlig Hjælp. Vi føler Trang til ogsaa nu at udtrykke vor Tak for det, han har været for os alle under Arbejdet i Rom, og beklage, at hans tidlige Bortgang har hindret, at det blev ham, der fik afsluttet Udgaven af de svenske Vatikanafskrifter, en Arv, som det dog forhaabentlig inden alt for lang Tid vil blive forundt en anden at løfte.

København, i September 1910.

Alfr. Krarup. *Johs. Lindbæk.*

SIXTUS IV

valgt 9. Aug. 1471, viet 25. Aug. 1471, død 12. Aug. 1484.

2453. 25. Aug. 1471—12. Aug. 1484.

Klerken Henrik Rob fra Viborg Stift faar Dispensation til at modtage og beholde flere ellers uforenelige Embeder.

Vibergensis. Enricus Rob. Dispensatio ad incompatibilia.

Uddrag i Indice 332 efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixti IV an. 3 lib. 13 fol. 269.

2454. 25. Aug. 1471—Slutningen af 1477.[1]

Ridderen Otte Nielsen (Rosenkrantz) til Bjørnholm faar Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som kan give ham Aflad i visse Tilfælde og Plenaraflad een Gang foruden i Dødsøjeblikket.

Ut conscientie puritati et anime saluti Ottonis Nicolai Arusiensis diocesis salubrius consulatur, supplicat, quatenus sibi, ut confessor idoneus secularis vel regularis, quem duxerit eligendum, ipsum ab omnibus excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, tam a jure quam ab homine apostolica seu quavis alia auctoritate in eum . . latis, inflictis et promulgatis, necnon ab omnibus peccatis, criminibus, excessibus et delictis suis ac votorum quorumcunque transgressionibus, perjuriorum et homicidii voluntarii vel mentalis reatibus, manuum violentarum in personis ecclesiasticis injectionibus, penitentiarum injunctarum omissionibus ac aliis excessibus et delictis quibuscunque, etiam quantumcunque enormibus, de quibus corde contrictus (!) et ore confessus fuerit, etiam si talia forent, propter que merito sedes apostolica consulenda esset, de reservatis semel in vita et in mortis articulo

---

[1]) Otte Nielsen (Rosenkrantz) døde i 1477.

et de non reservatis totiens, quotiens opus fuerit, absolvere[1]) et penitentiam salutarem injungere ac vota quecunque per eum forsan emissa in alia pietatis opera commutare ac juramenta quecunque relaxare, necnon semel in vita et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum etiam a pena et a culpa remissionem impendere possit, sibi et eidem confessori licentiam concedere dignemini. Fiat in forma. F. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat absque aliarum litterarum desuper confectione. Fiat. F. *Uden Dato.*

Orig. paa Perg. i Danske Selskabs Membraner (R. A.).

2455. 25. Aug. 1471.

Paven befaler Abbederne i Sorø og Æbelholt og Dekanen i København at tildele Roskildekanniken Niels Skave et større Præbende i Roskilde, hvorom han førte Proces med Jakob Pedersen, og hvorpaa Paulus II 25. Maj 1471 havde givet ham Bevilling (Nr. 2451), uden at der dog var udstedt nogen Bulle.

De Sora et de Paraclito monasteriorum abbatibus ac decano ecclesie b. Marie Haffriensis (!) Roskildensis diocesis. Rationi congruit [etc.]. Dudum siquidem Bonifacius papa VIII omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia et inantea vacatura dispositioni sue reservavit; et deinde, cum canonicatus et maior prebenda ecclesie Roskildensis, in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, quos bone memorie Olauus episcopus, tunc electus, Roskildensis tempore promotionis per Nicolaum papam V . . facte de persona sua ad dictam ecclesiam . . obtinebat, per promotionem huiusmodi ac munus consecrationis eidem episcopo tunc electo impensum apud sedem predictam vacarent tunc . . ., Paulus papa II . ., volens Nicolao Skawe, asserenti se de militari genere procreatum et canonicum predicte ecclesie minori prebenda prebendatum existere, et quod Jacobus Petri, qui se gerit pro clerico Roskildensis diocesis, in antedicta maiori prebenda pretextu collationis ordinarie sibi contra reservationem huiusmodi de facto facte absque aliquo titulo se intruserat ac illam per multos annos citra detinuerat, prout detinebat, indebite occupatam, apud ipsum Paulum predecessorem de nobilitate generis, vite ac morum honestate . . . multipliciter commendato . . ., gratiam facere specialem . . ., sub data videlicet diei 8. kal. junii anno 7 voluit certis dari judicibus in mandatis, ut, vocatis dicto Jacobo et

[1]) Gz. — Cod. absolutionem

aliis, qui forent evocandi, si dictam maiorem prebendam [fructus 8 mr.] premisso sive alio quovis modo . . . vacare repperirent, illam . . . . ., dummodo eius dispositio ad ipsum Paulum predecessorem ea vice pertineret . ., eidem Nicolao auctoritate apostolica conferrent. Ne autem prefatus Nicolaus voluntatis huiusmodi pro eo, quod super illa dicti Pauli predecessoris littere, eius superveniente obitu, confecte non fuerint, frustretur effectu, aut de illa valeat quomodolibet hesitari, volentes . ., quod voluntas Pauli predecessoris huiusmodi perinde a dicta die 8. kal. junii suum sortiatur effectum, ac si super illa dicti Pauli predecessoris littere sub eiusdem diei data confecte fuissent, quodque presentes littere ad probandum plene voluntatem Pauli predecessoris ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, discretioni vestre mandamus, quatenus. si, vocatis dicto Jacobo et aliis, qui fuerint evocandi, maiorem prebendam predictam dicta die 8. kal. junii vacavisse et tunc vacare reppereritis, et eius dispositio ad ipsum Paulum predecessorem ea vice pertinebat, illam eidem Nicolao auctoritate apostolica conferre curetis juxta voluntatem Pauli predecessoris antedicti. Datum Rome 8. kal. sept. anno 1.

XXII.
Reg. Vat. 553 fol. 214 v.

2456. **11. Nov. 1471.**

Klerken Ludolf Nurwes fra Slesvig Stift faar et Kanonikat i Slesvig.

Supplicat Ludolphus Nuurwes clericus Slesvicensis, quatenus sibi de certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, ex eo, quod quidam Andreas Petri illos obtinens cum quadam puella matrimonium per verba legitima contraxit et illud consummavit, vacantibus [fructus 3 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Mont. Datum Rome 3. id. nov. anno 1.

Suppl. 666 fol. 140 v.

2457. **12. Nov. 1471.**

Prioren og Kapitlet i Odense faar tilstaaet 7 Aars Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger St. Knuds Kirke i Odense; Ansøgningen ønskede en større Aflad i Lighed med den, der var bevilget Antoniterklostret i Morkær.

Dudum Bonifacius papa VIII, cupiens, ut ecclesia s. Kanuti Ottoniensis congruis honoribus frequentaretur et conservaretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in die b. Marie Magdalene et per septem dies immediate sequentes eandem eccle-

siam devote visitarent . . ., illam indulgentiam et remissionem peccatorum concessit, quam ecclesiam domus s. Antonii in Morker Slesvicensis diocesis in festo Corporis domini nostri Jesu Christi visitantes annuatim quomodolibet consequebantur, et nichilominus, ut fideles Christi ad huiusmodi indulgentiam assequendam magis animarentur, priori dicte ecclesie s. Kanuti, qui pro tempore foret, sex vel plures presbiteros ad hoc idoneos seculares vel religiosos in eadem ecclesia singulis annis in confessores, huiusmodi indulgentia durante, qui confessionem quarumcunque personarum, que ad ipsam ecclesiam eam indulgentiam consequen[di causa] accessissent, audire valerent, deputandi ac eisdem confessoribus ipsarum personarum confessionem audiendi et ipsis diligenter auditis eisdem personis absolutionem debitam auctoritate apostolica impendendi et injungendi penitentiam salutarem, nisi forte talia forent, propter que sedes apostolica esset merito consulenda, eadem auctoritate plenam concessit facultatem . . . Ut autem Christi fideles eo libentius ad ecclesiam predictam confluant . ., supplicatur ergo pro parte prioris et capituli ecclesie Ottoniensis, quatenus indulgentiam, remissionem et litteras predictas ac omnia in eis contenta confirmare ac etiam innovare et nichilominus pro potiori cautela universis Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Kanuti predictam in die b. Marie Magdalene et per septem dies immediate sequentes huiusmodi visitaverint . . . . ., illam indulgentiam et remissionem peccatorum concedere, quam ecclesiam domus s. Antonii huiusmodi visitantes annuatim quomodolibet consequuntur, et nichilominus eidem et pro tempore existenti priori ecclesie s. Kanuti huiusmodi sex vel plures presbiteros seculares vel religiosos, qui confessiones, ut prefertur, audiant et pro commissis penitentiam salutarem injungant, ut premittitur, deputandi licentiam concedere dignemini, non obstante regula v. s., qua voluit, quod littere non expedirentur super indulgentiis ad instar, nisi specificarentur. Fiat de indulgentia septem annorum. F. Datum Rome pridie id. nov. anno 1.

Suppl. 666 fol. 53 v.

2458. 12. Nov. 1471.

Paven tilstaar Aflad til dem, der paa Marie Magdalenes Dag besøger St. Knuds Kirke i Odense; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ante thronum divine maiestatis fideles Christi sanctorum sanctarum-

que piis adjuti suffragiis ad illorum celebranda festiva solennia eo debent ferventius incitari, quo talium patronorum fulciti presidiis potiora retributionis premia exinde uberius valeant promereri. Unde nos more pastoris vigilis oves nostre cure commissas, quas cupimus in celesti patria collocari, ad ipsorum sanctorum ac sanctarum trahemus libenter obsequia, ut eos in conspectu domini devota veneratione collaudent. Cupientes igitur, ut ecclesia s. Canuti Ottoniensis congruis honoribus frequentetur [etc. som Nr. 860], omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam predictam in festo b. Marie Magdalene devote visitaverint annuatim, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome pridie id. nov. anno 1.

P. XXXXV. de Varris.
Reg. Lat. 718 fol. 92 v.

2459. **1. Dec. 1471.**

Paven giver Prioren og Kapitlet i Odense Bekræftelse paa deres Privilegier og Ejendomme.

Priori et capitulo ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti. Cum a nobis petitur [etc.]. Eapropter vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris sive per privilegia vel alia indulta vobis et ecclesie vestre concessas, libertates quoque et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus vobis et eidem ecclesie rationabiliter indultas, specialiter autem fructus, grangias, domos, agros, terras, possessiones, villas, silvas, piscarias, prata, molendina aliaque mobilia et immobilia bona ad mensam capitularem dicte ecclesie legitime spectantia necnon b. Marie in Patorp, Wbberudhe, Stenløsæ, Aasum, Sertzløff et Risæ in Erriæ parrochiales ecclesias Ottoniensis diocesis eidem mense canonice unitas cum omnibus juribus et pertinentiis suis, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis, vobis et per vos eisdem ecclesie et mense confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Rome kal. dec. anno 1.

Afskrift i »Odensebogen« (Upsala Universitetsbibliotek, De la Gardies Donation Nr. 39) efter tabt Bulle, derefter i L. Dipl. Trykt daarligt i Pontoppidan, Ann. eccl. Dan. II, 654; Reg. 4422.

2460. **20. Dec. 1471.**

Slesvigkanniken Hans Breide ansættes som Klerk i Supplikkontoret.

Cum Hennichus Cossebade clericus registri supplicationum apostolicarum officium clericatus dicti registri, quod obtinet, in manibus s. v. vel alterius ad id potestatem habentis exnunc resignet, supplicat Johannes Breide canonicus Slesvicensis, de militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus, resignationem huiusmodi admittentes seu per aliquem magistrorum dicti registri admitti mandantes, officium predictum cum emolumentis, juribus, gratiis, honoribus et oneribus consuetis Johanni Breide conferre . . necnon [ipsum] numero et consortio aliorum dicti registri clericorum aggregare dignemini. Fiat. F. Datum Rome 13. kal. jan. anno 1.

Suppl. 667 fol. 149.

2461. **31. Dec. 1471.**

Paven paabyder paa Grund af den stærke Fremtrængen af Tyrkerne, der nylig har erobret Albanien og Eubøa, og fordi Paulus II har brugt en stor Del af Pavestolens Midler (200,000 Gylden) til at understøtte Despoten paa Morea, Skanderbeg og andre af Troens Forsvarere, en almindelig Tiende af alle Gejstlighedens Indtægter, undtagen Johanniternes, i Kong Christierns Riger og Lande. Tienden skal opkræves af Pavens Nuntius og Kollektor Marinus de Fregeno.

Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis ad applicanda ecclesiarum omnium commoda *(Dipl. Norv. VI, 603—608; Reg. *6950)*. Datum Rome pridie kal. jan. anno 1.

Arm. 31 vol. 62 fol. 15; ep. 11.

2462. **31. Dec. 1471.**

Paven tillader sin Nuntius og Kollektor i Norden Marinus de Fregeno i Anledning af den paatænkte Krig mod Tyrkerne, hvis Grusomhed skildres med stærke Farver, at give de Indbyggere i Kong Christierns Lande samt i Lifland, Lithauen, Münster, Verden og Camin Stifter, Øst- og Vestfrisland, Ditmarsken, Mecklenburg, Lübeck By og Stift, der betaler et bestemt Bidrag til Korstoget, Lov til at vælge en Skriftefader, der een Gang i Livet og i Dødsøjeblikket kan give dem Plenaraflad for de fleste Forseelser og tillade dem at ombytte nogle fromme Løfter med andre.

Ad perpetuam rei memoriam. Ad apicem apostolatus *(Dipl. Norv. VI, 608—611; Reg. *6951)*. Datum Rome pridie kal. jan. anno 1.

Arm. 31 vol. 62 fol. 12 v; ep. 10.

2463. **31. Dec. 1471.**

Paven befaler sin Nuntius og Kollektor i Norden Magister Marinus de Fregeno at indkræve, hvad der maatte indestaa hos nogle af hans nordiske Subkollektorer fra Pius II's Tid, samt de 400 Gylden, som Dominikanermunken

Johannes de Castrocoronato havde indsamlet til Hjælp for Kongen af Cypern, og som nu var deponeret hos nogle Borgere i Göttingen. Marinus skal endvidere gaa skarpt frem overfor dem, der falskelig prædiker Plenaraflad, som er ophævet eller suspenderet, fængsle dem og konfiskere al deres Ejendom. Alle tidligere Fuldmagter for andre, særlig for Dekanen Henricus Pomert i Hamburg, ophæves.

Marino de Fregeno clerico Spoletane diocesis sacreque theologie magistro ac camere apostolice clerico necnon per loca totius ditionis Christie[r]ni Dacie, Svecie, Norvegie, Gothorum Flauorumque (!) regis ducisque Slesvicensis, Holsatie quoque [et] Scolmarie (!) comitis, et per nonnullas alias christianorum regiones nuntio et collectori nostro. Tua erga nos et sedem apostolicam fides *(Dipl. Norv. VI, 611—615; Reg. *6952)*. Datum Rome pridie kal. jan. anno 1.

Arm. 31 vol. 62 fol. 18; ep. 12.

2464. **1. Jan. 1472.**

Kong Christiern faar bevilget Ventebreve til 54 Gejstlige.

Supplicat Cristiernus Dacie Svecie Norvegie et Gotorum rex, dux Slesvicensis et comes Holsacie etc. in personas infrascriptorum, quatenus ipsis nominatim inferius descriptis de duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum etiam maiorum quarumcunque duarum cathedralium seu metropolitanarum vel collegiatarum ac dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis etiam curatis et electivis alicuius earumdem ecclesiarum necnon de uno vel duobus beneficio vel beneficiis, etiam si alterum cum cura aut decanatus vel archipresbiteratus ruralis, qui dignitas etiam curata extra tamen cathedralem ecclesiam reputetur, seu quodlibet eorum canonicatus et prebende dignitas, personatus, administratio vel officium etiam curatum et electivum in eisdem ecclesiis fuerint, vacantibus vel vacaturis, spectantibus ad collationem etc. omnium collatorum et collatricum secularium aut quorumcunque ordinum regularium per quemlibet eorumdem in confectione litterarum ubilibet eligendorum, etiam ratione dignitatum etc. providere cum formulis, supplementis et additamentis, [non obstantibus] . . statutis et consuetudinibus ecclesiarum huiusmodi et presertim illis, quibus caveri dicitur, quod nullus inibi maiorem aut mediam prebendam obtinere possit, nisi prius de minori ad mediam et media ad maiorem vel minori ad maiorem gradatim ascendat, juramento etc. roboratis, quibus hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogare, necnon cum eisdem, ut quecunque duo curata vel alias invicem

incompatabilia beneficia . . . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerint, retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens eis placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia recipere et retinere similiter libere valeant, et cum patientibus ex infrascriptis etatis et natalium defectus ad plenarium effectum premissorum et gratie huiusmodi consequende dispensare dignemini. Fiat de expectativis pro omnibus. F.

Johanni Scameel decretorum doctori.

Heinrico Georgii in artibus magistro.

Henrico Herhe in artibus magistro.

Johanni Emeke.

Johanni Johannis decretorum doctori, ex utroque parente de nobili genere procreato.

Gosuino Rempgin decretorum doctori, in artibus magistro.

Hugoni Ferster in utroque jure licentiato.

Wilkyno Meyleff in artibus magistro.

Johanni Bermans.

Heinrico Gerdynck.

Johanni Brant, alias Beeker.

Johanni Pliyt.

Rodolpho de Rettorp, ex utroque parente de nobili genere procreato.

Martino Tustohaw.

Hermanno Bolterman in artibus magistro.

Nicolao Gernew.

Heinrico Hunoldi.

Johanni Scuuebusch.

Johanni Langen.

Ludolpho Telung in decretis licentiato.

Johanni Neue in artibus magistro.

Johanni Lerer.

Siffrido Zestede.

Johanni Lene.

Gerardo Wrinstorp.

Conrado Heyne.

Nicolao Schagen.

Paulo Bolis.

Johanni Ghus.

Nicolao Schomaker.

Remberto Reuil.

Valentino Stycz.
Nicolao Skawe.
Nicolao Slinckel.
Heinrico Sebbe.
Johanni Weyrhase.
Johanni Heyding.
Lamperto Vesse utriusque juris doctori.
Georgio comiti de Lyningen.
Johanni Peregrini sacre theologie professori.
Henrico Mettynck.
Johanni Muller.
Remberto Remberti.
Ottoni ther Stege.
Reynoldo Eggard.

Hartwico Bulow, de militari genere ex utroque parente procreato.

Theodrico Bulo, ex utroque parente de militari genere procreato.

Jacobo Wyte.
Johanni Heyden.
Gotschalco Breydemeyer.
Henrico Bertoldi.
Godfrido Eliupte alias Fabri.
Heinrico Ywen.
Theodrico Amules.
Et sub data kal. jan. anno 1.

. . . . . Et cum dispensatione ad duo incompatibilia de dignitatibus et duabus parrochialibus ecclesiis, et de speciali ad vitam pro omnibus graduatis et nobilibus ad vitam, et pro aliis de duabus parrochialibus ad septennium. Et cum dispensatione super defectibus etatis de tribus annis et natalium pro indulgentia. — Et quod defectus et dispensationes obtente possint exprimi in expeditione litterarum cum conditionibus singulorum. — Et quod super dispensationibus ad incompatibilia huiusmodi littere seorsum in aliis litteris expediri possint. — . . Et quod littere super gratiis predictis pro familiaribus continuis commensalibus oratoris dicti regis gratis ubique de speciali mandato s. v. expediantur, attento quod ante s. v. referendarius extitit. — Et ad secundam prebendam pro nobilibus et graduatis. Fiat ut supra. F.

Suppl. 663 fol. 30.

2465. **1. Jan. 1472.**

Klerken Jens Nielsen fra Roskilde Stift faar Ventebrev paa to Kanonikater og Præbender.

Supplicat Johannes Nicolai clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de duobus canonicatibus duarum cathedralium etiam metropolitanarum vel collegiatarum ecclesiarum cum reservatione totidem inibi prebendarum, etiam si maiores, medie aut minores, diaconales, subdiaconales aut presbiterales existunt, et ad dignitates, personatus, administrationes vel officia, necnon de uno vel duobus beneficiis consuetis clericis secularibus assignari, etiamsi decanatus vel archipresbiteratus ruralis, qui dignitas etc. reputetur, aut canonicatus et prebenda dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis huiusmodi fuerint, et ad dignitates etc. consueverint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, ad quorumcunque collatorum seu collatricum, secularium vel ordinum quorumcunque regularium, per eundem Johannem in confectione litterarum eligendorum etiam pertinentibus, si quod vel si qua vacant ad presens aut cum vacaverint, providere dignemini. Concessum in presentia pape de expectativa. Jo. Mont.

Et sub data kal. jan. anno 1. . . . Concessum. Jo. Mont.

Suppl. 663 fol. 270.

2466. **1. Jan. 1472.**

Klerken Jens Nielsen fra Roskilde Stift og Johannes Heysen faar Ventebrev paa to Kanonikater og Præbender.

Supplicant infrascripti, quatenus eis de uno vel duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum necnon dignitatis, personatus, administrationis vel officii necnon de uno vel duobus beneficio seu beneficiis, si ipsum unum vel ipsorum duorum alterum cum cura vel sine cura extiterit . . . ., etiam si ipsis seu eorum alteri cura immineat animarum, ad collationem etc. quorumcunque collatorum seu collatricum in confectione litterarum eligendorum [pertinentibus][1]), etiam ratione dignitatum huiusmodi providere ipsosque in canonicos creare, seu alias, prout eis utilius fuerit, dignemini. Concessum pro omnibus in presentia pape. Jo. Mont. Et sub data kal. jan. anno 1. Concessum ut supra. Jo. Mont.

. . . Johannes Nicolai clericus Roskildensis diocesis.

Johannes Heyson.

Suppl. 663 fol. 50.

[1]) add. Gz.

2467. **1. Jan. 1472.**

Paven befaler Provsten i [Bardewick?] i Verden Stift og Officialerne i Slesvig og Roskilde at reservere Kanonikater og Præbender i Slesvig og Roskilde for Johan Embeke.

Preposito ecclesie ss. Petri et Pauli [Bardewicensis?][1]) Verdensis diocesis et Slesvicensi ac Roskildensi officialibus. Hodie . . Johanni Embecke canonico Slesvicensi . . . unum Slesvicensis et alium Roskildensis ecclesiarum canonicatus . . contulimus et de illis etiam [providimus, etiam si ad illum, illam] vel illud[2]) consuevisset quis per electionem assumi eique cura immineret animarum, si que si qui aut si qua vacabant tunc, seu cum vacarent, que idem Johannes . . acceptaret, conferenda eidem Johanni donationi apostolice reservavimus. Quocirca discretioni vestre mandamus, quatinus . . . faciatis eundem Johannem vel procuratorem suum eius nomine auctoritate nostra in qualibet dictarum ecclesiarum [in canonicum] recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo utriusque earundem ecclesiarum assignatis, prebendas vero ac dignitatem, [personatum], administrationem vel officium huiusmodi, si que vacant aut cum vacaverint . . . eidem Johanni post acceptationem predictam auctoritate nostra prefata conferre curetis. Datum Rome kal. jan. anno 1.

Beskadiget Orig. i Statsarkivet i Slesvig. L. Dipl.

2468. **9. Jan. 1472.**

Lundekanniken Jon Clemenssen (Skalder), Vikar ved Jomfru Maries Alter i samme Kirke, faar Tilladelse til at faa et højere gejstligt Embede ved Domkirken mod at opgive sit Kanonikat eller Vikariat.

Supplicat Jonas Clementis *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 163).* Concessum et dimittat alterum obtentorum, in presentia pape. Jo. Mont. Datum Rome 5. id. jan. anno 1.

Suppl. anno 1 lib. 5 fol. 239.

2469. **12. Jan. 1472.**

Paven, der med Kraft vil optage Kampen mod Tyrkerne, udnævner den pavelige Kammerklerk Marinus de Fregeno fra Spoleto Stift til sin Nuntius og Kollektor i Kong Christierns Riger og Lande samt i Lifland, Münster, Schwerin og Camin Stifter, Øst- og Vestfrisland og Ditmarsken, befaler ham at prædike den tidligere forkyndte Korstogsaflad, roser hans tidligere Virksomhed og opfordrer alle til at støtte ham.

Marino Nicolai de Fregeno clerico Spoletane diocesis, sacre theologie magistro camereque apostolice clerico ac per terras

---

[1]) Bortskaaret i Cod. [2]) vel henvisende til et (tidligere) beneficium.

civitates et loca totius ditionis Cristierni Dacie Svecie Norvegie Gotorum Slauorumque regis ducisque Slesvicensis atque Holsatie et Stormarie comitis necnon Liuonie, diocesis quoque Monasteriensis, orientalis et occidentalis Frisie, Ditmartie nostro et apostolice sedis nuntio et collectori generali. Nonnullis jam elapsis annis *(Dipl. Norv. XVII, 1053—57)*. Datum Rome pridie id. jan. anno 1. *De curia.*

Reg. Vat. 552 fol. 22.

2470. **12. Jan. 1472.**

Paven giver Marinus de Fregeno Tilladelse til at have et Følge paa 12 Ryttere, til at tage disses Løn (1/3 Gylden om Dagen) og de andre nødvendige Udgifter — til Prædikanter, Subkollektorer o. lign. — af de indsamlede Penge og til at opkræve 2 Bajocchi af enhver, der faar et Afladsbrev.

Marino de Frigeno [etc.]. Cum de prudentia, fide et legalitate tuis *(Dipl. Norv. XVII, 1057—58)*. Datum Rome pridie id. jan. anno 1. *De curia.*

Reg. Vat. 552 fol. 97.

2471. **12. Jan. 1472.**

Paven udsteder Pas og Anbefalingsskrivelse paa ubestemt Tid for sin Nuntius og Kollektor Marinus de Fregeno med 12 Ledsagere.

Universis, ad quos presentes nostre littere pervenerint. Cum Marinus Nicolai de Fregeno *(Dipl. Norv. XVII, 1059)*, . . . presentibus ad nostrum beneplacitum valituris. Datum Rome pridie id. jan. anno 1.

Reg. Vat. 552 fol. 97 v.

2472. **12. Jan. 1472.**

Paven befaler Marinus de Fregeno at udbetale Halvdelen af, hvad han indsamler i Kong Christierns Lande, til denne, der har beklaget sig over, at hans Lande ofte hjemsøges af Kættere og Vantro. Omkostningerne skal dog først trækkes fra, og Marinus skal have ordentlig Kvittering.

Marino Nicolai de Fregeno [etc.]. Pro parte . . . regis Dacie *(Dipl. Norv. XVII, 1059—61)*. Datum Rome pridie id. jan. anno 1.

Reg. Vat. 552 fol. 98.

2473. **12. Maj 1472.**

Klerken Enwald Søvenbroder[1]) fra Bremen Stift faar Sognekirken i Garding i Slesvig Stift.

---

[1]) Blandt oratores nationis Alamanie curiam s. v. sequentes nævnes 15. Nov. 1473 Enwaldus de Septemfratribus cantor et canonicus Slesvicensis (Suppl. 691 fol. 202).

Supplicat Enwaldus Sonenkroder (!) clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Gardinghe Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus ducis Slesvicensis existit, per obitum Johannis Stenwarter vacante [fructus 6 mr.], providere dignemini, non obstante quod quidam Theodericus Tetens in minoribus constitutus illam vigore presentationis et ordinarie institutionis de se factarum per annum et ultra, nulla super defectu etatis, quem tunc in decimo sexto patiebatur et nunc in decimo octavo vel circa sue etatis anno constitutus patitur, canonica dispensatione obtenta, detinuerit, prout detinet, indebite occupatam. Fiat. F. Et quod verus et ultimus vacationis modus in cancellaria apostolica fieri [ɔ: exprimi] possit in confectione litterarum. Fiat. F. Datum Rome 4. id. maji anno 1.

Suppl. 672 fol. 207 v.

2474. **13. Maj 1472.**

Klerken Jesper Elavsen fra Odense Stift faar Sognekirken i Broby.

Supplicat Jaspar Elaui clericus Ottoniensis diocesis, in decimo octavo sue etatis anno constitutus, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Braby eiusdem diocesis per obitum Michaelis Elaui vacante [fructus 4 mr.] provideri mandare secumque, ut ecclesiam predictam recipere et retinere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Mont. Datum Rome 3. id. maji anno 1.

Suppl. 672 fol. 36.

2475. **22. Maj 1472.**

Niels Skave fritages for at betale Annater af Kanonikat og større Præbende i Roskilde (jfr. Nr. 2455).

[1472] Die 22. eiusdem mensis maji Nicolaus Skawe canonicus ecclesie Roskildensis principalis obligavit se camere apostolice pro annata canonicatus et maioris prebende dicte ecclesie Roskildensis [fructus 8 mr.], vacantium per promotionem Olaui episcopi, tunc electi, Roskildensis de persona sua ad ecclesiam Roskildensem per bone memorie Nicolaum papam V factam. Et mandatur provideri dicto Nicolao de dictis canonicatu et prebenda in forma *Rationi congruit* sub data Rome 8. kal. sept. anno 1. Et promisit solvere annatas dictorum canonicatus et maioris prebende camere apostolice hic in curia infra sex menses immediate a die habite possessionis computandos sub penis dicte camere in meliori forma etc. Juravit etc. Restituta de

mandato mensarii, quia in bulla dictorum canonicatus et prebende narrat intrusus.

Die 9. mensis maji 1472 (!) [ɔ: 1473] dictus Nicolaus Skawe habuit unam aliam bullam gratie si neutri super dictis canonicatu et maiori prebenda sub data Rome 3. id. oct. anno 2 sub eodem valore, et ratificavit dictam obligationem etc.

Annate 1471—72 fol. 151 (Archivio di Stato).

2476. **22. Maj 1472.**

Klerken Niels Skave fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Bjerreby i Odense Stift.

Supplicat Nicolaus Skaue clericus Roskildensis diocesis, de militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Bierby Ottoniensis diocesis, per obitum cuiusdam Michaelis Martini vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Mont. Datum Rome 11. kal. junii anno 1.

Suppl. 673 fol. 224 v.

2477. **12. Juni 1472.**

Paven kommenderer Kardinal Franciscus (Gonzaga) for Livstid med Lunde Ærkestol, efter at Ærkebiskop Tuve Nielsen (Juul) er død.

Francisco s. Marie nove diacono cardinali. Romani pontificis providentia circumspecta *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 174)*. Datum Rome pridie id. junii anno 1.

Simili modo Capitulo ecclesie Lundensis.
Clero civitatis et diocesis Lundensis.
Populo — - — —
Universis vassallis ecclesie —
Christierno regi Dacie.

A. Gratis pro persona cardinalis. Garilliati.
Reg. Lat. 727 fol. 181.

2478. **19. Juni 1472.**

Klerken Otto Jensen (Foged) fra Odense Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Dudum canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Johannis Johannis vacantibus, Otto Johannis clericus Ottoniensis diocesis illos vigore quarundam litterarum Pauli pape II post revocationem gratiarum expectativarum per s. v. factam acceptavit et sibi de illis obtinuit provideri, possessione

forsan subsecuta. Supplicat igitur idem Otto, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] . . . in forma nove aut simplicis provisionis provideri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Mont. Datum Rome 13. kal. julii anno 1.

Suppl. 674 fol. 65 v.

2479. **4. Juli 1472.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Antivari, Ærkedegnen i Huele i Cuenca Stift og Officialen i Roskilde at overdrage Jens Andersen Kanonikat og mindre Præbende i Roskilde.

Archiepiscopo Antibarensi et archidiacono de Huele in ecclesia Conchensi ac officiali Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Andree canonici Roskildensis petitio continebat, quod, dudum una ex minoribus prebendis ecclesie Roskildensis, in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, ex eo, quod Johannes Petri canonicus dicte ecclesie, illam tunc obtinens, unam ex dictis maioribus prebendis tunc vacantem juxta statuta et consuetudines predicte ecclesie, prout ex illorum forma poterat, infra tempus legitimum optaverat, minori prebenda huiusmodi per eum libere dimissa, vacante, Olauus episcopus Roskildensis minorem prebendam huiusmodi, que inoptata remanserat, prefato Johanni Andree, etiam tunc in canonicum prefate ecclesie apostolica auctoritate recepto, ordinaria auctoritate contulit et de illa etiam providit, ipseque Johannes Andree collationis et provisionis huiusmodi vigore dictam minorem prebendam extitit assecutus, una ex dictis maioribus (!) prebendis, Wasby vulgariter nuncupata, quam tunc vacantem ipse Johannes Andree vigore quarundam litterarum apostolicarum per Paulum papam II sibi gratiose concessarum, prout ex illarum forma poterat, infra tempus legitimum acceptaverat et de illa sibi provideri obtinuerat ac illam acceptationis et provisionis huiusmodi vigore assecutus extiterat, per eum prius libere dimissa. Cum autem dubitet sibi factas collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, et dicta minor prebenda adhuc vacare noscatur, nos discretioni vestre mandamus, quatenus dictam minorem prebendam [fructus 4 mr.] eidem Johanni Andree auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 4. non. julii anno 1.

N. XX. expedita id. julii anno 1. de Bonaparte.
Reg. Lat. 721 fol. 98; ogsaa Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 674 fol. 132 v.

2480. **6. Juli 1472.**

Kardinal Franciscus Gonzaga lover at betale Servispenge af Lunde Stift.

[1472] Die 6. [mensis] julii Guillermus Molitoris presbiter Leodiensis, Francisci s. Marie nove diaconi cardinalis de Ponzague (!) Mantuani capellanus, notarius et assertus procurator ut principalis et privata persona ac vice et nomine dicti cardinalis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio ecclesie Lundensis, eidem cardinali comendate auctoritate apostolica per bullas domini Sixti sub data Rome pridie id. junii anno, 1 fl. auri de camera 4000, ad quos dictum monasterium (!) taxatum reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem etc. *Gratis pro cardinali.*

Oblig. 84 fol. 149. Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 175.

2481. **23. Sept. 1472.**

Sognepræsten Jens Jakobsen Rel i Avnslev i Odense Stift faar Absolution for den Del, han har haft i Drabet paa en ung Klerk.

Exponit Johannes Jacobi, alias Rel, rector parrochialis ecclesie de Arenslaff Ottoniensis diocesis, quod, cum olim ipse in quodam opido, Nyborgh nuncupato, dicte diocesis scolas regeret et quendam Suenum juvenem clericum sedecim annorum vel circa ad docendum eum in litteratura in expensis haberet, et quodam die idem Johannes de sero in certa domo cum quibusdam presbiteris et clericis collationem faceret, et dictus clericus pro eo cum lucerna causa ducendi eum ad domum habitationis sue venisset, dictus clericus et quidam juvenis laicus alteri presbitero serviens inter se verbis contumeli[os]is rixas fecerunt[1]), et cum dictus orator a prefato clerico lucernam ducente in domo causam questionis et rixe audiret, prefato clerico dixit: »Cum veneris ad juvinatorem, tum trahas ipsum leviter per crines.« Quo audito prefatus clericus altera die, dicto juvene reperto, ipsum crinibus traxit, quare, dictus juvenis volens ire ad conquerendum domino suo, sepedictus juvenis severius se in via, ne ipsum apud dominum suum accusaret, interposuit et ipsum retinuit, propter quod dictus juvenis quodam evaginato parvo cultello clericum ipsum vulneravit, ita quod ex huiusmodi vulnere extitit vita functus. Cum autem dictus exponens de morte dicti clerici alias, quam ut premittitur, culpabilis non fuerit, imo de morte eius doluerit, prout dolet, cupiatque in suis susceptis or-

[1]) Gz. — Cod. facientes

dinibus ministrare, bonarum mentium tamen est culpam timere, ubi minime reperitur, supplicat igitur dictus exponens, quatenus dignemini alicui prelato in Romana curia, ad quam cum magnis periculis, laboribus et expensis pro obtinenda huiusmodi gratia personaliter se contulit, commoranti mandare, ut eundem exponentem ab excessibus et reatu huiusmodi, si quos premissorum occasione incurrerit, absolvat, secumque super irregularitatis macula et inhabilitatis nota, si quas contraxerit, quodque premissis non obstantibus in dictis suis susceptis ordinibus, etiam presbiteratus, ministrare et prefatam ecclesiam parrochialem [fructus 4 mr.] libere retinere possit, dispenset aboleatque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione forsan contractam. Concessum in presentia pape. Jo. Mont.

Et etiam in altaris ministerio . . . Et cum commissione in curia, in qua idem orator presens existit, attento quod excessus huiusmodi est occultus. Datum Rome 9. kal. oct. anno 2.

Suppl. 676 fol. 10 v.

Ottoniensis. Johannes Jacobi dispensatio ab homicidio.

Uddrag i Indice 332 efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixti IV an. 2 lib. 10 fol. 203.

2482. **2. Okt. 1472.**

Paven paabyder af Taknemlighed mod den hellige Frants af Assisi, at hans Festdag (4. Okt.) herefter over hele Kristenheden skal højtideligholdes med dobbelt Ritus og Hvile fra Arbejde samt tilstaar hans Dyrkere udstrakte Indulgenser.

Ad perpetuam rei memoriam. Preclara sanctorum merita *(Wadding, Annales Minorum XIV, 36—37; Dipl. Norv. IX, 334—36).* Datum Rome 6.[1]) non. oct. anno 2.

Afskrift i [Nic. Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D. 272—77.

2483. **13. Okt. 1472.**

Paven befaler sin Kapellan og Auditør Johannes Franciscus de Paninis at overdrage Roskildekanniken Niels Skave, som forud har en mindre Præbende i Roskilde, en større Præbende sammesteds, hvorom han førte Proces med Kanniken Jakob Pedersen.

Magistro Johanni Francisco de Paninis, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Nobilitas generis, vite ac

[1]) I Dipl. Norv. er Datoen 5. non. oct.

morum honestas [etc.]. Dudum siquidem Paulus papa II inter cetera statuit, quod, quicunque beneficium tunc per annum immediate precedentem pacifice possessum, et quod certo modo vacare pretenderet, deinde[1]) impetraret, nomen, gradum et nobilitatem possessoris eiusdem, et quot annis illud possedisset, ac specificam et determinatam, ex qua clare constare posset, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competeret, causam in huiusmodi impetratione exprimere et extunc infra sex menses ipsum possessorem ad judicium evocari facere et causam desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusive prosequi deberet, alioquin impetratio predicta et quecunque inde secuta nullius existerent firmitatis, et idem impetrans de damnis et interesse possessorem predictum propterea contingentibus ei satisfacere et, si possessorem ipsum injuste, frivole ac indebite molestasse repertus extitisset, 50 fl. auri persolvere camere apostolice esset astrictus, nec alius quam premisse vacationis modus etiam per litteras si neutri aut surrogationis vel alias sibi quoad hoc, ut huiusmodi beneficium ea vice consequi vel obtinere valeret, quomodolibet suffragaretur, illudque nullatenus inantea litigiosum propterea censeretur. Et deinde per eundem predecessorem accepto, quod canonicatus et una de maioribus prebendis ecclesie Roskildensis, in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, quos bone memorie Olauus episcopus, tunc electus, Roskildensis tempore promotionis per Nicolaum papam V facte de persona sua ad ecclesiam predictam . . obtinebat, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem episcopo, tunc electo, impensum apud sedem apostolicam vacarent, tunc idem Paulus de ipsis canonicatu et prebenda sic vacantibus et antea dispositioni apostolice reservatis Nicolao Skawe canonico Roskildensi, asserenti, quod Jacobus Petri, qui se gerit pro clerico Roskildensis diocesis, in dicta maiori prebenda pretextu collationis ordinarie sibi post et contra reservationem huiusmodi ac in ea appositum decretum de facto facte absque aliquo titulo se intruserat ac illam per multos annos detinuerat, prout tunc detinebat, indebite occupatam, sub certis modo et forma mandavit provideri, prout in nostris inde confectis litteris, cum idem Paulus, antequam sue littere super hoc conficerentur, rebus fuerit humanis exemptus, plenius continetur. Postmodum vero, sicut exhibita

[1]) Cod. et deinde

nobis nuper pro parte dicti Nicolai Skawe petitio continebat, orta inter ipsum et prefatum Jacobum super dictis canonicatu et maiori prebenda, de quibus Nicolaus Skawe sibi per predictas litteras provideri mandatum fuisse dictumque Jacobum litteris et mandato huiusmodi contra justitiam se opponere ac facere, quominus littere et mandatum huiusmodi suum consequerentur effectum, seque in eisdem canonicatu et prebenda intrusisse ac illos occupasse et detinuisse ac detinere indebite occupatos, Jacobus vero prefati canonicatum et prebendam predictos ad se de jure spectare asserebant, prout adhuc asserunt, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante quod de sui natura ad Romanam curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, tibi ad instantiam dicti Nicolai Skawe audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in ea ad aliquos actus citra tamen conclusionem diceris processisse. Cum autem, licet ipse Nicolaus Skawe prefatum Jacobum infra sex menses predictos ad judicium evocari fecerit, tamen causam desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusive prosecutus non fu[er]it, et propterea ac etiam quia, quot annis idem Jacobus dictos canonicatum et prebendam detinuisset, in prefatis litteris determinate expressum non extitit, a nonnullis asseratur ipsos canonicatum et prebendam juxta statutum Pauli predecessoris huiusmodi litigiosos non censeri in illisque etiam dicto Jacobo[1]) jus non competere, nos eidem Nicolao Skawe, asserenti se de militari genere procreatum et canonicum dicte ecclesie minori prebenda prebendatum existere, specialem gratiam facere volentes ac litteras et mandatum huiusmodi necnon inde secuta quecunque a data presentium perinde, ac si tempus, per quod dictus Jacobus maiorem prebendam predictam detinuerat, in litteris mandati dicti Pauli predecessoris per ipsum Nicolaum Skawe clare specificatum et determinatum extitisset, valere decernentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit etiam dicto Jacobo in prefata maiori prebenda jus non competere, ipsam maiorem prebendam [fructus 8 mr.] . . . eidem Nicolao Skawe auctoritate nostra conferas . . . Volumus autem, quod, quamprimum dictus Nicolaus Skawe ipsius maioris prebende possessionem fuerit vigore presentium pacificam assecutus, minorem prebendam predictam, quam ipse Nicolaus Skawe obtinet, et

---

[1]) Nicolao Gz.

quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Datum Rome 3. id. oct. anno 2.

XXX.

Reg. Vat. 555 fol. 86; ogsaa (II) Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 676 fol. 174 v[1].

2484. 14. Nov. 1472.

Kong Christiern faar bevilget, at Biskoppen i Odense og Laurens Brandsen maa føre Franciskanerklostret i Svendborg tilbage til den strængere Observans.

Nuper episcopus Ottoniensis, prepositus Lubicensis et Laurencius Branderii ordinis Minorum conventum Ottoniensem et eiusdem fratres, plena ad id per sedem apostolicam potestate suffulti, reformarunt et ad generalem observantiam et ministri generalis obedientiam reduxerunt. Restat nichilominus alius eiusdem ordinis in Ottoniensi diocesi conventus, qui simili noscitur reformatione indigere. Ut igitur cum civitatis conventu reformato alius dictus conventus ad imparia non judicetur, sed parem in observantia regulari assumat disciplinam, supplicat Cristianus Dacie Svecie Norvegie et Goctorum rex, in cuius regno dicti sunt conventus situati, et qui dicto plurimum afficitur ordini, quatenus predictis episcopo et Laurentio dignemini mandare, ut dictum conventum et fratres in Svineborch reforment et ad ministri generalis obedientiam reducant faciantque in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna, contradictores per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia compescendo. Fiat. F. Datum Rome 18. kal. dec. anno 2.

Suppl. 677 fol. 35.

2485. 4. Febr. 1473.

Paven befaler efter Ansøgning fra Kong Christiern Biskoppen i Odense at stadfæste et Brev fra Franciskanerordenens Generalminister, Zanettus de Utino, hvorved denne havde bekræftet Laurens Brandsens Reform af Klostret i Odense og tilladt Brødrene i Odense at indføre Reformen i Klostrene i Nysted og Svendborg.

Episcopo Ottoniensi. Inter curas multiplices *(Wadding, Annales Minorum XIV, 544; Reg. 4450)*. Datum Rome pridie non. febr. anno 2.

Ex lib. 28 (= Reg. Lat. anno 2 lib. 11, tabt) fol. 60. Uddrag i Indice 332.

[1]) II med følgende Begyndelse: Cum per munus consecrationis Olauo Daa episcopo Roskildensi apostolica auctoritate impensum prebenda maior, quam idem Olauus . . obtinuerat, ipso facto vacaret, Paulus papa II Nicolao Skaue eiusdem ecclesie canonico certa prebenda minori in eadem ecclesia prebendato provideri mandavit, prout in litteris apostolicis s. v. in forma *Rationi congruit* super dicta provisione expeditis continetur . . . .

2486. **26. Marts 1473.**

Klerken Paulus Boltzen fra Lübeck faar et evigt Vikariat, kaldet Skaanefarernes, i Mariekirken sammesteds.

Alias perpetua vicaria, mercatorum der Schonenfarer vulgariter nuncupata, in parrochiali ecclesia b. Marie Lubicensi, que de jure patronatus provisorum laicorum ac plebani dicte ecclesie pro tempore existentium fore dignoscitur, et in cuius fundatione inter alia caveri dicitur expresse, quod, dum pro tempore vacat, illius quatuor patroni laici unum ex eis ad presentandum personam idoneam suo et aliorum trium nomine eligere possint, et ipse sic electus una cum plebano pro tempore existente dicte ecclesie pauperem sacerdotem et non alium ad illam presentare debeant, qui sic presentatus cum illa nullum aliud beneficium obtinere possit, et, si secus fiat, ipso facto vicaria ipsa vacare censeatur, tunc per obitum Jacobi Westerhoff vacante, Paulus Boltzen clericus Lubicensis, non pauper nec in sacerdotio constitutus, ad illam per plebanum dicte ecclesie b. Marie et unum ex quatuor patronis laicis ab aliis tribus electum presentatus et ad presentationem huiusmodi ordinaria auctoritate institutus fuit pacifica possessione subsecuta. Cum autem de viribus presentationis et institutionis predictarum a nonnullis hesitetur, supplicat prefatus orator, quatenus sibi de prefata vicaria, que sine cura est [fructus 3 mr.], providere seu de novo provideri mandare necnon, attento quod ipsa vicaria est sine cura, quodque dictus orator paratus est debita et consueta illius onera per idoneum sacerdotem proferri (!) facere, sibi, ut, licet actu sacerdos non sit nec pauper, illam recipere et cum quibusvis aliis beneficiis, que obtinet et imposterum obtinebit, quoad vixerit, retinere libere valeat, quodque stando in Romana curia vel litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo, per septennium ratione[1]) illius ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere invitus minime teneatur, . . nec propterea vicaria ipsa vacare censeri possit sive debeat, gratiose concedere dignemini. Fiat. F. Datum Rome 17. kal. aprilis anno 2.

Suppl. 681 fol. 204 v.

2487. **3. April 1473.**

Niels Skave faar bevilget, at Provisionsbrevet paa en større Præbende i Roskilde (Nr. 2483) maa blive udfærdiget med nogle Ændringer.

[1]) Gz. — Cod. necnon

Reformatio Nicolai Skaue.

Super supplicatione, cuius copia est preinserta, fuerunt expedite littere, in quibus expressum fuit, quod idem orator infra sex menses possessionem ipsam ad judicium evocari fecerat, cum re vera non infra sex, sed infra septem menses ad huiusmodi judicium possessionem ipsam fecit evocari, et quod ipsi oratori de dictis canonicatu et prebenda sic vacantibus mandatum fuerat per litteras apostolicas provideri, cum re vera non mandatum per litteras apostolicas, sed dumtaxat concessum fuerat provideri. Ideo, ne littere ipse possint de surreptione notari, supplicatur pro parte dicti oratoris, quatenus dignemini decernere litteras ipsas ac processus desuper habitos seu habendos valuisse et valere dictumque auditorem ipsi oratori de dictis canonicatu et prebenda [fructus 8 mr.] provideat [ɔ: -dere] omniaque alia in dictis litteris contenta exequi posse et debere in omnibus, ac si in dictis litteris, quod orator ipse non infra sex menses, sed infra septem menses possessionem predictam ad judicium evocari fecisset, et quod sibi non mandatum, sed quod concessum fuerat de ipsis canonicatu et prebenda provideri, expressum extitisset. Fiat. F. Datum Rome 3. non. aprilis anno 2.

Suppl. 682 fol. 228 v.

2488. **10. April 1473.**

Paven befaler efter Ansøgning af Poul Winter, Præceptor for Antoniterklostret i Morkær, Ærkedegnen i Slesvig at stadfæste Kong Christierns Gave af Sognekirken i Præstø, som han var Patron for, og som var ledig ved Morten van Lantkens Resignation, til Morkær Kloster, som derefter skulde indføre Antoniterordenen i Præstø.

Archidiacono ecclesie Slesvicensis. Ex injuncto nobis desuper apostolice servitutis officio *(Kirkehist. Saml. 4. R. I, 212—14).* Datum Rome 4. id. aprilis anno 2.

F. XXVIII. Sassenatensis.

Indtaget i et Brev fra Ærkedegnen Cord (Conrad) Cordes i Slesvig, udstedt 23. Febr. 1474 (Præstø 5; R. A.). — Ogsaa i Reg. Lat. 723 fol. 221.

2489. **29. April 1473.**

Paven tildeler Didrik Stoveman Kanonikat og Præbende samt Kantoriet i Slesvig.

Theoderico Stoueman canonico et cantori ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ac dignitates ceteraque beneficia quorumcunque subcollectorum unicorum fructuum camere aposto-

lice in quacunque civitate vel diocesi debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, que durante eorum officio obtinerent ac in quibus jus tunc eis competeret, tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ac cantoria ecclesie Slesvicensis, quos Johannes Weghener . ., dum viveret fructuum in Slesvicensi et Razeburgensi civitatibus et diocesibus eidem camere debitorum unicus subcollector existeret, obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacent . ., nos . . . canonicatum et prebendam et, que in dicta ecclesia dignitas non tamen maior post pontificalem existit, cantoriam predictos [fructus 6 mr.] . . ., dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, tibi conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome apud s. Mariam Maiorem 3. kal. maji anno 2.

Simili modo preposito s. Willehadi Bremensis et decano b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ac archidiacono Rostocensis Zwerinensis ecclesiarum.

X X
Reg. Vat. 559 fol. 106.

2490. **9. Maj 1473.**

Roskildekanniken Jens Pedersen faar Dekanatet sammesteds.

Supplicat Johannes Petri canonicus Roskildensis, quatenus sibi de decanatu eiusdem ecclesie, qui inibi dignitas maior post pontificalem curatus et electivus existit, per obitum Magni Andree extra Romanam curiam defuncti vacante [fructus 12 mr.], providere dignemini, necnon secum, ut quodcunque beneficium curatum unacum dicto decanatu per ipsum Johannem forsan obtentum vel inantea obtinendum cuiuscunque generis incompatibile etiam cum auctoritate permutandi et dimittendi etc. insimul libere retinere possit, dispensare. Concessum in presentia pape. Jo. Mont. Datum Rome apud s. Mariam Maiorem 7. id. maji anno 2.

Suppl. 684 fol. 145.

2491. **9. Juni 1473.**

Paven befaler Biskopperne i Aarhus og Odense at afgøre en Strid mellem Præceptoren Poul Winter i Morkær Kloster paa den ene, Dominikanerne i Roskilde og Vejle og Franciskanerne i Roskilde og Kolding paa den anden Side.

Arusiensi et Ottoniensi episcopis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Pauli Winther,

preceptoris domus s. Antonii in Mordker ordinis s. Augustini Slesvicensis diocesis, petitio continebat, quod s. Dominici Roskildensis et in Wedel Ripensis diocesis priores et fratres ac s. Francisci etiam Roskildensis et in Koldinghe dicte diocesis guardiani et fratres domorum Predicatorum et Minorum ordinum super quibusdam porcis et aliis animalibus, annuis redditibus, juribus, pecuniarum summis, bonis et rebus aliis ad dictam domum s. Antonii legitime spectantibus injuriantur eidem. Quare idem Paulus preceptor nobis supplicari fecit, ut causam, quam ipse premissorum occasione contra priores, guardianos et fratres domorum huiusmodi movere intendit, aliquibus prelatis in partibus illis committere dignaremur. Nos itaque fraternitati vestre mandamus, quatinus vos, vocatis dictis prioribus guardianis et fratribus ac aliis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Rome 5. id. junii anno 2.

A. X. de Petra.
Reg. Lat. 729 fol. 15.

2492. **8. Juli 1473.**

Paven befaler sin Kapellan og Auditør, Magister Nicolaus de Edam, at overdrage Johan Jensen (Quitzow) Kanonikat og Præbende samt Dekanatet i Roskilde, hvorom han har ført Proces med Klerken Mogens Andersen.

Magistro Nicolao de Edam, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Johannis clerici Roskildensis diocesis, decretorum doctoris, petitio continebat, quod dudum, postquam Pius papa II inter cetera voluerat, quod, si quis sibi supplicaverit de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius, licet tunc viventis, vacante provideri, et deinde post obitum eius beneficium ipsum vacaret, provisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo facienda nullius esset roboris vel momenti, ac ipse Johannes decanatum ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, quem per obitum Jacobi Dam[1]), licet tunc viventis, vacare putabat, tanquam per obitum Jacobi huiusmodi vacantem ab eodem predecessore impetraverat, idemque predecessor prefatum decanatum tanquam per obitum,

[1]) H: Jacobi Olaui

ut prefertur, vacantem eidem Johanni quamvis de facto contulerat et de illo etiam providerat[1]), prefatus quoque Jacobus fuerat vita functus, orta inter ipsum Johannem et condam Magnum Andree clericum super dicto decanatu, quem tanquam per obitum huiusmodi seu alias quovis modo vacantem Johannes sibi collatum et de eo provisum fuisse, ut prefertur, prefatumque Magnum collationi et provisioni prefatis contra justitiam se opponere ac facere, quominus ille suum sortirentur effectum, seque in dicto decanatu intrusisse ac illum occupasse, detinuisse ac detinere indebite occupatum, Magnus vero prefati decanatum ipsum ad se de jure spectare asserebant, prout ipse Johannes asserit, materia questionis, Paulus papa II causam huiusmodi, non obstante quod de sui natura ad [Romanam] curiam legitime devoluta ac apud eam tractanda et finienda non esset, magistro Johanni de Cesarinis nostro, tunc suo, capellano et causarum palatii apostolici auditori ad instantiam ipsius Magni audiendam commisit et fine debito terminandam, ipseque auditor in dicta causa procedens diffinitivam, per quam prefatum Magnum ab impetitione Johannis absolvit, ipsumque Johannem in expensis huiusmodi factis condemnavit, sententiam promulgavit, a qua pro parte ipsius Johannis ad sedem apostolicam appellato, nos causam appellationis huiusmodi tibi ad instantiam ipsius Johannis audiendam commisimus et fine debito terminandam, quique [ɔ: tuque] in eadem causa appellationis ad omnium terminorum observationem citra tamen conclusionem inter dictas partes diceris processisse. Cum autem, lite huiusmodi sic coram te indecisa pendente, prefatus Magnus in possessione eiusdem decanatus existens extra dictam curiam fuerit vita functus, et secundum premissa collatio et provisio eidem Johanni facte predicte viribus non subsistant, nos prefato Johanni, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existit, ne novus sibi in huiusmodi causa surrogetur adversarius, . . specialem gratiam facere volentes . ., discretioni tue mandamus, quatinus ipsum Johannem, dummodo in dicto decanatu intrusus non sit, in omni jure, si quod prefato Magno tempore dicti sui obitus in prefato decanatu quomodolibet competebat, auctoritate nostra surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de illo . . . et nichilominus decanatum predictum, ad quem consuevit

[1]) H: prout in litteris Pauli pape II in forma *Rationi congruit* expeditis . . . plenius continetur,

quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 16 mr.], ... dummodo tempore date presentium non sit in eo alicui specialiter jus quesitum, eidem Johanni dicta auctoritate nostra conferas. Datum Rome 8. id. julii anno 2.

A. XXV. expedita 3. kal. nov. anno 3. de Petra.

Reg. Lat. 724 fol. 72 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 686 fol. 86.

2493. **14. Juli 1473.**

Klerken Magister Otto Jensen (Foged) fra Odense Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Jakob Pedersens Død.

Nuper canonicatu et prebenda *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 186).* Concessum in presentia pape. Jo. electus Vasionensis. Datum Rome pridie id. julii anno 2.

Suppl. 686 fol. 70.

2494. **9. Aug. 1473.**

Klerken Jens Nielsen fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Jakob Strangesens Død.

Nuper vacantibus canonicatu et prebenda *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr 187).* Concessum in presentia pape. Jo. electus Vasionensis. Datum Tibure 5. id. aug. anno 2.

Suppl. 687 fol. 193.

2495. **18. Aug. 1473.**

Roskildekanniken Johan Jensen (Quitzow) faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Johannis decretorum doctor, canonicus ecclesie Roskildensis, quatenus sibi specialem gratiam facientes, ut quecunque duo beneficia curata sive alias ad invicem incompatibilia, . . . si sibi alias canonice conferantur . ., recipere et, quoad vixerit, insimul retinere necnon illa et quevis alia per ipsum vigore presentium in posterum obtinenda incompatibilia beneficia, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et, quoad vixerit, insimul retinere libere valeat . . ., cum prefato Johanne, qui etiam ex utroque parente de militari genere procreatus existit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. electus Vasionensis. Datum Tibure 15. kal. sept. anno 2.

Suppl. 688 fol. 5.

2496. **9. Okt. 1473.**

Jesper Henriksen faar ny Provision paa Dekanatet i København og Sognekirken i Kølstrup i Odense Stift og Dispensation til at forene de to Embeder.

Dudum Jasperus Henrici, decanatum ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis, qui inibi dignitas curata et electiva, non tamen principalis existit, obtinens, parrochialem ecclesiam in Kolenstorpp Ottoniensis diocesis tunc vacantem canonice sibi collatam extitit assecutus, et ipse Jasperus, credens secum dispensatum fuisse, quamvis non esset, eandem parrochialem ecclesiam una cum dicto decanatu per biennium vel circa detinuit, fructus percipiens forsan ex eisdem. Cum autem dubitet propter premissa inhabilitatis maculam incurrisse et tam decanatum quam parrochialem ecclesiam huiusmodi vacare, supplicat igitur, quatenus, omnem inhabilitatis et infamie maculam per eum dicta occasione contractam abolentes, sibi de decanatu [fructus 100 fl. Renenses] et parrochiali ecclesia predicta [fructus 18 fl. Renenses] providere secumque, ut decanatum et parrochialem ecclesiam huiusmodi seu alias quecunque duo curata vel alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . ., recipere et, quoad vixerit, insimul retinere illaque et quevis alia per eum imposterum canonice assequenda incompatabilia beneficia, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat incompatibilia similiter recipere et, quoad vixerit, insimul retinere libere valeat, dispensare dignemini. Fiat. F. Datum Rome 7. id. oct. anno 3.

Suppl. 690 fol. 112.

Roskildensis. Jasperus Enrici. Dispensatio ad incompatibilia.

Uddrag i Indice 333 efter tabt Brev i Reg. Lat. anno 4 lib. 5 lib. 121.

2497. **26. Okt. 1473—15. Nov. 1475.**

Kantoren Didrik Stoveman i Slesvig lover at betale Annater, men faar Udsættelse dermed.

[1473] Dicta die [ɔ: 26. mensis oct.] Theodericus Clinckrad, prepositus ecclesie ss. Wilhadi et Stephani Bremensis, procurator causarum in Romana curia, ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine Theoderici Stoueman canonici et cantoris ecclesie Slesvicensis pro annata canonicatus et prebende necnon cantorie dicte ecclesie Slesvicensis [fructus 6 mr.], vacantium per obitum Johannis Weghener, eiusdem ecclesie Slesvicensis canonici et cantoris necnon fructuum camere

apostolice debitorum[1]) subcollectoris unici, extra Romanam curiam defuncti; et providetur eidem Theoderico Stoueman de canonicatu et prebenda ac cantoria predictis sub data Rome 3. kal. maji anno 2. Et promisit solvere annatam dictorum beneficiorum camere apostolice hic in curia infra sex menses proxime et immediate sequentes sub penis dicte camere in meliori forma. Restituta de mandato mensarii.

I Marginen: Die 15. [mensis] nov. 1475 domini camere apostolice prorogarunt dicto Theodorico tempus solutionis dicte annate usque post latam sententiam in favorem dicti Theodorici, et si non feratur sententia, immediate post habitam possessionem dictorum canonicatus et prebende etc., Baptista de Vrsinis refferente.

Annate 1473 fol. 102 (Archivio di Stato).

2498. 27. Okt. 1473.

Klerken Ludolf Mynecker (?) fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig, hvorom han havde ført Proces med Præsten Didrik Engelbertsen.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per contractum matrimonii cuiusdam Andree Petri vacantibus, Ludolphus Mynecker clericus Slesvicensis de eisdem canonicatu et prebenda sibi per v. s. gratiose provideri obtinuit. Quidam vero Theodericus Enghelberti assertus presbiter, pretendens sibi de illis auctoritate ordinaria provisum, se in dictos canonicatum et prebendam intrusit ac illos occupavit, de quibus quidem intrusione et occupatione et aliis gravaminibus in appellatione desuper interjecta latius expressis dictus orator ad s. v. sanctamque sedem apostolicam appellavit et causam appellationis huiusmodi una cum negotio principali Gaspari de Theramo, sacri palatii apostolici causarum auditori, committi fecit. Cum autem ab aliquibus asseratur neutri predictorum Ludolphi et Theoderici in dictis canonicatu et prebenda jus competere et illos adhuc vacare, quare supplicatur pro parte dicti Ludolphi Mynbres (!), quatenus prefato Gaspari aut alii in eius locum surrogato vel forsan surrogando auditori mandare dignemini, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri predictorum Ludolphi et Theodorici in dictis canonicatu et prebenda jus competere, eosdem canonicatum et prebendam [fructus 3 mr.] pre-

[1]) add. Gz.

fato Ludolpho de Myrebiis (!) conferat ac provideat de eisdem . . . Concessum in presentia pape. Jo. electus Vasionensis. Datum Rome 6. id. nov. anno 3.

Suppl. 702 fol. 106.

15. Nov. 1473.

Se Nr. 2497 (26. Okt. 1473).

24. Nov. 1473.

Notits om Enevold Søvenbroder se Nr. 2473.

2499. **27. Nov. 1473.**

Johan Jensen (Quitzow) lover at betale Annater af Dekanatet i Roskilde.

[1473] Dicta die [ɔ: 27. mensis nov.] Johannes Johannis clericus Roskildensis diocesis decretorum doctor, canonicus ecclesie Roskildensis, principalis obligavit se camere apostolice, et Henricus Holtsther canonicus ecclesie s. Martini Helgenstadensis Maguntine diocesis, in Romana curia causarum procurator, ut principalis et privata persona nomine dicti Johannis Johannis obligavit se dicte camere apostolice pro annata decanatus ecclesie Roskildensis, qui dignitas maior existit [fructus 16 mr.], vacantis per obitum Magni Andree collitigantis possessoris extra Romanam curiam defuncti. Et mandatur provideri dicto Johanni Johannis de dicto decanatu per modum surrogationis juris collitigantis sub data Rome . . . .[1]) Et promisit solvere annatam dicti decanatus camere apostolice hic in curia infra sex menses proxime sequentes sub penis camere in meliori forma. Juravit etc. Restituta de mandato dominorum camere sub huiusmodi obligatione, mensario refferente.

Nota[2]), quod dictus Henricus Holtsther canonicus ecclesie s. Martini Heligenstadensis Maguntine [diocesis] obligatus erat recessurus curia; propterea supplicavit dominis camere, quod in dicta obligatione loco sui poneretur infrascriptus Henricus; propterea de consensu dictorum dominorum camere Henricus Ryiff, rector parrochialis ecclesie in Walsleben dicte Maguntine diocesis, obligavit se camere apostolice nomine dicti Johannis Johannis pro annata dicti decanatus. Et promisit solvere dictam annatam dicte camere.

Annate 1473 fol. 118 (Archivio di Stato).

[1]) Hul i Cod. [2]) I Margen nedenunder og med en anden Haand.

2500. **Dec. 1473 (?).**

Præsten Jens Madsen (Brun) fra Odense Stift faar ny Provision paa et Beneficium, der er knyttet til Hellig Trefoldighedsalter i Lunde Domkirke.

Nuper quodam simplici beneficio *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 195)*. Concessum in presentia pape. Jo. electus Vasionensis. *Uden Dato*[1]).

Suppl. 692 fol. 134 v.

2501. **6.—10. Jan. 1474.**

Klerken Niels Skave fra Roskilde Stift faar Dekanat, Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Laurens Nielsen (Juul)s Død.

Supplicat Nicholaus Schaue *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 199)*. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 8. id. jan.[2]) anno 3.

Suppl. 693 fol. 211 og (II) fol. 190.

2502. **7. Jan. 1474.**

Klerken Joakim Clausen Daa fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Laurentii Nicolai vacantibus, Joachim Nicolai, alias Daa, clericus Roskildensis diocesis, de militari genere ex utroque parente procreatus, canonicatum et prebendam predictos vigore litterarum gratie expectative per s. v. sibi concessarum per certum procuratorem suum in partibus acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit. Cum autem dubitet acceptationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, pro parte dicti oratoris s. v. supplicatur, quatenus de canonicatu et prebenda huiusmodi [fructus 6 mr.] eidem oratori in forma simplicis vel nove provisionis aut alias, prout sibi melius fuerit, providere dignemini. Concessum in presentia pape Jo. Vasionensis.

Et cum derogatione statutorum et consuetudinum de optando. Concessum. Jo. Vasionensis. Datum Rome 7. id. jan. anno 3.

Suppl. 693 fol. 223 v.

2503. **11. Jan. 1474.**

Klerken Joakim Clausen Daa fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Dekanat, Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Laurens Nielsen (Juul)s Død.

[1]) Mellem Breve af 13. Nov. og 11. Dec. 1473. [2]) II: 4. id. jan.

Nuper canonicatu et prebenda *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 200)*. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 3. id. jan. anno 3.

Suppl. 694 fol. 111 v.

2504. **12. Jan. 1474.**

Klerken Magister Otto Jensen »Woger« (Foged) fra Odense Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Lund, ledigt ved Laurens Nielsen (Juul)s Død.

Supplicat Otto Johannis *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 201)*. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome pridie id. jan. anno 3.

Suppl. 693 fol. 300.

2505. **12. Jan. 1474.**

Klerken Johan Jensen (Quitzow) fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Kanonikat, Præbende og Vikariat i Lund, ledigt ved Mogens Andersens Død.

Dudum canonicatu et prebenda *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 202)*. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome pridie id. jan. anno 3.

Suppl. 694 fol. 58.

2506. **13. Jan. 1474.**

Klerken Johan Breyde fra Slesvig Stift faar Kanonikater og Præbender i Bremen og Hamburg og et evigt Vikariat i Buxtehude i Verden Stift.

Supplicat Johannes Breyde clericus Slesvicensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, in registro supplicationum s. v. clericus, quatenus sibi de Bremensis et b. Marie Hamborgensis Bremensis diocesis ecclesiarum canonicatibus et prebendis [fructus 8 sive cuiuslibet 4 mr.] ac perpetua vicaria in parrochiali ecclesia in Bruxtehude (!) Verdensis diocesis [fructus 3 mr.], per obitum Henrici Gherwen vacantibus, providere dignemini. Fiat. F. Datum Rome id. jan. anno 3.

Suppl. 701 fol. 178.

2507. **14. Jan. 1474.**

Paven tildeler Roskildekanniken Johan Jensen (Quitzow) en større Præbende sammesteds.

Johanni Johannis canonico Roskildensi, decretorum doctori. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolica vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre

reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, in qua maiores, minores et nonnulle alie prebende fore noscuntur, per liberam resignationem Johannis Brostorp nuper de illis per Ottonem Woget canonicum Lundensem procuratorem suum in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem apostolicam vacent, nos, volentes tibi, qui canonicus dicte ecclesie existis et certam aliam illius prebendam [fructus 4 mr.] inter alia obtines, specialem gratiam facere, prebendam vacantem predictam [fructus 6 mr.] tibi conferimus et de illa etiam providemus. Volumus autem, quod, quamprimum dictam vacantem prebendam vigore presentium fueris pacifice assecutus, dictam obtentam prebendam, quam extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id etiam te sponte obtulisti, dimittere tenearis. Datum Rome 19. kal. febr. anno 3.

Simili modo Ringstadensis et de Sora Roskildensis diocesis monasteriorum abbatibus ac Henrico de Estel canonico Bremensi.

A. XIII. XI. 16. kal. aprilis anno 3. Garilliati.

Reg. Lat. 737 fol. 238 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis) i Suppl. 694 fol. 76 v.

2508. 14. Jan. 1474.

Paven tildeler Roskildekanniken Niels Skave Kanonikat og mellemstor Præbende i Roskilde.

Nicolao Schave canonico Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hodie siquidem Johanni Johannis canonico Roskildensi, tunc certam prebendam ecclesie Roskildensis obtinenti, quandam aliam prebendam eiusdem ecclesie, tunc per liberam resignationem Johannis Brostorp de illa . . per certum procuratorem suum in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem apostolicam vacantem et antea dispositioni apostolice reservatam, per alias nostras litteras contulimus et de illa etiam providimus, volentes inter cetera, quod ipse Johannes, quamprimum dictarum litterarum vigore dictam vacantem prebendam foret pacifice assecutus, obtentam prebendam predictam, quam extunc vacare decrevimus, omnino, prout ad id etiam se sponte obtulit, dimittere teneretur . . Cum itaque propterea dicta obtenta prebenda per assecutionem pacificam eiusdem vacantis prebende per dictum Johannem Johannis prefatarum litterarum vigore faciendam vacare speretur, nos, volentes tibi, qui cano-

nicus dicte ecclesie . . . existis et minorem prebendam ipsius ecclesie [fructus 3 mr.] inter alia obtines, specialem gratiam facere, dictam prebendam vacaturam ipsius Johannis Johannis [fructus 4 mr.] conferendam tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome 19. kal. febr. anno 3.

Simili modo Ringstadensis et de Sora Roskildensis [diocesis] monasteriorum abbatibus ac Henrico de Estel canonico Bremensi.

P. XIII. XI. 14. kal. aprilis anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 737 fol. 216; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis) i Suppl. 694 fol. 76 v.

2509. 14. Jan. 1474.

Paven tildeler Klerken Otto Foged (Woger) fra Odense Stift Kanonikat og mindre Præbende i Roskilde.

Ottoni Voget[1]) canonico Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hodie siquidem Nicolao Seaue canonico Roskildensi, tunc minorem prebendam ecclesie Roskildensis . . . obtinenti, de certa alia prebenda eiusdem ecclesie, tunc per assecutionem pacificam cuiusdam alterius prebende predicte ecclesie per Johannem Johannis etiam canonicum Roskildensem auctoritate apostolica faciendam vacatura, per alias nostras litteras provideri mandavimus, volentes inter cetera, quod ipse Nicolaus, quamprimum dictarum litterarum vigore prefatam aliam vacaturam prebendam foret pacifice assecutus, minorem prebendam predictam, quam extunc vacare decrevimus, prout ad id etiam se obtulit, dimittere teneretur. Cum itaque propterea dicta minor prebenda per assecutionem eiusdem vacature prebende per eundem Nicolaum prefatarum litterarum vigore faciendam vacare speretur, nos . . . canonicatum dicte ecclesie tibi conferimus et de illa etiam providemus, prebendam vero minorem predictam [fructus 3 mr.] conferendam tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome 19. kal. febr. anno 3.

Simili modo Ringstadensis et de Sora Roskildensis diocesis monasteriorum abbatibus ac Henrico de Estel canonico Bremensi.

P. XIII. XI. 14. kal. aprilis anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 737 fol. 116 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis) i Suppl. 694 fol. 76 v.

---

[1]) II: Wogér clericus Ottoniensis diocesis

2510. **1. Febr. 1474.**

Paven erklærer, at den Aflad, som Marinus de Fregeno prædiker i Norden, ikke er indbefattet i den almindelige Suspension af al Aflad i Anledning af det forestaaende Jubilæumsaar (1475).

Ad futuram rei memoriam. Intenta continue saluti animarum Christi fidelium *(Dipl. Norv. VI, 615—16; Reg. *7135)*. Datum Rome kal. febr. anno 3.

Arm. 31 vol. 62 fol. 76 v; ep. 57.

2511. **1. Febr. 1474.**

Paven befaler Marinus de Fregeno at inddrive de Pengesummer, der paa Paulus II's Tid blev indsamlede til Krigen mod Bøhmerne og deponerede hos Magistraterne i Hamburg og Kiel.

Magistro Marino de Frigeno, notario ac in Dacie Norvegie et nonnullis aliis partibus nostro et apostolice sedis nuntio. Cum . . . apud consulatum Amborgensem *(Dipl. Norv. VI, 616; Reg. *7136)*. Datum Rome kal. febr. anno 3.

Arm. 31 vol. 62 fol. 76; ep. 56.

2512. **4. Febr. 1474.**

Præsten Jens Madsen (Brun) fra Odense Stift faar Dispensation til med Ærkepræstestillingen i Collignola at forene Besiddelsen af et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Mathei presbiter Ottoniensis diocesis, archipresbiter plebis b. Marie de Collignola Veronensis diocesis, qui ecclesie hospitalis s. Spiritus de Urbe eiusque regimini pluribus annis prefuit et preest, quatenus sibi, ut una cum dicto archipresbiteratu quodcunque aliud et absque illo quecunque duo curata seu alias incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . ., libere recipere et retinere, quoad vixerit, necnon illa, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo tantum incompatientia similiter recipere et, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis . . . Datum Rome pridie non. febr. anno 3.

Suppl. 695 fol. 102.

2513. **10. Febr. 1474.**

Klerken Johan Breyde fra Slesvig Stift, som er Klerk ved Supplikkontoret, faar Kanonikat og Præbende i . . .[1])

[Vacantibus canonicatu et prebenda . . .[1])] per obitum . . .[1]) apud sedem apostolicam defuncti, [s. v. de] illis sic vacantibus

[1]) Cod. her ødelagt af Fugtighed.

Johanni Breyden, clerico Slesvicensis diocesis ac in registro supplicationum s. v. clerico, ex utroque parente de militari genere procreato, gratiose providit, et idem Johannes eiusdem provisionis vigore canonicatum et prebendam predictos extitit assecutus. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 5. id. febr. anno 3.

Suppl. 696, upag. (Hele Bindets øverste Del er ødelagt af Fugtighed.)

2514. **11. Marts 1474.**

Optegnelse om, at Marinus de Fregeno indbetaler 1337 Gylden til det pavelige Kammer.

[1474] Die 11. [mensis martii] habuit similiter thesaurarius a Marino de Fregeno, collectore in Dacia, Svecia et aliis provinciis, fl. 1337 exactos in dicta collectoria et pro sancta cruciata, quam ibi predicat, per manus Petri Antonii de Fregeno et Bartholomei Antonii de Monte Vlmeo, in fl. auri de camera 400 et fl. 873 renensibus et 674 apostolatis.

A Marino de Fregeno predicatore cruciate. Ita est B. Regas.

Introitus et Exitus 489 fol. 58. Trykt Dipl. Norv. XVII, 574.

2515. **Marts—April 1474.**

Optegnelse om, hvad Kong Christiern vilde opnaa ved Kurien.

Item. Der sachen halben, die in dem bebstlichen hofe zu handeln sein, ist geratslagt.

Item. In den konigreichen Tennmark, Sweden vnd Norwegen ist grosslich nottorft frid, willen vnd eynigkeit zwischen beden steenden, gaistlichen vnd werntlichen, zu behalten, angesehen das mechtige erzbistum vnd bisthum dorjnn gelegen sein, die sunderliche stand vnd wesen in eins konigs rate ye zu zeiten haben, vnd wo dieselbigen einem konig widerwertiglich fallen solten, mocht daraus nicht klein plutvergiessen und verderben der land erwachsen, als zu vil malen geschehen ist. Solch kunftig vbel vnd vnrate zu fürkommen ist geratslagt dise nachvolgend artikel vnd freyheit bei vnnserm heiligen vater dem babst zu erlangen zu erbeiten:

Item. Nachdem grosse vnd mechtige ritterschaft in den landen ist, erfordert die nottdorft dieselben nach geburnus in

willen zu behalten, desshalben vnns bedunken, will nottorftig sein, ob vnnser herr der konig erlangen mocht, das in disen hernach geschriben stiften durch bebstliche fursehung vnd freyheit versorgt, das nyemants daselbst zu thumherrn oder eynicher prelatur, dignitet vnd officia aufgenomen wurde, dann der vom adel von sein vier anen, oder aber in der heiligen schrift, in keyserlichen oder in bebstlichen rechten doctor vnd aus demselben konigreich, darinn die kirche leyt, geboren were.

Item. Nachdem die compactata deutscher nation vnder andern artickeln geben, dass vnnser heiliger vater der babst sechs monat, vnd die andern ordinarien sechs monat haben, vnd die konigreich vnd fürstenthumb vnnsers hern des konigs von deutscher nation, gezung vnd wesen nit aussgeschlossen sein, werden doch dieselben konigreich vnd land mer beswert, also, das sich etlich vndersteen mit bebstlichen briefen den ordinarien zween monat abzusneyden vnd nicht mer dann vier monat zuzugeben, ist geratslagt, das durch vnsern hern den konig geerbeit werden sol sein konigreich vnd fürstenthum in dem der deutschen nation gleich zu halten.

Item. Nachdem auch in den egemelten concordaten in confirmation vnd provision der erzbisthum vnd bisthum berurende ein artikel gesatzt ist, das rechtliche wale der capitel zugelassen werden sollen, es were dann, das vnser heiliger vater der babst einen bessern geben mocht, vnd aber vnnserm herrn dem konig an den bischofen hoh gelegen ist, angesehen das ein iglicher bischoff von stund an, so er confirmiret wurdt, sein state in des konigs rate hat, das dann vnnser herr der konig darauff arbeiten woll, keinen ertzbischoff oder bischof in seinen konigreichen erwelt zu bestetigen, sunder in macht des artikels in den compactaten gesetzt meinem herrn dem konig ein freyheit geb, hierfüro nyemants zu ertzbischof oder bischof in denselben kirchen zu bestetigen on erlangten wissen vnd willen des konigs, angesehen das der konig bass wayss, wer der beste darzv sey, dann yemants anders.

Item. Von der präpositur vnd ander specialiter reservirten lehen wegen zu erlangen, was der dignitet, beneficia oder officia were in ertzbischoflichen, bischoflichen vnd collegialen kirchen, das die nicht andern dene personen, so von adel oder doctores sein, von der nation geboren, do die lehen gelegen sind, wie obgeschriben ist.

Item. Das vnnser herr der konig ein conservatorium für

sich, seine reich vnd vnderthan, geistlich vnd werntlich, erlang in meliori forma.

Item. Von des bisthumbs vnd stifts wegen zu Odensee, sant benedictinerordens, die zu wandeln in werntlich canonici vnd zu versorgen mit den freyheiten, hinfur nit anders gehalten zu werden, dann wie von den andern stiften obgeschriben ist.

Item. Literas promotoriales in meliori forma von vnserm hern dem keyser vber dise ding an vnsern heiligen vater den babst zu erlangen.

Archiv für Kunde oesterr. Geschichtsquellen VII, 98—99. Jfr. Hist. Tidsskr. 5. R. II, 287—89.

2516. **Marts—April 1474.**

Pave Sixtus byder Kong Christiern velkommen.

Litteræ Sixti IV papæ ad Christianum I regem Daniæ de eius adventu versus Romam 1474.

Cognovimus ex litteris tuæ serenitatis in itinere te esse, ut ad sancta apostolorum limina venias et successorem Petri in terra hac visites martirum sanguine consecrata. Lætati eo nuntio plurimum sumus, videntes peregrinationem tuam plenam esse propositi boni ac fidelis et de salute animæ non minus quam rebus terrenis te cogitare. Speciosa est fides tua, fili charissime, religiosa etiam ex tam longinquo profectio, tanto quidem in te rege devotior, quanto in magnis principibus rarior. Queris Dominum, dum inveniri potest, et invocas eum, dum prope est. Viarum incommoda prætulisti quieti domesticæ et regnum sæculi reliquisti, ut cæleste regnum parares, illud Salvatoris attendens nullam satis dignam commutationem dare hominem posse pro anima sua. Si ergo fuerint juxta verbum Isaiæ peccata tua ut coccinum, per hæc sancta opera quasi nix dealbabuntur, et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Omnipotens Deus, cui labor hic servit, venientem te atque abeuntem incolumem servet angelisque suis mandet de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Nos, qui tuam serenitatem comitatumque tuum omnem in tempore accipiant et in Urbem usque prosequantur, ad fines ditionis ecclesiæ [præsto][1]) esse jubebimus. Sine incommodo venies, sine incommodo abibis, discrimen nullum in domo patris tibi erit timendum. Ubique, si non pro meritis, at pro studio nostro præsto erit lætitia et cha-

[1]) add. Gz.

ritas, ingressus vero Urbem accipieris obviis manibus et paterno sinu fovebere nullaque pietatis et devotionis officia, quæ præstari catholicis regibus soleant, a nobis venerabilibusque fratribus nostris s. Romanæ ecclesiæ cardinalibus tibi bene merito deerunt. Veni ergo in benedictione patris, fili charissime, et pium propositum feliciter imple. *Uden Dato.*

Brevet, der er affattet af Kardinal Jacobus Ammanati, er tidligere trykt i J. J. Müllers Reichstags-Theatrum Friderici V [ɔ: III] II, 651. Reg. 4538* = *7160.

2517. 8. April 1474.

Kardinal Jacobus Ammanati af Pavia giver Lægen Bernardus Ilcinensis Underretning om, hvad der er foregaaet i Rom, især om Kong Christierns Ankomst og Ydmyghed overfor Paven.

Bernardo Ilcinensi. De liberata sorore *(Dipl. Norv. XVII, 1061—62; Reg. *7161).* Rome 4. [ɔ: 8][1]) aprilis 1474.

2518. 13. April 1474.

Paven befaler Biskoppen i Tarazona, Abbeden i Vitskøl Klostér og Officialen i Viborg at overdrage Kanonikat og Præbende i Viborg til Præsten Jens Laurenssen fra Børglum Stift.

Episcopo Tirasonensi et abbati monasterii Vitescole Vibergensis diocesis ac officiali Vibergensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Laurentii presbiteri Burglanensis diocesis petitio continebat, quod dudum, videlicet de mense nov. proxime preterito, canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis, quos Laurentius Nicolai, alias Tuonis, . . obtinebat, per obitum eiusdem Laurentii vacantibus, Kanutus episcopus Vibergensis canonicatum et prebendam predictos eidem Johanni auctoritate ordinaria contulit et de illis etiam providit, ipseque Johannes collationis et provisionis huiusmodi vigore dictos canonicatum et prebendam extitit assecutus. Cum autem . . . dubitet collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, et canonicatus et prebenda predicti adhuc vacare noscantur, nos, dicto Johanni consideratione Cristierni regis Dacie, nobis pro ipso Johanne dilecto capellano suo super hoc supplicantis, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum, eidem Jo-

[1]) Brevet er skrevet Langfredag, der var 8. April.

hanni auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome id. aprilis anno 3.

XX.
Reg. Vat. 561 fol. 272.

2519. **13. April 1474.**

Paven giver, efter Kong Christierns Bøn, Aflad til dem, som paa bestemte Dage besøger Franciskanerkirken i Barby i Magdeburg Stift: Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet is [etc.]. Cupientes igitur, ut ecclesia domus opidi Barbi Magdeburgensis diocesis ordinis Minorum, apud quam, ut Cristierni Dacie Svecie Norvegie regis insinuatione didicimus, maiores nobilis viri Guntheri comitis de Mulingen et domini dicti opidi sepelliri consueverunt, congruis honoribus frequentetur . . . [som Nr. 860], omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dominica »In vocem jocunditatis« post resurrectionem domini nostri Jesu Christi ac s. Francisci festivitatibus dictam ecclesiam devote visitaverint annuatim . . . ., quatuordecim annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuo duraturis. Volumus autem [osv. som Nr. 860]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 653 fol. 43 v.

2520. **13. April 1474.**

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Kirken ved Helligaandshospitalet i København; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christis fidelibus presentes litteras inspecturis. Pastoris eterni, qui pro salute humani generis se in pretium immolare non abnuit, vices quamvis immeriti gerentes in terris, cunctos Christi fideles ad pia caritatis opera ferventer inducere satagimus eosque indulgentiis et remissionibus incitamus, ut ipsorum operum indulgentiarumque participes effecti supernam patriam valeant introire. Cupientes igitur, ut ecclesia hospitalis s. Spiritus opidi Haffnensis ordinis s. Augustini Roskildensis diocesis ac singula altaria in ea instituta et imposterum instituenda congruis honoribus frequententur, ac Christi fideles eo libentius devotionis causa ad illa confluant et pro sustentatione pauperum et aliarum miserabilium personarum manus promptius porrigant adjutrices . . ., omnibus Christi fidelibus, qui ecclesiam et singula altaria erecta et erigenda huiusmodi, sub

quocunque vocabulo nuncupentur, in s. Trinitatis et dedicationis eiusdem ecclesie festivitatibus devote visitaverint annuatim . . ., singulis diebus festivitatum earundem septem annos et totidem quadragenas, ac illis, quotienscunque cimiterium sive sacrarium dicti hospitalis pro benefactoribus exorando circuierint, centum dies, qui vero pro recollectione pauperum et infantium, ne deinceps exponantur, ad huiusmodi recollectionis manutentionem manus adjutrices porrexerint, duos annos et etiam totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, necnon indulgentias septem annorum et totidem quadragenarum huiusmodi semel in anno, videlicet in festo reliquiarum dicti hospitalis, ad ecclesiam ipsam visitantes extendimus et duplicamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem [som Nr. 860]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 653 fol. 66.

2521. **13. April 1474.**

Paven overdrager motu proprio Kong Christierns Kapellan Jens Laurenssen Kanonikat med Ventebrev paa Præbende i Aarhus og Ret til at nyde samme Privilegier som de pavelige »familiares«.

Johanni Laurentii canonico Arusiensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis capellanus familiaris continuus commensalis existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . . canonicatum ecclesie Arusiensis, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur, tibi conferimus et de illo etiam providemus, prebendam vero ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium eiusdem ecclesie necnon beneficium . . consuetum clericis secularibus assignari, etiam si prepositura ruralis, que dignitas curata extra tamen ecclesiam cathedralem reputetur, ... fuerit, . . . dummodo aliqua dignitatum earundem in Arusiensi post pontificalem maior aut collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat, [fructus, si cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr., si vero sine cura . ., 18 mr.], ad collationem . . . episcopi Burglanensis et prepositi et capituli singularumque personarum ecclesie Burglanensis ordinis Premonstratensis s. Benedicti, etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum, que in illa obtinent, pertinentia, si qua vacant aut cum vacaverint, conferenda tibi donationi

apostolice reservamus, non obstantibus si hodie pro aliis super equalibus gratiis in dicta Arusiensi s. Nicolai (!) necnon de simili beneficio ad collationem . . . episcopi et capituli Burglanensium . . . pertinente litteras nostras duxerimus concedendas . . . Et insuper, ut ex litteris et gratia huiusmodi celeriorem consequaris effectum, volumus, quod tu in canonicatus et prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii Arusiensis ac beneficii predictorum assecutione omnibus ac illis prorsus similibus . . . privilegiis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales in quibusdam aliis nostris litteris in assecutione quorumcunque beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis etiam motu simili concessarum duxerint acceptanda, gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter ad eorundem familiarium nostrorum descriptorum instar sine tamen illorum prejudicio gaudere valeas in omnibus, perinde ac si unus ex eisdem familiaribus descriptis existeres. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] archiepiscopo Patracensi et abbati monasterii Care Insule Arusiensis diocesis ac officiali Burglanensi.

Reg. Vat. 663 fol. 31.

2522. **13. April 1474.**

Paven giver motu proprio Kong Christierns dilectus, Skolaren Christoforus de Heysen fra Bremen Stift Ventebrev paa Beneficier i Lübeck og Schwerin.

Cristoforo de Heysen scolari Bremensis diocesis. Laudabilia probitatis et virtutum merita [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, [qui] in quintodecimo vel circa tue etatis anno constitutus et Cristierni Dacie Norvegiè et Svecie regis dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . . unum vel duo beneficia . . ., dummodo dignitas ipsa in cathedrali post pontificalem maior seu collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat [fructus, si alterum eorum cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr., si vero sine cura, . . 18 mr.] ad Lubicensis et Swerinensis episcoporum ac prepositorum, decanorum, archidiaconorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Lubicensis et Swerinensis ecclesiarum . . . . collationem . . . . pertinentia, si qua vacant aut cum vacaverint, que tu, postquam clericali caractere rite insignitus fueris [osv.

som Nr. 796], duxeris acceptanda, conferenda tibi post acceptationem huiusmodi donationi apostolice reservamus, non obstantibus si hodie [osv. som Nr. 2521]. Et insuper tecum, ut, quamprimum vicesimum dicte etatis annum attigeris, curatum beneficium huiusmodi . . ., si tibi vigore presentium conferatur, recipere et retinere libere valeas, tenore presentium motu simili dispensamus. Et nichilominus, ut ex litteris [som Nr. 2521]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Tirasonensi et Aleriensi episcopis ac decano ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis.

Reg. Vat. 663 fol. 33.

2523. 13. April 1474.

Paven giver motu proprio Kong Christierns Raadgiver Klerken Hermannus Reynsberger fra Bamberg Stift Ventebrev paa to Beneficier.

Hermanno Reynsperger clerico Bambergensis diocesis, legum doctori. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis consiliarius existis, gratioso favore prosequi, motu proprio . . . tecum, ut quecunque duo beneficia curata vel alias invicem incompatibilia . . ., si tibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque et quevis alia per te imposterum canonice assequenda incompatibilia beneficia . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, etiam quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 43 og 101.

2524. 13. April 1474.

Paven giver motu proprio Kong Christierns Sekretær, Magdeburgkanniken Albertus Clitzing Tilladelse til at forene to ellers uforenelige Embeder.

Alberto Clitzinge canonico Ma[g]deburgensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, qui dudum inter alia voluimus, quod per quamcunque signaturam per nos deinceps faciendam nulli, cuiusvis status foret, certis tunc expressis personis exceptis, daretur dispensatio, quod duas parrochiales ecclesias vel dignitates maiores post pontificales in cathedralibus seu principales in collegiatis ecclesiis et unam

cum reliqua earum insimul retinere valeret, nisi ipse ecclesie parrochiales adeo contigue et invicem propinque essent, quod ipsis per unum commode deserviri posset, illarumque fructus ultra 24 fl. auri de camera non valerent annuatim, et, si per preoccupationem vel alias littere super tali dispensatione confecte reperirentur, ille nullius essent roboris vel momenti, volentes te, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis secretarius ac ex utroque parente de militari genere procreatus existis, gratioso favore prosequi, motu proprio . . . . tecum, ut quecunque duo curata vel alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si tibi alias canonice conferantur, recipere et, quoad vixeris, insimul[1]) retinere illaque et quevis alia per te imposterum canonice assequenda incompatibilia beneficia . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et etiam, quoad vixeris, insimul retinere libere valeas, priori voluntate predicta, et quod tu ex predictis exceptis personis non existis, non obstantibus, tenore presentium dispensamus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 43.

2525. 13. April 1474.

Paven stadfæster Pius II's Brev af 27. Febr. 1463 (Nr. 2277), hvorved denne havde bekræftet Kong Christierns Patronats- og Præsentationsret til Provstiet i Hamburg, hvilken By hørte under ham som Hertug i Holsten, Stormarn og Ditmarsken, og fastslaar bestemt, at Kongen og hans Efterfølgere altid skal kunne indstille værdige Personer til Provstiet, selv om dette er ledigt ved Kurien.

Cristierno regi Dacie. Precellens fidei constantia *(Jensen, Schleswig-Holsteinische Kirchengesch. II, 343—46; Reg. 4495*).* Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Hamborg 7 (R. A.); ogsaa i Reg. Vat. 663 fol. 59 v.

2526. 13. April 1474.

Paven overdrager motu proprio Kong Christierns dilectus, Lübeckerkanniken Mathæus de Czerwest Kanonikater i Lübeck og Stendal i Halberstadt Stift og giver ham Ventebreve paa Præbender sammesteds.

Matheo de Czerwest canonico Lubicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui Cristierni Dacie regis dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac

[1]) Gz. — Cod. invicem

si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum Lubicensis et alium s. Nicolai Stendaliensis Halberstadensis diocesis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Lubicensis et aliam Stendaliensis, in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, etiam ex dictis maioribus prebendas[1]) ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, . . . dummodo dignitas ipsa in Lubicensi post pontificalem maior seu in Stendaliensi ecclesiis huiusmodi principalis non existit, si que, si qui vel si qua vacant aut cum vacaverint . . ., conferendas, conferendos seu conferenda tibi donationi apostolice reservamus . . . ., non obstantibus . . . earundem ecclesiarum statutis et consuetudinibus, illis presertim, quibus caveri dicitur, quod nullus in predicta ecclesia Stendaliensi maiorem prebendam obtinere possit, nisi de minori ad mediam et de media prebendis ad maiorem prebendas huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, quibus hac vice dumtaxat, eis alias in suo robore permansuris, motu simili derogamus . . . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] episcopo Tirasonensi et decano ecclesie Magdeburgensis ac officiali Brandeburgensi.

Reg. Vat. 663 fol. 65 v.

2527. **13. April 1474.**

Paven giver motu proprio Kong Christierns familiaris, Klerken Fredericus Wilant fra Bamberg Stift to Beneficier i Bamberg og Würzburg Stifter.

Frederico Wilant clerico Bambergensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui in vicesimo quarto vel circa tue etatis anno constitutus ac Cristierni Dacie Norvegie et Svecie regis dilectus familiaris continuus commensalis existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes . . ., motu proprio . . . . unum vel duo beneficia . . . ., dummodo dignitas in cathedrali post pontificalem maior vel collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat [fructus, si alterum eorum cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr. . ., si vero sine cura nec[2]) dignitas vel personatus seu ipsa duo fuerint, 18 mr.], ad Bambergensis et Herbipolensis episcoporum ac prepositorum,

[1]) Gz. Cod. predictarum [2]) vel Gz.

decanorum, archidiaconorum, thesaurariorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Bambergensis et Herbipolensis ecclesiarum . . . collationem . . . . pertinentia, si quod vel si qua vacant aut cum vacaverint . . . . ., conferenda tibi donationi apostolice reservamus . . . . ., non obstante quod ad obtinendum beneficium cum cura huiusmodi etatis premisse deffectum pateris, in illius anno constitutus, ut prefertur, aut si hodie pro aliis [som Nr. 2521]. Et insuper tecum, ut curatum beneficium huiusmodi, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium fuerit, si tibi vigore presentium conferatur, recipere et retinere libere valeas, deffectu premisso non obstante, tenore presentium motu simili dispensamus . . ., et nichilominus, ut ex litteris et gratia huiusmodi celeriorem consequaris effectum, motu simili volumus [osv. som Nr. 2521]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Gaspari Smidhauszer Frisingensis et Udalrico Entzenberger Pataviensis ac Nicholao Gleywitz Wratislaviensis ecclesiarum canonicis.

Reg. Vat. 663 fol. 76.

2528. 13. April 1474.

Paven giver efter Kong Christierns Bøn Grev Günther af Mulingen og hans 4 Sønner Lov til at have Rejsealter og holde Messe før Daggry og paa Steder, som er underlagte Interdikt.

Nobili viro Gunthero comiti de Mulingen. Sincere devotionis affectus [etc.]. Hinc est, quod nos consideratione Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis, nobis super hoc supplicantis, et tuis supplicationibus inclinati, ut tu, qui etiam loci de Barbi dominus existis, et nobilės viri Johannes, Burckardus, Albertus et Wilhelmus nati tui . . cum reverentia et honore debitis altare habeatis portatile, super quo etc., cum clausula ante lucem et in loco interdicto etc. in forma. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 82.

2529. 13. April 1474.

Paven giver paa Kong Christierns Bøn Grev Günther og hans Sønner og Døtre Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Aflad i alle Tilfælde undtagen dem, der er forbeholdte Pavestolen.

Nobili viro Gunthero, comiti de Mulingen. Ex tue devotionis affectu [etc.]. Hinc est, quod nos consideratione Cristierni

[som Nr. 2528] tibi et nobilibus viris Johanni, Burchardo, Alberto et Wilhelmo tuis natis ac sororibus eorum, ut aliquem idoneum presbiterum secularem vel regularem in vestrum possitis eligere confessorem, qui in omnibus preterquam sedi predicte [ɔ: apostolice] reservatis casibus etc. in forma cancellarie. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 82 v.

2530. **13. April 1474.**

Paven giver motu proprio Kong Christierns dilectus, Albertus Gosmann Kanonikater i Hamburg og Bardewick og Ventebreve paa Præbender sammesteds.

Alberto Gosman canonico ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum b. Marie Hamburgensis et alium ss. Petri et Pauli Bardewicensis Bremensis et Verdensis diocesium ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero b. Marie et aliam ss. Petri et Pauli predictarum ecclesiarum, in quibus maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, prebendas etiam ex dictis maioribus ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . . ., dummodo dignitas ipsa in aliqua dictarum ecclesiarum principalis non existat, si que, si qui vel si qua vacant aut cum vacaverint, . . . conferendas, conferendos seu conferenda tibi . . . donationi apostolice reservamus . . . ., non obstantibus . . . de certo canonicorum numero et aliis earundem ecclesiarum statutis et consuetudinibus, illis presertim, quibus caveri dicitur, quod nullus in dictis ecclesiis maiores prebendas obtinere possit, nisi de minoribus ad medias et de mediis prebendis ad maiores prebendas huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, quibus hac vice dumtaxat, eis alias in suo robore permansuris, motu simili derogamus . . ., aut si hodie pro aliis [som Nr. 2521]. Et insuper, ut litterarum et gratie [som Nr. 2521]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Preposito ss. Stephani et Wilhardi Bremensis et decano Verdensis ecclesiarum ac officiali Verdensi.

Reg. Vat. 663 fol. 83.

2531. **13. April 1474.**

Paven befaler Biskop Jacobus (Minutoli) i Nocera at give Kong Christierns Læge, Klerken Johannes Heysen fra Mainz Absolution for, at han, trods Løfte om at lade sig præstevie, har taget Del i forskellige Krige, og Dispensation til at lade sig indvie til de højere Grader samt modtage Embeder, som kan forenes.

Jacobo episcopo Nucerino, in Romana curia residenti. Apostolice sedis indefessa clementia [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Heysen clerici Maguntine diocesis petitio continebat, quod, cum alias ipse, tunc in juvenili etate constitutus, gravi quadam infirmitate oppressus esset, sibique quedam maxima pericula imminerent, vovit altissimo, ut, si ex infirmitate et periculis predictis liberaretur, ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines se promoveri faceret et in illis altissimo redderet perpetuum famulatum. Postmodum vero certo justo bello, ubi plures homines vulnerati, mutilati et nonnulli interfecti fuere, presens interfuit ac capitaneo principali tunc ibidem existenti contra eorum inimicos consilium et favorem in huiusmodi bello prestitit, et successive quadam die pro incarceratione cuiusdam latronis et homicide, qui eiusdem Johannis proprium famulum in via publica absque ulla causa crudeliter interfecerat, apud judicium ordinarium instetit et, ut ipse homicida bene puniretur, solicitavit, nullum tamen propriis manibus mutilavit seu interfecit; propter que dubitat votum per eum, ut prefertur, emissum adimplere non posse, dispensatione super hoc apostolica non obtenta. Quare pro parte dicti Johannis nobis fuit supplicatum, ut ipsum a predictis excessibus absolvere ac secum super irregularitate, quam premissorum occasione contraxit, dispensare dignaremur. Nos, volentes ipsum Johannem, qui Christierni Dacie Svecie et Norvegie regis medicus existit, favore prosequi gratioso, fraternitati tue mandamus, quatinus ipsum Johannem, si hoc humiliter petierit, a predictis voto et excessibus auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolvas in forma ecclesie consueta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que de jure fuerint injungenda, necnon secum super irregularitate, quam propterea contraxit, quodque ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines promoveri et quecunque beneficia se invicem compatientia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia sese, ut prefertur, compatientia recipere et retinere libere valeat, eadem

auctoritate dispenses aboleasque omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum dicta occasione contractam. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 91 v.

2532. **13. April 1474.**

Paven overdrager motu proprio Kong Christierns Kansler Jens Pedersen Kanonikater og Præbender i Aarhus og Ribe.

Johanni Petri canonico Arusiensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos . . tibi, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis cancellarius existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum Arusiensis et aliud (!) Ripensis, in quibus maiores et minores prebende fore noscuntur, ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Arusiensis et aliam Ripensis predictarum prebendas etiam maiores ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, etiam si ad illam, illum vel illud consueverit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum, dummodo dignitas ipsa in altera ecclesiarum predictarum post pontificalem maior non existat, si que, si qui vel si qua vacant aut cum vacaverint, . . . conferenda tibi . . . donationi apostolice reservamus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] preposito Roskildensis et decano s. Andree Hildesemensis ecclesiarum ac officiali Roskildensi.

Reg. Vat. 663 fol. 93.

2533. **13. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio Kong Christierns »acceptus«, Klerken Petrus Wittorp fra Bremen Stift eet eller to Beneficier i Lübeck og Hamburg.

Petro Wittorp clerico Bremensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos [tibi], qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis acceptus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum vel duo beneficia . . ., dummodo dignitas in cathedrali post pontificalem maior aut collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat,

[fructus, si cum cura aut dignitas vel personatus, 25, si vero sine cura, 18 mr. secundum taxationem decime] ad episcopi Lubicensis ac prepositorum, decanorum, scolasticorum, cantorum, thesaurariorum, capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Lubicensis ac b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ecclesiarum . . . . collationem . . . . pertinentia, si qua vacant aut cum vacaverint, . . . conferenda tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] decano s. Andree Hildesemensis et Hinrico de Estel canonico Bremensis ecclesiarum ac officiali Lubicensi.

Reg. Vat. 663 fol. 94.

2534. 13. April 1474.

Paven stadfæster efter Kong Christierns Bøn det Helligtrefoldighedskapel, som han med Dronning Dorotheas Bistand og Tilladelse af Biskoppen i Roskilde har stiftet i Roskilde Domkirke til Ære for Trefoldigheden, Jomfru Marie, St. Anna og de hellige tre Konger, hans Oprettelse af et Kanonikat og nogle evige Vikariater for nogle Gejstlige, der hver Dag skal læse fire Messer, hans Præsentationsret til disse Beneficier og hans Gave af Kirkerne i Heddinge og Udby, som Biskoppen i Roskilde derefter har forenet med Kapellet.

Ad perpetuam rei memoriam. Apostolice nobis licet immeritis desuper injuncte servitutis officium *(Dipl. Chr. I, 295—96; Reg. 4496*)*. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Samtidig Paaskrift: De confirmatione erectionis capelle regie in ecclesia Roskildensi et de absolutione pro insulanis Iislandie.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Sjælland-Møen 61 (R. A.). — Afskrift i Reg. Vat. 663 fol. 96.

2535. 13. April 1474.

Paven befaler efter Kong Christierns Bøn Biskoppen i Skalholt at give de Islændere Absolution, som nu i over 50 Aar har været bandlyste, fordi de i sin Tid havde myrdet Biskop Jens (Gerekesen Lodehat) i Skalholt, mens han læste Messe, dog paa Betingelse af, at de giver Biskoppens Arvinger Erstatning, bygger et Stenkapel ved Kirken og lønner en fast Præst, der skal holde Messe i Kapellet for Biskoppens Sjæl.

Episcopo Sclalotensi. Etsi antiquus et versutus[1]) hostis *(Dipl. Norv. VI, 617—18; Ny kirkehist. Saml. VI, 560—62; Reg. *7166)*. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 97.

---

[1]) Gz. — Cod. versatus

2536. **13. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio eet eller to Beneficier i Hamburg eller Lübeck for Kong Christierns »acceptus et dilectus«, Klerken Johannes Remstede fra Bremen Stift.

Johanni Remstede clerico Bremensis diocesis, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos . . tibi, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis acceptus et dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. . . anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum vel duo beneficium seu beneficia . . . [etc. ganske som Nr. 2533]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

[Simili modo] decano ecclesie Bramessensis Osnaburgensis [ɔ: Osnabrugensis][1]) diocesis ac Bremensi ac Lubicensi officialibus.

Reg. Vat. 663 fol. 98.

2537. **13. April 1474.**

Paven overdrager motu proprio Kong Christierns »acceptus« Johannes van Kamp Kanonikater og Præbender i Münster og Deventer.

Johanni van Kamp canonico Monasteriensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui ex utroque parente de militari genere et legitimo matrimonio procreatus et Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis acceptus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . . unum Monasteriensis . . . et alium s. Lebuini Daventriensis Trajectensis diocesis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Monasteriensis etiam maiorem ac s. Lebuini predictarum aliam prebendas ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . . . . ., dummodo dignitas ipsa in Monasteriensi post pontificalem maior aut s. Lebuini ecclesiis huiusmodi principalis non existat, si que . . . vacant aut cum vacaverint, . . . conferenda tibi donationi apostolice reservamus . . . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] preposito ecclesie Osnaburgensis (!) et Monasteriensi ac Trajectensi officialibus.

Reg. Vat. 663 fol. 99.

---

[1]) add. Gz.

2538. **13. April 1474.**

Paven overdrager motu proprio Kong Christierns Sekretær Henricus Sanckenstede Kanonikater og Præbender i Verden og Erfurt.

Henrico Zanckenstede canonico Verdensi, legum doctori. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis secretarius existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum Verdensis et alium b. Marie Erfurdensis Maguntine diocesis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Verdensis et aliam b. Marie predictarum prebendas ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . . ., dummodo dignitas ipsa in Verdensi post pontificalem maior aut b. Marie ecclesiis huiusmodi principalis non existat, si que . . . vacant aut cum vacaverint, conferenda tibi donationi apostolice reservamus . . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

[Simili modo] preposito ss. Petri et Pauli Bardewicensis et s. Seueri Erffurdensis ac b. Marie Hamburgensis Verdensis, Maguntine et Bremensis diocesium decanis ecclesiarum.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 102.

2539. **13. April 1474.**

Paven giver efter Kong Christierns Bøn hans dilectus, Skolaren Georgius de Heyszin Dispensation for uægte Fødsel og Tilladelse til at modtage og beholde gejstlige Embeder.

Georgio de Heyszin scolari Suerinensis diocesis. Illegitime natos, quos morum decorat honestas, nature vitium minime decolorat, quod decus virtutum genitúre maculam abstergit in filiis, et pudicitia morum pudor originis aboletur. Hinc est, quod nos, qui dudum inter alia voluimus, quod nulli, cuiuscunque status foret, certis dumtaxat tunc expressis personis [exceptis], daretur dispensatio, quod duas parrochiales ecclesias vel dignitates post pontificales maiores seu principales in collegiatis ecclesiis vel unam cum reliqua earum insimul retinere valeret, nisi parrochiales ecclesie adeo contigue et invicem propinque forent, quod ipsis per unum commode deserviri posset, illarumque fructus ultra 24 fl. auri de camera non valerent annuatim, et si per preoccupationem vel alias littere super tali dispensatione

reperirentur, ille nullius essent roboris vel momenti, attendentes, quod tu, qui deffectum natalium pateris, de soluto genitus et conjugata seu soluta, deffectum huiusmodi honestate morum et vite . . . recompensas, redimens favore virtutum, quod in te ortus odiosus ademit, et propterea nos (!), volentes te favore prosequi gratioso, . . Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis, pro te dilecto suo nobis super hoc supplicantis, supplicationibus inclinati, tecum, qui desideras inscribi militie clericali, ut clericali caractere insigniri et ad omnes etiam sacros ordines promoveri necnon quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia ac quecunque se invicem compatientia beneficia . . . ., si tibi alias canonice conferantur, recipere et, quoad vixeris, etiam si incompatibilia forent, retinere illaque . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat incompatibilia similiter recipere et, quoad vixeris, etiam si incompatibilia forent, insimul retinere et in quibuscunque bonis parentum, agnatorum et cognatorum tuorum tam ex testamento quam ab intestato absque tamen prejudicio eorum, qui in dictis bonis succedere deberent, si parentes, agnati et cognati predicti intestati decederent, succedere et ad illa quovis titulo devenire illaque consequi et habere, et, si te ad laica vota forsan aspirare contingat, ad honores et officia quecunque secularia eligi, recipi et assumi eaque et quoscunque alios actus legitimos exercere libere valeas, et in quibuscunque litteris, gratiam vel justitiam concernentibus, de cetero per te a sede apostolica vel alias obtinendis de deffectu et dispensatione huiusmodi mentionem facere non tenearis, ipseque littere nichilominus valide et efficaces existant et eo pretextu impugnari nullatenus possint, deffectu predicto, etiam si ex quovis alio illicito et damnato complexu . . . . genitus fores, et Pictavensis et generalis conciliorum, priori voluntate nostra predicta, quodque tu de dictis personis exceptis non existis, et aliis constitutionibus . . . nequaquam obstantibus, dispensamus . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 108.

2540. 13. April 1474.

Paven giver efter Kong Christierns Bøn hans dilectus, Skolaren Christoforus de Heyszin fra Bremen Stift samme Dispensation.

Cristoforo de Heyszin scolari Bremensis diocesis. Illegitime natos [etc. som Nr. 2539]. Hinc est, quod nos [som Nr. 2539,

dog tilføjes her efter duo dumtaxat incompatibilia »et quecunque invicem compatibilia similiter recipere et, quoad vixeris, etiam si incompatibilia forent, insimul retinere«]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 111 v.

2541. **13. April 1474.**

Paven giver efter Kong Christierns Bøn Brødrene Ludovicus og Fridericus, Grever til Helfenstein, og Indbyggerne i nogle Byer i deres Land Tilladelse til at spise Smør og Mælkemad i Fasten.

Ludovico comiti de Helfensteyn. Ut sedi apostolice te devotiorem exhibeas, quo magis illius gratie ubertate noveris te foveri, hinc est, quod nos, Cristierni Dacie regis et tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi et Friderico, etiam de Helfensteyn, fratri tuo germano, ac vestris successoribus necnon universis incolis et habitatoribus utriusque sexus in castro Hildemburg, opido Wisensteig ac villa Gospach cum eorum attinentiis Constantiensis diocesis provincie Maguntine, que in vestro dominio consistunt, et ubi oleum olivarum non crescit, pro tempore commorantibus, quod quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus lacticiniorum de jure vel consuetudine est prohibitus, butiro et aliis lacticiniis, excepta dumtaxat septimana sancta, vesci libere valea[ti]s ac ipsi successores necnon incole et habitatores presentes et futuri valeant, tenore presentium indulgemus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 113.

2542. **13. April 1474.**

Paven befaler efter Kong Christierns Bøn tre Dekaner i Magdeburg at hjælpe Grev Günther til Mulingen, Herre til Barby mod Ærkedegnen i Calve i Magdeburg, som indblander sig i den verdslige Jurisdiktion.

Maioris et s. Sebastiani ac s. Nicolai Nouifori Magdeburgensis ecclesiarum decanis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte nobilis viri Guntheri comitis de Mulingen et domini loci de Barbi Magdeburgensis diocesis petitio continebat, quod, licet archidiacono in Calue in ecclesia Magdeburgensi in subditos dicti Guntheri preterquam in causis spiritualibus nulla sit jurisdictio attributa de consuetudine vel de jure, tamen dictus archidiaconus dictum comitem,

quominus jurisdictionem ad eum pertinentem in eosdem subditos exercere et de causis, que inter eos pro tempore oriuntur, cognoscere illasque audire possit, de facto impedire presumit in ipsius comitis prejudicium non modicum et gravamen. Quare pro parte eiusdem comitis nobis fuit supplicatum, ut sibi super his oportune providere dignaremur. Nos itaque consideratione Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis, nobis super hoc supplicantis, et dicti comitis supplicationibus inclinati, discretioni vestre mandamus, quatenus . . ., si vocatis dicto archidiacono et aliis, qui fuerint evocandi, vobis de assertis premissis legittime constiterit, non permitta[ti]s ipsum comitem per dictum archidiaconum super jurisdictione huiusmodi et aliis premissis quomodolibet indebite molestari. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 113 v.

2543. **13. April 1474.**

Paven giver motu proprio Sognepræsten i Tikøb Hans Urne Tilladelse til med sin Sognekirke at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Johanni Urne rectori parrochialis ecclesie in Tidekoping Roskildensis diocesis, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, qui dudum inter alia voluimus, quod per quamcunque signaturam deinceps faciendam nulli [etc. som Nr. 2539 til momenti], volentes te, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis acceptus existis . . ., gratioso favore prosequi, motu proprio . . . tecum, ut una cum dicta parrochiali ecclesia quodcunque aliud vel absque illa et ea per te dimissa quecunque duo alia beneficia curata seu alias invicem incompatibilia . . ., si tibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque et quevis alia per te imposterum canonice assequenda incompatibilia beneficia . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, etiam quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 177.

2544. **13. April 1474.**

Paven giver motu proprio Kong Christierns acceptus Klerken Albertus Goserman fra Bremen Stift Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Alberto Goserman clerico Bremensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, qui dudum inter alia voluimus, quod . . nulli [etc. som Nr. 2539 til momenti], volentes te, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis acceptus existis, gratioso favore prosequi, motu proprio . . . tecum, ut quecunque duo beneficia curata vel alias invicem incompatibilia . . ., si tibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque [etc. som Nr. 2543] dimittere et loco dimissorum alia duo dumtaxat invicem incompatibilia . . recipere et . . retinere . . valeas, tenore presentium dispensamus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 663 fol. 177 v.

2545. **13. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio Kanonikater og Præbender i Hamburg og Utrecht for Kong Christierns dilectus, Magister Leve Leven.

Leoni Leue canonico ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui Cristierni Dacie regis dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis et alium eiusdem b. Marie Trajectensis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Hamburgensis, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur, etiam ex dictis maioribus, et aliam b. Marie Trajectensis predictarum prebendas ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . . ., dummodo dignitas in aliqua ecclesiarum predictarum principalis non existat, si que, si qui vel si qua vacant aut cum vacaverint, . . . conferenda tibi donationi apostolice reservamus . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] preposito ecclesie Halberstadensis et Bremensi ac Trajectensi officialibus.

Reg. Vat. 663 fol. 187 v.

2546. **13. April 1474.**

Paven, der med Sorg har hørt, at den regulære Observans i Klostrene i Kong Christierns Riger er slappet, saa at nogle Munke endogsaa holder Konkubiner, befaler efter Kong Christierns Ønske sin Nuntius Marinus de Fregeno med nogle Munke som Ledsagere at visitere og reformere alle Klostrene. Ma-

rinus faar Ordre til at forhøre alle Beboerne og afsætte eller straffe de skyldige. De Munke, der har holdt Konkubiner, skal dog straffes af Biskopperne.

Magistro Marino Nicolai de Frigeno, notario ac in regno Dacie nostro et apostolice sedis nuntio. Ad decorem venustatem et exaltationem *(Dipl. Norv. XVII, 1063—66)*[1]. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 221.

2547. **13. April 1474.**

Paven stadfæster efter Kong Christierns Bøn Oprettelsen af et Helligaandskloster i København, som skal nyde samme Privilegier som Moderklostret i Rom og kun være afhængigt af dette.

Ad perpetuam rei memoriam. Superne dispositionis arbitrio meritis licet insufficientibus in apostolica sede locati, inter curas multiplices, quibus [pro] rerum occurrentium varietatibus obsidemur, ad ea ex debito pastoralis officii nobis commissi solicite intendimus, per que in quibusvis piis locis hospitalitas observetur, ac pauperum ac aliarum miserabilium personarum commoditatibus consulatur, necnon Christi fideles ad bona opera peragenda indulgentiarum muneribus inducantur, et hiis, que propterea processisse dicuntur, ut firma perpetuo et illibata persistant, cum a nobis petitur, apostolici muniminis adjicimus firmitatem. Sane Cristiernus Dacie Svecie et Norvegie rex, in presentia nostra personaliter constitutus, nobis nuper exposuit, quod ipse, preconsiderans, quod per totum eius regnum Dacie unum solum hospitale s. Spiritus ordinis s. Augustini erat, et quod ad oppidum Haffnense Roskildensis diocesis, ubi idem rex ut plurimum residet et pro negotiis regni consultandis moram trahere consuevit, quamplures principes, barones, milites et armigeri confluebant, quodque nullus locus, ubi infantes expositi vel pauperum seu ex illegitimo matrimonio nati ponerentur, nutri[r]entur et sustentarentur, existebat,[2] singulari devotione, quam ad hospitale nostrum eiusdem s. Spiritus in Saxia de [Urbe] ac prefatum ordinem gerit, et etiam pietate motus, ne talia discrimina et infantium expositiones turpiter fierent, unum hospitale sub eodem vocabulo s. Spiritus dicti ordinis, quod prius confuse tantum hospitale s. Spiritus dicebatur, cum ibidem nec ordo neque regularis observantia, prout in dicto hospitali nostro, sed ut quedam secta observaretur[3], de novo

[1] Her dog med den gale Dato 13. Sept. 1474. [2] Cod. et quod ipse rex
[3] Gz. — Cod. observabatur

erigi et edificari fecit. Quare pro parte eiusdem regis nobis fuit supplicatum, ut eisdem erectioni et edificationi pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . . dignaremur. Nos itaque constructionem et edificationem predictas et inde secuta quecunque tenore presentium confirmamus necnon presentis scripti patrocinio communimus . . . Et nichilominus tenore predict[o] perpetuo statuimus ac decernimus, quod hospitale sic erectum et edificatum ibidem pro recollectione pauperum et infantium expositorum remaneat ac dicto hospitali nostro et nulli alteri perpetuo sit subjectum et responsiones annuas, quas dicto hospitali nostro debebit, respondeat et ab omnium locorum et monasteriorum dicti ordinis exactione et obedientia, quibuscunque nominibus censeantur et ubilibet constituta existant, in omnibus ad instar aliorum hospitalium ipsi hospitali nostro subjectorum [exemptum sit], quodque tam presentes quam futuri prior et fratres dicti hospitalis erecti omnibus privilegiis gaudeant, quibus gaudent et pro tempore gaudebunt magistri et fratres hospitalis nostri antedicti. Et insuper, ut infantes expositi et alie miserabiles persone ad ipsum hospitale erectum pro tempore confluentes recipi ac sustentari ac in suis oportunitatibus adjuvari et confoveri possint, omnes indulgentias et remissiones plenarias aliaque privilegia, litteras et indulta apostolica et etiam per archiepiscopos et alios quoscunque dicto hospitali dudum erecto et illud visitantibus sub quacunque verborum forma concessa . . . . prefato noviter erecto hospitali concedimus et ad illud absque tamen prejudicio dicti hospitalis nostri transferimus, non obstantibus regula nostra, per quam voluimus, quod non expediantur littere indulgentiarum ad instar, nisi specificentur . . . ., necnon statutis hospitalis nostri et ordinis predictorum, quibus omnibus hac vice dumtaxat, eis alias in suo robore permansuris, specialiter et expresse derogamus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 222 v. Uddrag trykt i Ny kirkehist. Saml. VI, 564; Reg. *7165.

2548. **13. April 1474.**

Paven giver Kong Christierns Kapellan, Ærkepræsten i Collignola i Verona Stift, Jens Madsen (Brun) fra Hindsgavl, Tilladelse til ikke at residere ved Embedet.

Johanni Mathei de castro Hincegaulis de Grimis (?) de Dacia, rectori, archipresbitero nuncupato, parrochialis ecclesie, archi-

presbiteratus nuncupate, b. Marie Collignola Veronensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, te . . . . consideratione Cristierni Dacie regis, pro te dilecto suo capellano nobis super hoc supplicantis, gratioso favore prosequi volentes, tibi, ut, quoad vixeris, in Romana curia seu dicta ecclesia vel aliquo alio beneficiorum tuorum aut aliqua universitate studii, ubi illud vigeat generale, residendo, seu prefati regis vel alicuius prelati servitiis insistendo fructus dicte ecclesie necnon quorumcunque aliorum beneficiorum cum cura vel sine cura, que nunc in quibusvis ecclesiis sive locis obtines et imposterum obtinebis, ... libere percipere valeas, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, et ad residendum in eisdem interim minime tenearis . . ., tenore presentium indulgemus, non obstante si in eisdem ecclesiis sive locis aut aliqua earum primam non feceris residentiam personalem consuetam. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Urbinatensi et Civitatis Castelli ac Ottoniensi episcopis.

Reg. Vat. 663 fol. 401 v.

2549. 13. April 1474.

Paven giver Kong Christierns Marsk Ridderen Claus Rønnov til Hvidkilde i Odense Stift og hans Børn Tilladelse til at have Rejsealter og lade holde Messe ogsaa før Daggry.

Nobili viro Nicolao Ronow militi Ottoniensis diocesis. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut votis tuis, in hiis presertim, que ad tue liberorumque tuorum animarum salutem cedere valeant, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos, ut tibi, qui Cristierni Dacie regis marescallus existis, ac liberis prefatis liceat habere altare portatile cum debita reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis sine juris alieni prejudicio et, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, ante diem, circa tamen diurnam lucem, proviso quod hoc vobis vel sacerdoti taliter celebranti ad culpam nequeat imputari, et parce isto utamini indulto, quia cum in altaris officio im[m]oletur dominus noster dei filius Jesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce, in vestra ac familiarium vestrorum domesticorum presentia possitis per proprium vel

alium sacerdotem idoneum missam et alia divina officia facere celebrari, devotioni vestre auctoritate presentium indulgemus. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 681 fol. 97 v.

2550. **13. April 1474.**

Paven befaler Provsten i Roskilde at give Ridderen Claus Rønnov til Hvidkilde i Odense Stift Patronatsret til Sognekirken i Seden.

Preposito ecclesie Roskildensis. Sincere devotionis affectus, quem nobilis vir Nicolaus Ronow miles Ottoniensis diocesis ad nos et apostolicam sedem gerere comprobatur, non indigne meretur, ut illa sibi favorabiliter concedamus, per que sibi et successoribus suis honor accrescat, et ipsi aliis se possint reddere[1]) gratiosos. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti militis petitio continebat, parrochialis ecclesia in Sedhen predicte diocesis, in solo atque fundo ipsius militis sittuata, per eius predecessores fundata et dotata fuerit, intendatque prefatus miles eandem ecclesiam in calicibus, libris et paramentis ecclesiasticis aliisque ad divinum cultum necessariis augmentare, pro parte dicti militis nobis fuit supplicatum, ut sibi et successoribus jus patronatus et presentandi personam idoneam ad prefatam ecclesiam, dum illam pro tempore vacare contigerit, concedere dignaremur. Nos igitur, prefati militis pium et laudabile propositum in hac parte plurimum in domino commendantes ac de premissis certam notitiam non habentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si ita est, ipseque miles eandem ecclesiam in calicibus, libris et paramentis aliisque ad divinum cultum necessariis, ut prefertur, condecenter[2]) augmentare voluerit et ad hoc efficaciter se obligaverit, prefato militi eiusque successoribus jus patronatus et presentandi personam idoneam . . . . auctoritate nostra perpetuo reserves atque concedas, jure tamen cuiuscunque alterius in omnibus semper salvo. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 681 fol. 98.

2551. **13. April 1474.**

Paven befaler Biskoppen i Slesvig at give Skolaren Markvard Quale fra samme Stift Dispensation for uægte Fødsel og Tilladelse til at modtage gejstlige Embeder.

---

[1]) Cod. reddi [2]) Cod. concedenter

Episcopo Slesvicensi. Ex parte Marquardi Quale scolaris tue diocesis nobis fuit supplicatum[1]), ut cum eo, qui militie clericali ascribi desiderat, super deffectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ut eo non obstante ad omnes sacros etiam presbiteratus ordines promoveri necnon quecunque beneficia cum cura vel sine cura se invicem compatientia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et retinere illaque, quotiens sibi placeret, dimittere et loco dimissorum alia beneficia sese, ut prefertur, compatientia similiter recipere et retinere libere valeat, dispensare dignaremur. De tua igitur circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue mandamus, quatinus, consideratis diligenter circumstantiis universis, que circa idoneitatem persone fuerint attendende, si dictus Marquardus alias fuerit idoneus nec paterne incontinentie imitator existat, sed bone conversationis et vite, aliasque merita sibi suffragentur ad huiusmodi dispensationis gratiam obtinendam, secum super premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti noveris expedire. Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 681 fol. 98 v.

2552. 13. April 1474.

Paven, som tidligere havde givet Kong Christierns acceptus, Biskop Albert Krummediges Sekretær Gerardus Schare Ventebrev paa Præbender i Lübeck og Slesvig, giver ham ogsaa Ventebrev paa en Præbende i Butzow i Schwerin Stift.

Gerardo Schare canonico ecclesie Butzowensis Zwerinensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem, videlicet sub data kal. jan. anno 1, tibi de uno Lubicensis et alio Zwerinensis . . ecclesiarum canonicatibus cum reservatione inibi totidem prebendarum etiam maiorum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii alterius earundem ecclesiarum . . ., vacantium tunc aut vacaturarum per alias nostras litteras providimus, certis tibi super hoc executoribus deputatis. Nos igitur, volentes te, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis acceptus et Alberti episcopi Lubicensis, eiusdem regis consiliarii, secretarius existis, amplioris gratie favore prosequi, motu proprio . . . . litteras predictas ac processus habitos per easdem ab eorum omnium datis ad canonicatum et prebendam etiam maiorem ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium ecclesie

[1]) Gz. — Cod. expositum

Butzowensis Zwerinensis diocesis . . extendentes et ampliantes, canonicatum dicte ecclesie Butzowensis . . tibi conferimus et de illo etiam providemus, prebendam vero ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium eiusdem ecclesie Butzowensis . . . ., dummodo dignitas ipsa principalis non existat, si qua inantea vacare contigerit, conferenda tibi donationi apostolice reservamus; et insuper motu proprio volumus, quod tu tam predictarum quam presentium litterarum et processuum per easdem alias litteras habitorum vigore, quas et quos etiam ad hoc ab eorum omnium datis valere et plenam roboris firmitatem obtinere decernimus, canonicatum et prebendam etiam maiorem ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium ecclesie Butzowensis huiusmodi acceptare valeas, necnon executores predicti et quicunque ab eis pro tempore deputati subexecutores tibi de illis providere . . . possint et debeant. alias juxta ipsarum priorum litterarum continentiam in omnibus, perinde ac si in dictis prioribus litteris tibi de canonicatu cum reservatione prebende etiam maioris ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii ecclesie Butzowensis huiusmodi duxissemus providendum . . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 681 fol. 131.

2553. 13. April 1474.

Paven giver Kong Christierns Sekretær Dekanen i Hildesheim Henricus Sanckenstede Dispensation til at modtage og beholde tre ellers uforenelige Embeder.

Henrico Sanckenstede decano ecclesie s. Andree Hildesmensis, legum doctori. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem Pius papa II tecum, ut una cum decanatu ecclesie s. Andree Hildesmensis, qui inibi dignitas non tamen principalis existit, et ad quem consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum, et quem tunc obtinebas, unum vel illo per te dimisso duo alia quecunque curata vel alias invicem incompatibilia beneficia . . . . recipere et insimul, quoad viveres, retinere illaque, quotiens tibi placeret, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et, etiam quoad viveres, insimul retinere libere valeres, per suas litteras gratiose dispensavit. Nos igitur, volentes te, qui Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis secretarius existis ac eundem decanatum adhuc obtines, amplioris gratie favore prosequi, motu proprio . . . .

tecum, ut quodcunque tertium curatum vel alias incompatibile beneficium . . . ., si tibi alias canonice conferatur . . ., recipere et insimul, quoad viveres, retinere, necnon ipsum tertium sive ipsa tria incompatibilia beneficia, quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia tria dumtaxat invicem incompatibilia, dummodo inter ipsa tria nisi due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie existant, similiter recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 681 fol. 132 v.

2554. **16. April 1474.**

Paven giver Kong Christiern og Dronning Dorothea Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som maa give dem Absolution for deres Synder og een Gang, i Dødsøjeblikket, Plenaraflad.

Crist[i]erno regi et Dorothee, eius conthorali, regine Dacie. Dum ad illam fidei plenitudinem et maxime devotionis affectum, quibus in nostro conspectu splendere noscimini, nostre dirigimus considerationis intuitum, dignum non immerito arbitramur, ut illa vestre sublimitati regie favorabiliter concedamus, per que conscientiarum pacem et animarum vestrarum salutem annuente domino consequi valeatis. Cum itaque tu, fili rex, fervore devotionis accensus, nuper bb. Petri et Pauli apostolorum limina atque alias alme Urbis ecclesias sacratissimas peregre personaliter visitaveris, firma spe fiduciaque conceptis, quod ipsorum apostolorum ac aliorum sanctorum meritis et intercessione adjutus misericordiarum patri[1]) et omnipotenti[1]) deo[1]), cui proprium est misereri semper et parcere, peregrinationem tuam acceptabilem redderes[2]) ac etiam salutarem, nos itaque, ut eo commodius boni operis fructum tuorumque peccaminum remissionem, quemadmodum pie desideras, consequaris, paterna caritate prospicere cupientes, tuis ac ipsius regine supplicationibus inclinati, vobis, ut confessor idoneus, quem duxeritis eligendum, confessionibus vestris diligenter auditis, vobis pro commissis criminibus, peccatis et excessibus quibuslibet, etiam in casibus sedi apostolice reservatis, quotiens oportunum fuerit, debitam vobis absolutionem impendere et penitentiam salutarem injungere necnon omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde

[1]) Gz. — Cod. pater et omnipotens deus [2]) Gz. — Cod. reddet

contriti et ore confessi fueritis, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem vobis in sinceritate fidei, unitate s. Romane ecclesie ac devotione et obedientia nostra et successorum nostrorum persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat, tenore presentium indulgemus, sic tamen, quod idem confessor de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis et successoribus vestris per vos, si supervixeritis, vel per eos, si supervixerint, aut heredes vestros vel eorundem, si forsan tunc transieritis vel transierint, faciendam injungat, quam vos vel illi facere teneamini, quodque propter huiusmodi gratiam seu remissionis confidentiam procliviores non reddamini ad illicita imposterum committenda. Datum Rome 16. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 662 fol. 303.

2555. **16. April 1474.**

Paven reserverer eet eller to Beneficier i Mainz og Bamberg Stift for Kong Christierns dilectus Henricus de Hevven fra Constanz Stift.

Henrico de Hevven clerico Constantiensis diocesis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, tibi, qui ex patre de baronum, ex matre de comitum genere procreatus et in decimonono tue etatis anno constitutus ac Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . . unum vel duo beneficia . . . ., dummodo dignitas in metropolitana vel alia cathedrali post pontificalem maior seu collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat [fructus, si ipsorum aliquod cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr., si vero sine cura . . . 18 mr.], ad archiepiscopi Maguntini et episcopi Bambergensis ac prepositorum et decanorum necnon capitulorum singulorumque canonicorum et personarum earundem ecclesiarum collationem . . . . pertinentia, si qua vacant aut cum vacaverint, conferenda tibi donationi apostolice reservamus . . . . . Et nichilominus episcopo Theanensi et abbati monasterii de Herenav Argentine diocesis ac preposito ecclesie s. Thome Argentinensis motu simili mandamus, quatenus . . . beneficia huiusmodi per nos, ut premittitur, reservata, si vacant aut cum vacaverint, tibi auctoritate nostra conferre procurent . . . . Datum Rome 16. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 663 fol. 51.

2556. **16. April 1474.**

Johan Jensen (Quitzow) lover ved Klerken Otto Jensen (Foged) fra Odense Stift at betale Annater af Kanonikat og Præbende i Roskilde.

[1474] Dicta die [16. mensis aprilis] Otto Johannis clericus Ottoniensis diocesis ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine Johannis Johannis decretorum doctoris pro annata canonicatus et prebende ecclesie Roskildensis [fructus 6 mr.], vacantium per resignationem Johannis Brostorp ... apud sedem apostolicam factam. Et providetur dicto Johanni Johannis de dictis canonicatu et prebenda sub data Rome 19. kal. febr. anno 3.

Dicta die solvit pro compositione fl. 13 per manus dicti Ottonis; patet per cedulam depositarii.

Annate 1474 fol. 62 v (Archivio di Stato).

2557. **16. April 1474.**

Johan Jensen (Quitzow) betaler ved Otto Jensen (Foged) Annater af Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Universis etc. Thomas [de Vincentiis de Fano apostolice sedis prothonotarius, pape generalis thesaurarius] etc. Universitati etc., quod Johannes Johannis decretorum doctor pro compositione annate canonicatus et prebende ecclesie Roskildensis, in quibus erat etc. obligatus, fl. auri de camera 13, spectabilibus viris ut supra recipientibus, die presenti tempore debito per manus Ottonis Johannis solvi fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome etc. ut supra [ɔ: in camera apostolica] 16. mensis aprilis anno 3.

Div. Sixti IV 1471—74 (Quietantie) fol. 239 v (Archivio di Stato).

[1474] Die 16. [mensis] aprilis habuit similiter thesaurarius a Johanne Johannis decretorum doctore fl. 13 pro compositione annate canonicatus et prebende ecclesie Roskildensis per manus Ottonis Johannis.

Introitus et Exitus 489 fol. 68 v.

2558. **17. April 1474.**

Paven befaler ifølge Kong Christierns Anbefaling Dekanen i København at overdrage Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Jens Brostrups Udnævnelse til Ærkebiskop, til Klerken Peder Poulsen fra Lunde Stift.

Decano ecclesie b. Marie virginis Affnensis Roskildensis diocesis. Dignum arbitramur *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 206)*. Datum Rome 15. kal. maji anno 3.

P. XXII. 4. id. maji anno 3. de Varris.
Reg. Lat. 737 fol. 292 v.

2559. **18. April 1474.**

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Vor Frue Kirke i København; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Dum precelsa [etc. som Nr. 926]. Cupientes igitur, ut ecclesia b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis, cui Cristiernus Dacie Svecie Norvegie Slavorum Gottorumque rex plurimum est affectus, et ad quam plerique languidi ac variis infirmitatibus oppressi, ut a suis sanentur langoribus et pristine restituantur valitudini, ac alii Christi fideles confluunt, in suis structuris manuteneatur, reparetur et augeatur necnon libris, calicibus ac aliis ornamentis ecclesiasticis decenter muniatur et congrue decoretur, in ea quoque cultus divinus augeatur . . . . [som Nr. 860], omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festivitate assumptionis eiusdem b. Marie ac die dedicationis eiusdem ecclesie a primis vesperis usque ad secundas vesperas earundem festivitatum [ɔ: -tis] et diei inclusive ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim . . . ., singulis festivitatum (!) earundem [diebus] viginti annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 14. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 223 v.

2560. **18. April 1474.**

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Roskilde Domkirke; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Gloriosi Lucii martiris [etc.]. Cupientes igitur, ut ecclesia Roskildensis sub invocatione eiusdem sancti dedicata, ad quam Cristiernus Dacie Svecie Norvegie Slavorum Gottorumque rex necnon Jolanus (!) episcopus Roskildensis plurimum sunt affecti, et in qua precibus et intercessionibus eiusdem sancti effecta[1]) corruscant miracula, in suis structuris et divitiis manuteneatur, reparetur et augeatur necnon casulis, libris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis decenter muniatur et congrue decoretur, in ea quoque divinus cultus continuum suscipiat incrementum . . . . . ., omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dominica infra octavas celebritatis sacratissimi corporis domini nostri Jesu Christi ac festivitate eiusdem s. Lucii, que de mense martii ce-

[1]) Gz. — Cod. erecta

lebratur, a primis vesperis usque ad secundas vesperas earundem festivitatum inclusive ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim . . . ., singulis diebus dominicis ac festivitatis huiusmodi triginta annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 14. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 225.

2561. **18. April 1474.**

Paven stadfæster Roskilde Domkirkes Privilegier.

Ad perpetuam rei memoriam. Ea, que pro ecclesiarum [etc.]. Hinc est, quod nos, Cristierni Dacie Svecie Norvegie Slavorum Gottorumque regis, apud nos presentialiter constituti, supplicationibus inclinati, omnia privilegia, ... indulta, gratias, indulgentias, dummodo plenariam in se non contineant peccatorum remissionem, ecclesie Roskildensi, in temporali dominio eiusdem regis constitute, eiusque personis hactenus a predecessoribus nostris necnon archiepiscopis, episcopis et alias sub quibusvis modis et formis . . . concessa, dummodo non obviantia nec contraria sint, ... tenore presentium et ex certa scientia confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus illaque plenum firmitatis robur obtinere decernimus. Datum Rome 14. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 225 v.

2562. **18. April 1474.**

Paven stadfæster Privilegierne for Frue Kirke i København.

Ad perpetuam rei memoriam. Ut ea, que [pro] divini cultus augmento ac felici regimine et gubernatione ecclesiarum, presertim collegiatarum, et quiete ac pace personarum ecclesiasticarum quarumlibet provide facta et concessa fuisse dicuntur, firma perpetuo et illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, favorem apostolicum impartimus. Hinc est, quod nos, Cristierni Dacie Svecie Norvegie Slavorum Gottorumque regis, apud nos presentialiter constituti, supplicationibus inclinati, omnia privilegia . ., gratias et indulgentias, non tamen plenariam peccatorum suorum remissionem in se continentes, ecclesie b. Marie Haffnensi Roskildensis diocesis ac illius personis a predecessoribus nostris [etc. som Nr. 2561] . . . concessa . . . . tenore presentium

ex certa scientia confirmamus . . . . . Datum Rome 14. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 226.

2563. **18. April 1474.**

Paven overdrager Provstiet i Slesvig til Kong Christierns Sekretær, Slesvigkanniken Johan Embeke,som saa skal opgive Skatmesterembedet sammesteds.

Johanni Embecke canonico Slesvicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ecclesie Slesvicensis, quam Elricus electus Slesvicensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Slesvicensem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem ac munus consecrationis impendendum eidem electo vacare speretur, nos, volentes tibi, cum quo dudum, ut una cum parrochiali ecclesia in Hausim Lubicensis diocesis, quam tunc obtinebas, unum vel absque ea quecunque duo alia curata vel alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si tibi alias canonice conferrentur, recipere et, quoad viveres, retinere illaque . . . . dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et etiam, quoad viveres, retinere libere valeres, apostolica fuit auctoritate dispensatum, et qui canonicus actu prebendatus ipsius ecclesie Slesvicensis existis et adhuc prefatam parrochialem ecclesiam ac thesaurariam dicte ecclesie Slesvicensis, que inibi simplex officium existit, obtines, consideratione Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis, pro te suo secretario familiari continuo commensali nobis super hoc supplicantis, specialem gratiam facere . . . ., preposituram predictam, que in dicta ecclesia Slesvicensi dignitas post pontificalem maior existit et per illius canonicos actu prebendatos teneri consuevit, et ad quam solitus est quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], cum illam quovismodo preterquam per obitum ipsius electi vacare contigerit, conferendam tibi donationi apostolice reservamus . . . . Volumus autem, quod, quamprimum dictam preposituram vigore presentium fueris pacifice assecutus, prefatam thesaurariam, quam obtines, omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis. Datum Rome 14. kal. maji anno 3.

Simili modo archiepiscopo Patracensi et decano ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ac officiali Lubicensi.

P. XIIII. XII. 4. kal. maji anno 3. de Varrís.
Reg. Lat. 736 fol. 20.

2564. **18. April 1474.**

Paven befaler Officialen i Lübeck at overdrage Skatmesterembedet i Slesvig til Klerken Sigfrid Sehested fra Slesvig Stift.

Officiali Lubicensi. Dignum arbitramur etc. Hodie siquidem Johanni Embeck, tunc thesaurariam ecclesie Slesvicensis obtinenti, de prepositura eiusdem ecclesie, que inibi dignitas post pontificalem maior existit, et quam Helricus van der Wisch electus Slesvicensis .... obtinebat, per promotionem [som Nr. 2563] vacatura, per alias nostras litteras gratiose mandavimus provideri, volentes inter cetera, quod, quamprimum ipse Johannes dictarum litterarum vigore eiusdem prepositure possessionem foret pacificam assecutus, thesaurariam predictam, quam extunc vacare decrevimus, omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneretur .... Cum itaque propterea thesauraria predicta per assecutionem pacificam eiusdem prepositure earundem litterarum vigore faciendam vacare speretur, nos, volentes Sifridum Sestede clericum Slesvicensis diocesis, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existit, consideratione Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis, pro ipso Sifrido Alberti episcopi Lubicensis ipsius regis consiliarii nepote nobis super hoc supplicantis, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Sifridum ad hoc idoneum esse reppereris, thesaurariam predictam, que in dicta ecclesia officium existit [fructus 3 mr.], cum illa[m] quovis modo preterquam per obitum ipsius Johannis vacare contigerit, conferendam eidem Sifrido donationi tue auctoritate nostra reserves .... et nichilominus thesaurariam predictam, cum vacaverit, ... dummodo tempore date presentium non sit in ea alias alicui specialiter jus quesitum, ... eidem Sifrido auctoritate predicta conferas .... Datum Rome 14. kal. maji anno 3.

P. XX. non. nov. anno 4. de Varris.
Reg. Lat. 739 fol. 285 v.

2565. **18. April 1474.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Ærkedegnen i Lund Jens Brostrup til Ærkebiskop sammesteds.

[1474] Die lune 18. [mensis] aprilis idem sanctissimus dominus noster Sixtus ad relationem domini Mantuani providit ecclesie Lundensi in Dacia de persona Johannis Gloscorp (!) ipsius ecclesie archidiaconi, vacanti per resignationem ipsius domini cardinalis Mantuani ipsius ecclesie commendatarii etc.

Oblig. 82 fol. 57 v og 83 fol. 32. Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 206.

2566. **[18. April 1474.]**

Paven udnævner Jens Brostrup til Ærkebiskop i Lund efter Tuve Nielsen (Juul)s Død.

Johannes fit archiepiscopus Lundensis per obitum. Pro eodem absolutio.

Uddrag af Garampi efter Reg. Lat. Sixt. IV an. 3 lib. 16 fol. 263, 265. Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 207.

2567. **18. April 1474.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Provsten i Slesvig Helrik v. der Wisch iil Biskop sammesteds og reserverer en Pension for Biskop Claus Wulf.

[1474] Eadem die et consistorio [die lune 18. mensis aprilis ad relationem domini Mantuani fuit provisum ecclesie Slesvicensi in Germania (!) de persona Holrici ipsius ecclesie prepositi, vacanti per resignationem Nicolai dicte ecclesie episcopi cum reservatione pensionis 200 fl. Renensium super fructibus dicte ecclesie ipsi Nicolao resignanti.

Oblig. 83 fol. 32 v og 82 fol. 57 v.

2568. **[18. April 1474.]**

Paven reserverer en aarlig Pension for Biskop Claus (Wulf) i Slesvig (jfr. Nr. 2598).

Pro Nicolao olim Slesvicensi episcopo pensio super mensa Slesvicensi.

Uddrag af Garampi og i Indice 332 efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixti IV an. 3 lib. 11 fol. 152. Datoen ses af Nr. 2598.

Sixti IV ratihabitio et consensus super contractum permutationis, quam cedens Nicolaus IV episcopus Slesvicensis cum suo in locum, dignitatem et jura episcopalia cessionario Helrico von der Wisch, præposito Slesvicensi, sub stipulata annua pensione 200 fl. Rhen. in festis Omnium sanctorum et Philippi atque Jacobi persolvendorum inivit, constitutis quoque ad hunc processum judicibus episcopis Urbinatensi [et] Lubicensi et decano Hamburgensi et executore Johanne episcopo Urbinatensi Sixti IV referendario. Datæ Romæ anno 1474 die 29. [ɔ: 18.] aprilis.

Uddrag efter tabt Brev i Westphalen IV, 3189. Reg. 4501.

2569. **19. April 1474.**

Paven tillader den nyudnævnte Biskop Helrik v. d. Wisch i Slesvig at lade sig indvie af hvilken Biskop, han vil.

Elrico electo Slesvicensi. Cum nos pridem *(Pontoppidan, Annales eccl. Dan. II, 665—67*[1]*); Reg. 4503)*. Datum Rome 13. kal. maji anno 3.

V
X
X
L.

Orig. [med Bulle] i Svavsted Bispearkiv Nr. 62 (R. A.).

Slesvicensis. Helricus electus Slesvicensis ecclesia per cessionem. Idem munus.

Uddrag i Indice 332 og af Garampi efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixti IV an. 3 lib. 16 fol. 314.

2570. 20. April 1474.

Paven overdrager Karl Rønnov Dekanatet i Roskilde.

Carolo Ronnow decano ecclesie Roskildensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores . . . dispositioni nostre reservavimus . . . Cum itaque postmodum decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, et quem Magnus Andree obtinebat, per obitum ipsius Magni vacaverit et vacet ad presens . . ., nos, in quorum manibus Johannes Petri canonicus Roskildensis, cui de dicto decanatu sic vacante et reservato sub data 7. id. maji anno 2 concessimus provideri, concessionis gratie huiusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis, hodie in manibus nostris (!) sponte cessit, nosque cessionem huiusmodi duximus admittendam, volentes tibi, qui de nobili et militari genere ex utroque parente procreatus et nobilis viri Nicolai Ronnow, Cristierni regis et regni Dacie marescalli, natus existis, specialem gratiam facere . . ., decanatum predictum, ad quem consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 16 mr.], etiam si . . . ipse decanatus dispositioni apostolice specialiter vel ex eo, quod dicto quondam Magno tempore, quo Francisci s. Eustacchii diaconi cardinalis familiaris continuus commensalis extitit, jus in dicto decanatu competiisse dicitur, aut alias generaliter reservatus existat, . . . tibi conferimus et de illo etiam providemus. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

[1]) Her under den urigtige Dato 13. Maj.

Simili modo decano b. Marie virginis Haffnensis Roskildensis diocesis et archidiacono ac cantori Lundensis ecclesiarum.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 562 fol. 98.

2571. **20. April 1474.**

Paven giver efter Kong Christierns Bøn hans Slægtning (nepos), Bispesønnen Johannes de Diepholt fra Utrecht Stift Dispensation til at modtage og beholde tre ellers uforenelige Embeder.

Johanni de Diepholt clerico Trajectensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, qui dudum inter alia voluimus [etc. som Nr. 2539 til momenti], volentes te, qui de nobili genere procreatus existis, et pro quo etiam Cristiernus rex Dacie, asserens te dilectum nepotem suum fore, nobis super hoc supplicavit, ac cum quo hodie, asserente, quod tecum super defectu natalium, quem pateris de episcopo genitus et soluta, ut eo non obstante ad minores ordines promoveri et beneficium sine cura obtinere valeres, ordinaria fuerat auctoritate dispensatum, quique post dispensationem huiusmodi te feceras clericali caractere rite insigniri, ut quecunque beneficia cum cura et sine cura se invicem compatientia . . . ., si tibi alias canonice conferrentur . . ., recipere et retinere illaque . . ., quotiens tibi placeret, dimittere et loco dimissorum alia beneficia se invicem compatientia similiter recipere et retinere valeres, per alias nostras litteras dispensavimus . . ., gratioso favore prosequi, prefati regis ac tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum, ut quecunque tria beneficia curata seu alias invicem incompatibilia . . . ., si tibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia tria dumtaxat invicem incompatibilia, dummodo ex ipsis tribus . . . plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie aut portiones insimul non existant, similiter recipere et retinere libere valeas, ... tenore presentium de speciali gratia dispensamus . . . . Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 660 fol. 283; ogsaa Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 697 fol. 30[1]).

---

[1]) Her havde Johannes de Diepholt søgt om »tria beneficia . . ., etiam si unum illorum cuiusvis ordinis regulare fuerit« og anført blandt Non-obstanterne statutis monasterii aut loci, a quo beneficium regulare predictum forsan dependere contingerit (!), et ordinis, cuius fuerit, presertim ordinis Cluniacensis, illis, qui-

2572. **20. April 1474.**

Paven reserverer eet eller to Beneficier i Utrecht for Kong Christierns Slægtning, Bispesønnen Johannes de Diepholt fra Utrecht Stift.

Johanni de Diepholt clerico Trajectensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te [ɔ: tibi], qui Cristierni regis Dacie nepos existis, et cum quo asserente [etc. som forrige Brev til dispensavimus], specialem gratiam facere necnon presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, ... unum vel duo beneficia consuetum seu consueta clericis secularibus assignari . . . . ., dummodo dignitas ipsa principalis non existat [fructus, si cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr., si vero sine cura nec dignitas vel personatus seu ipsa duo fuerint, 18 mr. secundum taxationem decime], ad prepositi, decani, cantoris, scolastici, thesaurarii et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie s. Salvatoris Trajectensis . . . . necnon abbatis et conventus monasterii s. Pauli Trajectensis ordinis s. Benedicti collationem . . . . pertinentia, si qua vacant ad presens aut cum vacaverint . . . ., conferenda tibi . . . . donationi apostolice reservamus. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Decano Attrebatensis et Johanni Militis canonico Morinensis ecclesiarum ac officiali Cameracensi.

Reg. Vat. 660 fol. 304.

2573. **20. April 1474.**

Paven giver Johannes de Diepholt Dispensation til at lade sig indvie til alle de gejstlige Grader og modtage hvilkesomhelst Embeder.

Johanni de Diepholt clerico Trajectensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod olim tecum [etc. som Nr. 2571 til insigniri]; nos, volentes te, pro quo Cristiernus rex Dacie, asserens te dilectum suum nepotem fore, nobis super hoc supplicavit, gratioso favore prosequi, ... tecum, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quecunque beneficia . . . se invicem com-

---

bus cavetur, quod beneficia ordinis Cluniacensis aliis quam professis dicti ordinis aut s. Romane ecclesie cardinalibus commendari [non] possint . . . .« — I Resolutionen tilføjedes: Et quod littere desuper conficiende gratis ubique etiam in taxa abbreviatorum de mandato v. s. expediantur.

patientia [etc. mutatis mutandis som Nr. 2571] . . . recipere et retinere libere valeas, . . dispensamus. Et insuper tibi, ut deinceps in quibuscunque litteris, gratiam et justitiam quomodolibet concernentibus a sede apostolica vel eius legatis tibi quomodolibet concedendis, nullam de defectu et dispensationibus huiusmodi mentionem facere tenearis, concedimus per presentes. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 660 fol. 307; ogsaa Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 697 fol. 31. I Resolutionen tilføjes: Et quod littere . . . expediantur [som Nr. 2571].

2574. **20. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio eet eller to Beneficier i Erfurt for Kong Christierns Læge, Klerken Johannes Heysen fra Mainz Stift.

Johanni Heysen clerico Maguntine diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui Cristierni Dacie Norvegie et Svecie regis medicus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . . unum vel duo beneficia . . ., dummodo dignitas in collegiata ecclesia principalis non existat [fructus, si alterum eorum cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr., si vero sine cura nec dignitas vel personatus fuerit seu ipsa duo fuerint, 18 mr.], ad prepositorum, decanorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum b. Marie et s. Severi Erfordensis Maguntine diocesis ecclesiarum . . . . collationem . . . . pertinentia, si qua vacant ad presens vel cum vacaverint . . . . conferenda tibi . . . . donationi apostolice reservamus. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Tirasonensi et Aleriensi episcopis ac decano ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis.

Reg. Vat. 663 fol. 109.

2575. **20. April 1474.**

Paven stadfæster efter Kong Christierns Ansøgning det Broderskab, som denne har stiftet i Forbindelse med Helligtrefoldighedskapellet i Roskilde, og de Regler, som Kongen har givet for det. Endvidere giver han Kongen, Dronning Dorothea, deres Børn og Kongens Efterfølgere Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give dem Plenaraflad een Gang i Livet foruden i Dødsøjeblikket, dersom de hvert Aar besøger Kapellet Skærtorsdag. Endelig tilstaar han Aflad til dem, der besøger Kapellet paa visse Festdage. Brevet gælder for al Fremtid.

Cristierno Dacie Svecie Norvegie Slauorum Gottorumque regi. Ad preclara devotissime fidei tue merita *(Dipl. Chr. I, 296—98; Reg. 4498*)*. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Sjælland-Møen 62 (R. A.). Afskrift i Reg. Vat. 663 fol. 215.

2576. 20. April 1474.

Paven tilstaar efter Kong Christierns Ansøgning 50 Medlemmer af det af ham oprettede Broderskab Ret til at vælge en Skriftefader, der kan give dem Plenaraflad i Dødsøjeblikket. Endvidere fastsætter han, at de nævnte Medlemmer skal testamentere deres Ordenskæde med 5 rhinske Gylden, deres Vaabenmærke og Underskrift til Kapellet samt faste hver Fredag et Aar igennem.

Ad perpetuam rei memoriam. Dum ad illam fidei constantiam *(Dipl. Chr. I, 298—300; Reg. 4499*)*. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Samtidig Paaskrift: Plena remissio pro quinquaginta confratribus in mortis articulo.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Sjælland-Møen 63 (R. A.). Afskrift i Reg. Vat. 663 fol. 220.

2577. 20. April 1474.

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Klosterkirken i Maribo; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Loca sanctorum omnium pia sunt devotione veneranda, ut hii[1]) venerantes amicos Christi nos devotos et amabiles deo reddant, et illorum nobis quodam modo patrocinium vendicantes apud ipsum, quod merita nostra non obtinent, eorum[2]) intercessionibus assequi mereamur. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii s. Birgitte de Moriebos (!) ordinis s. Augustini Ottoniensis diocesis, ad quam Cristiernus Dacie Svecie Norvegie Slavorum Gottorumque rex non mediocriter est affectus, in suis edificiis manuteneatur, reparetur ac augeatur, ut [ɔ: et] cum libris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis decenter muniatur et congrue decoretur, in ea quoque cultus divinus sedulo continuum suscipiat incrementum, utque Christi fideles eo libentius confluant ad eandem . . . ., omnibus vere penitentibus et confessis, qui in die veneris sancta, salutifera sexta feria nuncupata, ac festivitate eiusdem s. Brigitte a primis vesperis usque ad secundas vesperas diei et festivitatis earundem ecclesiam predictam devote visitaverint annuatim et ad reparationem, manutentionem ac alia

[1]) Cod. dei [2]) Cod. eorumque

premissa manus, ut prefertur, porrexerint adjutrices, viginti annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 224.

2578. **20. April 1474.**

Paven skænker efter Kong Christierns Bøn Aflad til dem, der paa St. Laurentius' og St. Knuds Helgendage besøger Lunde Domkirke, som har lidt meget ved fjendtlige Indfald; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ante tronum divine clementie *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 209)*. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 224 v. En anden Afskrift i Lundebogen (Riksarkivet i Stockholm).

2579. **20. April 1474.**

Paven stadfæster efter Kong Christierns Bøn alle Lunde Domkirkes Privilegier.

Ad perpetuam rei memoriam. Hiis, que pro universitate *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 210)*. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 227. En anden Afskrift i Lundebogen (Riksarkivet i Stockholm).

2580. **20. April 1474.**

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Slesvig Domkirke; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ecclesiarum omnium, presertim insignium cathedralium, fabricis manus porrigere adjutrices [etc. som Nr. 833]. Cupientes igitur, ut ecclesia Slesvicensis, ad quam Christi fideles partium illarum devotionis causa in numero copioso confluere consueverunt, cuique Cristiernus Dacie Svecie Norvegie Slavorum Gottorumque rex non vulgariter afficitur, in suis edificiis manuteneatur [etc. som Nr. 2577], . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in celebritate sancte et individue trinitatis ac die dedicationis eiusdem ecclesie a primis vesperis usque ad secundas vesperas celebritatis et dedicationis huiusmodi inclusive ecclesiam predictam devote visitaverint annuatim . . . ., quindecim annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 226 v.

2581. **20. April 1474.**

Paven befaler Provsten i Ribe at afsætte Sognepræsten i Sinding Jens Lang og overdrage Kirken til Ribekanniken Mads Jensen.

Preposito ecclesie Ripensis. Dignum arbitramur [etc.]. Ad audientiam siquidem nostram, Matthia Johannis canonico Ripensi referente, pervenit, quod Johannes Langh rector parrochialis ecclesie s. Michaelis in Sinddinge Ripensis diocesis, sue salutis immemor, dei timore postposito, postquam suis culpis et demeritis exigentibus per eius ordinarium ab executione sacrorum ordinum canonice suspensus fuerat, missas et alia divina officia in contemptum clavium celebrare, immo verius prophanare et illis se immiscere non expavit irregularitatem incurrendo, in dictaque parrochiali ecclesia, postquam abilitatus foret, residere et illius parrochianorum animarum curam exercere, etiam [cum] per dictum ordinarium, ut ipsam curam exerceret aut saltem de capellano seu vicario ibidem provideret, etiam canonice citatus et monitus fuerat, id facere recusavit in anime sue periculum ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum. Nos, attendentes, quod premissis veris existentibus prefatus Johannes parrochiali ecclesia predicta, quam obtinet, merito se reddidit indignum, ac volentes ipsum Mathiam favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si dictus Mathias prefatum Johannem super premissis relatis coram te accusare et se in forma juris inscribere voluerit, postquam eum accusaverit et se inscripserit, vocatis dicto Johanne et aliis, qui fuerint evocandi, super eisdem relatis inquiras auctoritate nostra diligentius veritatem, et, si per eandem inquisitionem relata ipsa reperias veritate subniti, prefatum Johannem parrochiali ecclesia predicta eadem auctoritate perpetuo sententialiter prives et ammoveas (!) realiter ab eadem, prout de jure fuerit faciendum, et nichilominus, si privationem et ammotionem (!) huiusmodi per te vigore presentium fieri contingat, parrochialem ecclesiam predictam [fructus 24 fl. auri de camera] eidem Mathie auctoritate nostra conferas. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

A. XXII. expedita 4. kal. maji anno 3. de Petra.
Reg. Lat. 737 fol. 30 v.

2582. **21. April 1474.**

Paven befaler efter Kong Christierns Ansøgning Ærkebiskoppen i Lund og Biskoppen i Roskilde at omdanne St. Knuds Kloster i Odense til et seku-

lært Domkapitel med Provsti, Dekanat, Kantori og en Del Kanonikater og Præbender og give Kongen Patronatsret til Digniteterne og 6 Kanonikater.

Archiepisco [Lundensi et] episcopo Roskildensi. Ex superne providentia maiestatis Romanus pontifex in excelse dignitatis specula constitutus, ecclesiarum quarumlibet, presertim cathedralium, qualitatem attendens, illarum statum quandoque in melius commutat ac votis catholicorum regum et principum, in hiis presertim, que divini cultus augmentum respiciunt, favorabiliter annuit nonnullaque circa ea fieri et ordinari hortatur et mandat, prout rationabiles cause persuadent, et id conspicit in domino salubriter expedire. Sane, sicut Cristiernus Dacie Svecie Norvegie Slavorum Gottorumque rex, in nostra constitutus presentia, nobis exposuit, pro eo, quod ecclesia Ottoniensis, olim monasterium s. Canuti ordinis s. Benedicti, cuius ordinis ecclesia ipsa inpresentiarum existit, et totus illius clerus secularis est, circa celebranda inibi divina officia notabilis diversitas censetur et differentia, ac persone civitatis Ottoniensis [ad] diversa litterarum studia pro adipiscenda scientie margarita non absque gravi sumptu ac continuis laboribus [se] contulerunt et in dies conferunt. Cum non sperent in ipsa ecclesia consequi posse aliquos canonicatus et prebendas, dimissis propriis laboribus [ɔ: laribus] ad alia prefati regis loca proficiscuntur, quo fit, ut civitas ipsa litteratis ac peritis viris penitus destituta[1]) remaneat. Et si dignitates regulares, si que sint, necnon idem ordo ac conventualitas in ipsa ecclesia supprimere[n]tur . . illaque in cathedralem secularem ecclesiam sub invocatione eiusdem s. Canuti Persis [ɔ: regis] et martiris erigeretur ac omnibus cathedralibus insigniis decoraretur, et inibi dignitates et officia necnon canonicatus et prebende ac alia beneficia de novo crearentur et instituerentur, profecto divinus ibidem cultus continuum susciperet incrementum, idque ad gratiam prefati regis, sub cuius temporali dominio civitas ipsa fore dinoscitur, cederet singularem, ac plures persone scientiarum litteris decorate inibi suam eligerent residentiam. Quare idem rex, que [ɔ: qui] etiam . . plurimum exoptat nonnulla beneficia ad suam presentationem spectantia pro augmentatione fructuum mense capitularis dicte ecclesie, postquam in secularem erecta fuerit, uniri, nobis supplicavit, ut ordinem ac illius dignitates ac conventualitatem huiusmodi in prefata ecclesia supprimere et extinguere illamque

[1]) Cod. destinata

in secularem cathedralem ecclesiam ac inibi preposituram, que maior post pontificalem existat, necnon decanatum, qui secunda, ac cantoriam, que tertia in predicta ecclesia dignitates existant, ac nonnulla officia, canonicatus et prebendas ac beneficia erigere et instituere . . . dignaremur. Nos itaque, qui divini cultus propagationem et incrementum studiis prosequimur indefessis, de premissis certam notitiam non habemus [ɔ: habentes], huiusmodi supplicationibus inclinati etc. mandamus, quatenus vos super premissis omnibus . . . auctoritate nostra vos diligenter informetis, et, si per informationem huiusmodi ita esse repereritis . . . ., ipsum ordinem s. Benedicti ac illius dignitates necnon conventualitatem, si qua sit in prefata ecclesia, eadem auctoritate penitus supprimatis . . necnon antiquis provectis et valitudinariis monachis, qui ad alia monasteria sive regularia loca commode transferri non possent, congruas pensiones sive portiones, ex quibus in aliquo concedendi [ɔ: condecenti] loco apud dictam ecclesiam constituto decenter sustentari possint, auctoritate memorata reservetis et constituatis, juniores vero monachos ad alia, in quibus voluntarios receptores inveniunt (!), eiusdem ordinis monasteria sive loca prefata auctoritate transferatis ipsamque ecclesiam in cathedralem secularem cum omnibus cathedralibus insigniis ad instar aliarum secularium cathedralium illarum partium sine quavis differentia, necnon preposituram, que prima et maior post pontificalem existat, ac decanatum, que [ɔ: qui] secunda, et cui cura animarum dicte ecclesie immineat, necnon cantoriam, que tertia, et cui cura regendi chorum incumbat, in dignitates ac etiam officia necnon canonicatus et prebendas ac alia beneficia, prout facultates et redditus dicte ecclesie suppetierint, memorata auctoritate et votis [ɔ: prout vobis] concedens [ɔ: condecens] et oportunum visum fuerit, creetis, instituatis et dotetis ac illis congruentia qualitates et onera adjiciatis omnesque fructus, deductis portionibus monachorum huiusmodi, mense capitulari dicte erigende ecclesie inter prepositum, decanum, cantorem et canonicos ac beneficiatos, qui fuerint pro tempore, prout vobis videbitur, dividendos, perpetuo applicetis [ac statuatis], quod prepositus pro tempore existens omnimodam jurisdictionem habeat in canonicos ipsius ecclesie in hiis, que chorum, divinum cultum et capitulum ac honestatem vite concernunt, quodque ipse ac decanus, cantor et capitulum archa communi, sigillo ac omnibus aliis cathedralibus insigniis, honoribus, immunitatibus, gratiis et privilegiis aliarum cathedralium

ecclesiarum regnorum predictorum tam in habitibus ecclesiasticis quam alias gaudeant, memorata auctoritate perpetuo statuatis, rursus vero pro commodiori et decentiori sustentatione prepositus [ↄ: -ti], decani, cantoris et capituli predictorum unum, duo aut tria beneficia cum cura vel sine cura, cuiuscunque qualitatis sint, de jure patronatus dicti regis, dummodo illius ad hoc expressus accedat assensus, cum omnibus juribus et pertinentiis suis prefate mense capitulari, cuius necnon omnium beneficiorum uniendorum fructus illorumque qualitates, designationes, dioceses et loca presentibus haberi volumus pro expressis, auctoritate prefata perpetuo uniatis ita, quod simul vel successive, cedentibus vel [de]cedentibus unienda beneficia huiusmodi obtinentibus seu . . alias quomodolibet dimittentibus, liceat preposito et capitulis predictis . . corporalem beneficiorum uniendorum . . . predictorum possessionem auctoritate propria libere apprehendere necnon in suos, prout desuper statueritis, per equales portiones vel aliter, ut censueritis expedire, usus utilitatemque convertere et retinere, diocesani locorum et quorumvis [ↄ: cuiusvis] alterius licentia desuper minime requisita. Et pro pleniori premissorum executione vobis statuta . . in dicta ecclesia, licita tamen et honesta et a jure communi non discrepantia [ordinandi][1]) ac omnia, que divini cultus in ipsa ecclesia concernunt augmentum ac illius felicem et prosperum statum et honestatem, venustatem et decorem conspiciunt, perpetuo vel [ad] certum tempus faciendi ac etiam statuendi et exercendi necnon contradictores . . . compescendi ac bracchii secularis auxilium, si ad hoc opus fuerit, evocandi, plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem. Nos enim, si suppressionem, extinctionem, erectionem et institutionem huiusmodi ac alia premissa per vos fieri contigerit, ut prefertur, regi et successoribus predictis jus patronatus ac presentandi personas idoneas ad preposituram Romano pontifici infra quattuor mensium spatium a die illius vacationis computandum ac [ad][1]) decanatum et cantoriam predictos necnon etiam ad sex canonicatus et totidem prebendas, quos in ipsa ecclesia creari contigerit, ut prefertur, tam hac primaria vice quam totiens, [quotiens] illos vacare contigerit, loci ordinario perpetuo reservamus . . ., ac perpetue et irrefragabilis constitutionis edicto statuimus, quod aliorum canonicatuum et prebendarum, que ultra dictum numerum sex canonicatuum et

---

[1]) add. Gz.

prebendarum supererunt, ac beneficiorum creandorum collatio etc. ad episcopum Ottoniensem necnon prepositum et decanum ac capitulum ecclesie huiusmodi tam hac primaria vice quam, quotiens illos vacare contigerit in posterum, conjunctim pertineat, non obstantibus constitutionibus . . apostolicis atque nostris, illis presertim, per quas voluimus, quod petentes beneficia aliis uniri verum annuum valorem tam beneficii uniendi quam illius, cui uniri petitur, exprimere teneantur, et quod semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest, necnon quibusvis . . reservationibus de dignitatibus in cathedralibus post pontificales maioribus per nos editis, quibus hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, [derogamus] . . . ., proviso quod propter unionem predict[am], si vigore presentium fiat et effectum sortiatur, unienda beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura, si qua illis immineat, nullatenus negligatur . . . . Datum Rome 11. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 216.

2583. 22. April 1474.

Paven befaler Ærkebiskop Johannes i Magdeburg at sørge for, at den af forskellige Paver og Kong Christiern trufne Afgørelse i Striden om Saltværkerne i Lüneburg bliver overholdt.

Johanni archiepiscopo Magdeburgensi. Ad hoc deus in apostolica sede posuit plenitudinem potestatis, ut Romanus pontifex, qui claves discretionis a b. Petro celesti clavigero acceptavit, nunc rigorem exerceat, nunc mansuetudinem interponat, prout in domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem Pio pape II exposito, quod certa pars prelatorum, capitulorum, cleri et ecclesiasticarum personarum diversarum diocesium, inter quos et proconsules opidi Luneburgensis Verdensis diocesis super proventibus salinaribus, quibus ipsi prelatos, capitula, clerum et personas spoliarunt, lis et causa in Romana curia et extra eam coram diversis successive judicibus et commissariis tam Nicolai V quam Calixti III quam Pii II temporibus mote, et varie sententie et pene ecclesiastice contra eosdem proconsules, consules et adherentes premissorum occasione late et promulgate fuerunt, cum eisdem proconsulibus et consulibus super psalinaribus (!), bonis et proventibus huiusmodi concordassent, et certi alii ex prelatis, capitulis, clero et personis prefatis cum eisdem proconsulibus et consulibus in Cristiernum Dacie Svecie Nor-

vegie Slavorum Gottorumque regem et Arnoldum Lubicensem, Wernerum Swerinensem et Nicolaum Slesvicensem episcopos et Johannem Rode prepositum Bremensem litterarum apostolicarum correctorem compromisissent, et idem rex aliquos ex prelatis, capitulis, clero et personis predictis ad salinam et proventus predictos restitui mandasset, idem Pius predecessor regi, episcopis et preposito predictis inter prelatos, capitula, clerum et personas prefatos et alios sua interesse putantes ac proconsules et consules predictos in premissis et quibuscunque aliis differentiis ex illis quomodolibet exortis compromittere volentibus laudandi et arbitrandi, privilegiis et libertatibus saline semper salvis, certis modis et conditionibus adjectis, per suas litteras concessit facultatem. Et expost ad Paulum papam II deducto, quod postea vigore facultatis premisse per regem ipsum et duos ex episcopis prefatis lata fuisset arbitramentalis inter partes huiusmodi sententia, ex qua iterum tunc suborte fuerunt altercationes, dicentibus nonnullis ex clero, quod nec bullis Pii nec pronuntiationi regis predictorum per ipsos Luneburgenses fu[er]it satisfactum, atque quod ideo ipsi nequaquam censeri debeant adhuc fore absoluti, cum tam in bulla Pii quam pronuntiatione regis prefatorum expresse contineatur, quod, si ipsi non satisfecerint, eo ipso pristinis censuris et penis debeant esse innodati, Luneburgensibus autem ex adverso asserentibus se per omnia paruisse et satisfecisse atque rite et juste fore absolutos, memoratus Paulus predecessor tibi per suas litteras dedit in mandatis, ut te tam de continentia bulle pape Pii quam pronuntiatione regis predictorum et inde secutis cum omni diligentia, quantum sufficit, informares, et, si inveneris Luneburgenses realiter et cum effectu omnibus satisfecisse, aut saltem adhuc infra terminum, quem eis duxeris prefigendum, velle plenarie satisfacere, quod tunc eosdem satisfactione premissa in forma ecclesie, si humiliter petierint, apostolica auctoritate absolveres, si vero non satisfecerunt nec infra terminum per te statuendum et realiter satisfecerint, extunc juxta mandatum tibi per eundem Paulum predecessorem tunc factum eos nequaquam absolutos declarares, quin imo in pristinas censuras et penas etiam de novo intruderes et, quatinus feceris in premissis, per tuas patentes litteras tuo sigillo munitas quanto citius certificare procurares . . . . Cum autem, licet tu commissionem huiusmodi . . . in te susceperis, tamen interim, quoad[1]) idem predecessor in humanis ageret, nec

[1]) Gz. — Cod. quod

illum neque nos post defluxum plurium annorum de premissis per litteras tuas predictas vel quovis alio modo certioraveris, nos igitur, . . . paterna sollicitudine providere volentes, ne sub convenientia tante more ecclesiis et ecclesiasticis personis nimium prejudicetur, motu proprio . . . . . . fraternitati tue, de qua nos non minorem quam idem predecessor noster gerimus confidentiam, mandamus, quatenus tam de continentia bulle Pii predecessoris quam pronuntiatione regis prefatorum cum inde secutis cum omni diligentia, quantum sufficit, ut premittitur, te informes, et, si inveneris Luneburgenses realiter et cum effectu omnibus, ut premittitur, satisfecisse aut saltem adhuc infra terminum quattuor mensium eis per te prefigendum velle plenarie satisfacere, et, postquam satisfecerint, extunc eosdem satisfactione premissa in forma ecclesie, si humiliter petierint, auctoritate apostolica absolvas, si vero non satisfecerunt[1]) nec infra predictum terminum eis per te statuendum realiter satisfecerint[2]), volumus . . ., quatenus huiusmodi termino effluxo ipsos nequaquam absolutos declares, quin imo in pristinas censuras et penas, quibuscunque concordiis post et contra tenorem bullarum predecessorum nostrorum predictorum ac in prejudicium sententie arbitramentalis predicte necnon pactis[3]) ecclesiasticarum personarum per certos ex prelatis et capitulis predictis initis non obstantibus, etiam de novo intrudas[4]) necnon ipsos proconsules et consules ad satisfactionem pene in sententia laudi regis et episcoporum predictorum con[ten]te, videlicet 1000 mr. auri puri, pro una sedi apostolice, pro alia vero medietatibus dicti regis camere juxta eiusdem sententie latiorem continentiam applicandarum teneri et obligatos fore declares atque per prefatum regem, quem in eventum declarationis tue huiusmodi executorem deputavimus ac presentibus deputamus, commoneri[5]) facias atque disponas et, quidquid feceris in premissis, nos per tuas patentes litteras tuo sigillo munitas post lapsum terminum [ɔ: -ni] atque declarationis predictorum quantocius nos certificare non obmittas, super quibus omnibus necnon contradictores quoslibet et rebelles cuiuscunque status per censuram ecclesiasticam, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, auctoritate apostolica compellendi ac compescendi concedimus plenam tenore presentium facultatem non obstantibus Bonifacii pape VIII de una ac in concilio ge-

[1]) Gz. — Cod. satisfecerint [2]) Gz. — Cod. satisfecerunt
[3]) Cod. pauperis [4]) Gz. — Cod. intendas [5]) Gz. — Cod. emoveri

nerali de duabus dietis et aliis apostolicis constitutionibus . . . Datum Rome 10. kal. maji anno 3.

Reg. Vat. 663 fol. 218 v. — Afskrift med Dagen 10. die maji i L. Dipl. efter Gem. Archiv I, 5 (tabt).

2584. 22. April 1474.

Paven giver Kong Christiern efter hans Ansøgning Patronats- og Præsentationsret til Provstierne i Lund, Upsala, Slesvig, Åbo, Linköping og Vesterås, Dekanatet i Roskilde og Ærkedegneembederne i Aarhus, Ribe og Strengnäs, der er de højeste Embeder efter Biskoppens, til Ærkedegneembedet i Upsala og Dekanaterne i Lund, Åbo og Linköping samt Provstiet i Roskilde, endelig til Dekanatet i København. Præsentationen skal ske til vedkommende Biskopper, der straks skal indsætte de præsenterede; dog skal der i Løbet af fire Maaneder sendes Meddelelse til Paven om Præsentationen.

Ad futuram rei memoriam. Ad cognitam devotionis constantiam *(Dipl. Chr. I, 300—01; Reg. *7169)*. Datum Rome 10. kal. maji anno 3.

Samtidig Paaskrift: Reservatio juris patronatus regi et successoribus ad 16 dignitates, 10 maiores post pontificales, 5 non maiores et unam principalem etc. cum decretis, quod alie collationes et presentationes sint nulle etc.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Danske gejstlige Sager 17 (R. A.). Afskrift i Reg. Vat. 663 fol. 220.

2585. 22. April 1474.

Paven befaler Officialen i Slesvig at overdrage Klerken Didrik Tetens fra Slesvig Stift Sognekirken i Garding og give ham Dispensation til at modtage den, skønt han kun er 20 Aar gammel.

Officiali Slesvicensi. Dignum arbitramur etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Theoderici Theten clerici Slesvicensis diocesis petitio continebat, quod olim, parrochiali ecclesia in Gerdinck eiusdem diocesis, que de jure patronatus regis Dacie ratione ducatus Slesvicensis existit, per liberam resignationem Johannis Stenuelt de illa, quam tunc obtinebat, in manibus Nicolai in universali ecclesia tunc Slesvicensis episcopi sponte factam et per eundem episcopum auctoritate ordinaria admissam vacante, Cristiernus rex Dacie, qui etiam dux Slesvicensis existit, verus et unicus patronus dicte ecclesie, existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam ad ipsam ecclesiam . . ., prefatum Theodericum tunc in decimo octavo sue etatis anno constitutum et nulla super defectu etatis huiusmodi quoad obtinendum parrochialem ecclesiam apostolica

dispensatione obtenta ad ipsam ecclesiam . . prefato episcopo infra tempus legitimum quamvis de facto presentavit, ipseque episcopus eundem Theodericum in rectorem dicte ecclesie auctoritate predicta instituit, ac prefatus Theodericus presentationis et institutionis earundem pretextu parrochialem ecclesiam predictam extitit assecutus similiter de facto, nullos tamen fructus percipiens ex eadem. Cum autem presentatio ac institutio huiusmodi secundum premissa viribus non subsistant, dictaque parrochialis ecclesia adhuc, ut prefertur, vacare noscatur, nos, volentes dictum Theodericum, qui in vicesimo sue etatis anno constitutus ac in universitate studii Rosztockcensi Zwerinensis diocesis studens existit, consideratione prefati Cristierni regis, pro dicto Theoderico nobis super hoc supplicantis, favore prosequi gratioso . . ., discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Theodericum ad hoc idoneum esse reppereris, prefatam parrochialem ecclesiam [fructus 3 mr.] eidem Theoderico auctoritate nostra conferas, ... non obstante quod idem Theodericus ad obtinendum dictam parrochialem ecclesiam etatis premisse defectum patitur . ., ut prefertur. Nos enim cum eodem Theoderico, ut prefatam parrochialem ecclesiam, si sibi vigore presentium conferatur, recipere et retinere libere valeat, tenore presentium dispensamus . . . . . . Datum Rome 10. kal. maji anno 3.

A. XXVIII. expedita 6. non. maji anno 3. de Petra.

Reg. Lat. 734 fol. 70; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape in vigesimo anno. Jo. Vasionensis) i Suppl. 697 fol. 3 v.

2586. 22. April 1474.

Paven befaler Officialen i Slesvig at overdrage Kong Christierns Skriver, Klerken Jacobus de Wettringe fra Verden Stift, Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Officiali Slesvicensi. Dignum [arbitramur] etc. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Helricus electus Slesvicensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Slesvicensem . . . obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem ac munus consecrationis impendendum eidem vacare sperentur, nos, Jacobum de Wettringe[1]) clericum Verdensis diocesis consideratione Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis, pro eodem Jacobo scriba in cancellaria sua nobis super hoc supplicantis, gratioso favore prosequi volentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem

[1]) II: Welternighe

eundem Jacobum ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], cum illos quovis modo preterquam per obitum ipsius electi vacare contigerit, conferendos eidem Jacobo donationi tue reserves et nichilominus canonicatum et prebendam predictos, cum vacaverint, ut prefertur, etiam si actu quovis modo seu ex eo, quod Albertus episcopus Lubicensis Bertoldum van der Owe, tunc ipsius ecclesie canonicum ac in diocesi sua Lubicensi nonnulla beneficia obtinentem, suis culpis et demeritis exigentibus . . canonicatu et prebenda ac aliis beneficiis privavit[1]), vacent, vel ex eo, quod prefatus Bertoldus Pauli pape II familiaris continuus commensalis extitit, generaliter dispositioni apostolice reservati existant, prefato Jacobo conferas . . . . Datum Rome 10. kal. maji anno 3.

P. XXII. pridie kal. maji anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 737 fol. 289; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis) i Suppl. 697 fol. 9.

2587. 23. April 1474.

Paven reserverer motu proprio Kanonikater og Præbender i Roskilde og Aarhus for Karl Rønnov.

Carolo Ronnow canonico Roskildensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, tibi, qui de nobili et militari genere ex utroque parente procreatus existis ac Christierni Dacie Norvegie et Svecie regis dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio. . . . unum Roskildensis et alium Arusiensis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Roskildensis et aliam Arusiensis predictarum, in quibus maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, prebendas etiam ex dictis maioribus ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . . ., dummodo dignitas ipsa in aliqua dictarum ecclesiarum post pontificalem maior non existat, si que, si qui vel si qua vacant ad presens aut cum vacaverint, conferendos, conferendas seu conferenda tibi donationi [apostolice] reservamus, non obstantibus . . de certo canonicorum numero et aliis dictarum ecclesiarum statutis, . . . illis presertim, quibus caveri dicitur, quod nullus in dictis ecclesiis maiorem prebendam assequi possit, nisi de minori ad mediam et de media prebendis ad maiorem prebendam huiusmodi gradatim et

---

[1]) II tilføjer: que privationis sententia in rem transivit judicatam

per optionem ascendat, quibus hac vice dumtaxat, eis alias in suo robore permansuris, motu simili derogamus. Datum Rome 9. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Lubucensi [ɔ: Lubicensi; cfr. 2590 og 2592] et Aleriensi episcopis ac decano ecclesie Bardewicensis Verdiensis (!) diocesis.

Reg. Vat. 663 fol. 73.

2588. **23. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio Kanonikater og Præbender i Bamberg og Constanz for Kong Christierns dilectus, Grev Fridericus de Ottingen.

Friderico de Ottingen canonico Bambergensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, tibi, qui in vicesimo vel circa tue etatis anno constitutus et Cristierni Dacie regis dilectus ac de comitum genere ex utroque parente procreatus existis, specialem gratiam facere ac presentes, ac si sub data kal. jan. anno 1 concesse forent, litteras valere volentes, motu proprio . . . unum Bambergensis et alium Constanciensis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus [etc. mutatis mutandis som forrige Brev til reservamus], non obstante quod ad obtinendum dignitatem vel personatum seu cum cura administrationem vel officium huiusmodi defectum etatis premisse pateris . . . Nos enim tecum, ut exnunc dignitatem seu personatum aut cum cura administrationem vel officium huiusmodi, si tibi vigore presentium conferatur, recipere et retinere libere valeas, ... tenore presentium dispensamus . . . . Datum Rome 9. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] preposito b. Marie Feuchesbangen Augustensis diocesis et Bambergensi et Constanciensi officialibus.

Reg. Vat. 663 fol. 85 v.

2589. **23. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio Kanonikater og Præbender i Würzburg og Eickstädt for Kong Christierns dilectus, Grev Johannes de Ottingen.

Johanni de Ottingen canonico Herbipolensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui in decimo octavo vel circa tue etatis anno constitutus ac Cristierni Dacie regis dilectus ac de comitum genere ex utroque parente procreatus existis, specialem gratiam facere et presentes [etc. som forrige Brev til] volentes, motu proprio unum Herbi-

polensis et alium Eystetensis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus [etc. mutatis mutandis som Nr. 2587 til reservamus]. Datum Rome 9. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] preposito b. Marie Feuchwangen Augustensis diocesis et Eberhardo de Rabensteyn canonico Bambergensis ecclesiarum ac officiali Herbipolensi.

Reg. Vat. 663 fol. 88 v.

2590. **23. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio for Kong Christierns dilectus Niels Stigsen (Thott), som er 21 Aar, Kanonikat og Præbende i Lund og et Embede (dignitas, personatus, administratio vel officium) i samme Kirke samt Beneficium i Ribe Kirke; Brevet gælder fra 1. Jan. 1472.

Nicolao Stuggess canonico Lundensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 212)*. Datum Rome 9. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Lubicensi et Aleriensi episcopis ac preposito ecclesie Bardewicensis Verdensis diocesis.

Reg. Vat. 663 fol. 104 v.

2591. **23. April 1474.**

Biskop Helrik v. d. Wisch i Slesvig betaler sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Berardus etc., quod Helricus episcopus Slesvicensis pro totali solutione suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino etc. ratione etc., fl. auri de camera 535 sol. 35 den. 10 nobis etc. per manus honorabilium virorum Juliani et Laurentii de Medicis et sociorum suorum curiam Romanam sequentium die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome 23. [mensis] aprilis anno 3. fl. 3 gr. 3.

Diverse 1469—79 (Quietantie) fol. 116 v (Archivio di Stato).

2592. **26. April 1474.**

Paven reserverer motu proprio Kanonikater og Præbender i Aarhus og Ribe for Thomas Robertsen.

Thome Roberdi canonico Ripensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, tibi, qui Cristierni Norvegie et Svecie regis dilectus existis, specialem gratiam facere et presentes [etc. som Nr. 2587 til] volentes, motu proprio unum Ripensis et alium

Arusiensis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Ripensis et aliam Arusiensis predictarum, in quibus maiores prebende, medie et minores fore noscuntur, prebendas etiam ex dictis maioribus ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . ., dummodo dignitas ipsa in aliqua dictarum ecclesiarum post pontificalem maior non existat, si que, si qui vel si qua vacant ad presens aut cum vacaverint, ... conferendas, conferendos seu conferenda tibi . . . donationi apostolice reservamus, non obstantibus . . . de certo canonicorum numero et aliis dictarum ecclesiarum statutis . . . ., illis presertim, quibus caveri dicitur, quod nullus in dictis ecclesiis maiorem prebendam assequi possit, nisi de minori ad mediam et de media prebendis ad maiorem prebendam huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, quibus hac vice dumtaxat, eis alias in suo robore permansuris, motu simili derogamus . . . Datum Rome 6. kal. maji anno 3.

Gratis de mandato pape.

[Simili modo] Lubicensi et Aleriensi episcopis ac officiali Ripensi.

Reg. Vat. 663 fol. 46 v.

2593. **26. April 1474.**

Klerken Petrus Henrici fra Linköping Stift, Forstander for Birgittes Hospital i Rom, faar efter Kong Christierns Bøn Absolution for et ufrivillig begaaet Drab og Dispensation til at modtage Skrifte af nordiske Pilgrimme i Rom.

Exponitur pro parte Petri Henrici clerici Lincopensis diocesis, provisoris hospitalis s. Brigitte de Urbe, quod, cum ipse in decimo octavo sue etatis anno in partibus constitutus quorundam juvenum laicorum solatiis [et][1]) ludis interesset ac archu ligneo more juvenum illius patrie ad metam sagitando cum aliis uteretur, quidam ex colludentibus laicus ex multorum se dixit relatione sepius audivisse nullum umquam archum ligneum tanti vigoris esse, quod sagitta ab eo emissa vestem aliqualiter solidam penetrare posset, qui juvenis, de quodam mantello, quem in corpore gestabat, confisus, ipsum ante se suis tenebat manibus predictumque exponentem sepius admonuit, ut sagittam in mantellum emitteret. Qui quidem exponens post multiplices et imperativas huiusmodi admonitiones solatiosas, tamen credens ipsum mantellum sagittam penetrare non posse, sicut

[1]) add. Gz.

fortasse non penetrasset, sagittam ex archu emisit ipsumque laicum, in eodem emissionis sagitte momento supra mantellum respicientem, in gula vulneravit, de quo vulnere ipse laicus diem vite sue clausit extremum. Cum autem predictus exponens de premissis doleat ex intimis cupiatque super huiusmodi excessu reconciliari, atque cum occasione huiusmodi excessus sanctam sedem apostolicam, que tamquam pia mater se reddit propitiam delinquentibus, sepius visitaverit, et quod dictus exponens provisor et procurator hospitalis s. Brigitte de Urbe sit constitutus, ad quod hospitale de remotissimis Dacie Svecie Norvegie Gotie etc. partibus multi sepius limina ss. Petri et Pauli apostolorum devotionis causa petentes hospitio recipiuntur, qui propter defectum sacerdotum illius ideomatis coguntur absque confessione et eukaristie sacramento in patriam redire, et, quod lamentabilius est, multi etiam sine confessione et eukaristie sacramento ac extrema unctione in Urbe decedunt, etiam cum predictus exponens magno devotionis fervore in ordine sacerdotali cupiat domino necnon peregrinis de partibus illis in administratione sacramentorum huiusmodi, dummodo necesse fuerit, devote famulari, supplicat igitur Cristiernus dictorum regnorum rex in personam prefati exponentis sui dilecti, [quatenus cum eo][1]), attentis premissis, et quod ipse exponens non animo ledendi neque rixa, odio aut invidia quomodolibet interveniente, sed animo levitatis tantum hoc perpetraverit, necnon quod ipse orator militie clericali aut in studio generali aut in divinorum officiorum ministeriis cum sacerdotibus et aliis clericis cum habitu et tonsura clericalibus semper et continue insudaverit, ut ad omnes sacros etiam presbiteratus ordines ordinari et in eisdem etiam [in] altaris ministerio solum et dumtaxat in dicto hospitali in Urbe ministrare possit, dispensare dignemini, attento, quod orator ipse offert perpetuo peregrinis in dicto hospitali in ecclesiasticis sacramentis servire velle. Fiat. F. Et cum absolutione, si qua indigeat. Datum Rome 6. kal. maji anno 3.

Suppl. 697 fol. 12.

Lincopensis. Petrus Henrici . . absolutio ab homicidio.

Uddrag i Indice 332 efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixti IV an. 3 lib. 11 fol. 250.

2594. 27. April 1474.

Optegnelse om, at den udvalgte Ærkebiskop Jens Brostrup i Lund gennem Roskildekanniken Jens Andersen lover at betale Servispenge med Tilføjelse af,

---

[1]) add. Gz.

at Kongen i December Maaned lovede, at Pengene skulde blive betalte gennem Dronningen inden to Maaneder.

[1474] Die 27. [mensis] aprilis Johannes Andree canonicus Roskildensis procurator Johannis electi Lundensis ex publico instrumento in curia archiepiscopali Lundensi die 1. mensis maji anno etc. 1472 stipulato et publicato, per Ottonem Fogis clericum Ottoniensis diocesis, publicum apostolica et imperiali auctoritate notarium, in apostolica camera dimisso eius[1]) nomine ac etiam ut principalis et privata persona obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio dicte ecclesie, ratione prefectionis de persona dicti electi eidem ecclesie facte auctoritate apostolica per bullas sub data Rome etc. 14. kal. maji anno 3, fl. auri de camera 2000, ad quos ipsa ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem etc. Cardinales XIIII.

Ad preces regis Dacie fuerunt date bulle sub obligatione usque ad festum nativitatis domini, et dedit multos fidejussores nobiles viros . . . ., et patet in libro camere. Venerunt postea littere ad Ludouicum de s. Geminiano de mense dec., que dixerunt, quod rex se excusabat, quia miserat jam pecunias, que non fuerant solute in tempore, sed infra duos menses omnino solveret, [ac][2]) illas portaret regina in pecunia numerata.

Oblig. 84 fol. 193. Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 214.

2595. 27. April 1474.

Karl Rønnov lover gennem sin Fader Rigsmarsken Claus Rønnov og Roskildekanniken Jens Andersen at betale Annater af Dekanatet i Roskilde.

[1474] Dicta die [ɔ: 27. mensis aprilis] magnificus et nobilis vir dominus Nicolaus Ronnow laicus, marescallus regni Dacie pro domino rege, et Johannes Andree canonicus Roskildensis ut principales et private persone obligarunt se camere apostolice nomine Caroli Ronnow decani ecclesie Roskildensis, filii dicti Nicolai, pro annatis decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, [fructus 16 mr.], vacantis per obitum Magni Andree[3]) . . . Et mandatur provideri dicto Carolo de dicto decanatu sub data Rome 12. kal. maji anno 3. Et promiserunt solvere annatas dicti decanatus camere apostolice hic

[1]) Gz. — Cod. et [2]) add. Gz.

[3]) Tilføjet nedenunder: et etiam per cessionem Johannis Petri apud sedem factam.

in curia infra sex menses immediate a die habite possessionis computandos sub penis camere in meliori forma etc. Jurarunt etc. Restituta sub huiusmodi obligatione de mandato omnium dominorum in publica camera etc. Et dictus dominus Nicolaus promisit relevare indempnem a dicta obligatione dictum Johannem Andree sub dictis penis. Obligavit [se][1]) et juravit.

Annate 1474 fol. 68 v (Archivio di Stato).

2596. **27. April 1474.**

Den udvalgte Biskop i Slesvig, Helrik v. d. Wisch lover gennem Provsten Johan Embeke at betale Servispenge.

[1474] Die 27. [aprilis] Johannes Embeck prepositus Slesvicensis, assertus procurator Henrici electi Slesvicensis, obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium ratione prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte sub data Rome 14. kal. maji anno 3 fl. auri de camera 1000, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem etc. . . .

Dicta die bulle dicte ecclesie fuerunt date Jacobo de Spinis mercatori Florentino de Romana curia de mandato domini Antonii, qui Jacobus promisit illico solvere commune et omnia alia jura et minuta servitia . . .

Oblig. 84 fol. 193.

2597. **28. April 1474.**

Klerken Jens Andersen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Mogens Andersens Død. Denne havde været familiaris domesticus hos Kardinal Franciscus (Piccolomini), som giver sit Samtykke til, at Jens Andersen faar Kanonikatet.

Supplicat Johannes Andree *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 215).* Fiat. F. Datum Rome 4. kal. maji anno 3.

Suppl. 697 fol. 167 v.

2598. **28. April 1474.**

Optegnelse om, at en Bulle om Pension til den afgaaede Biskop Claus (Wulf) i Slesvig er udstedt uden Betaling.

[1474] Die 28. mensis aprilis unum par bullarum pro . . Nicolao in universali ecclesia olim Slesvicensi episcopo super pensione annua 200 fl. Renen. eidem assignata super fructibus episcopalis [mense] Slesvicensis per consensum electi eiusdem; patet per bullas sub data Rome 14. kal. maji anno 3. Resti-

---

[1]) add. Gz.

tutum de mandato, quia sunt soluta jura omnia dicte ecclesie per societatem de Spinellis.

Annate 1474 fol. 211 (Archivio di Stato).

2599. **28. April 1474.**

Optegnelse om, at Biskop Helrik (v. d. Wisch) i Slesvig betaler sine Servispenge til det pavelige Kammer.

[1474] Dicta die [ɔ: 28. mensis aprilis] habuit thesaurarius a . . Henrico episcopo Slesvicensi fl. 500 pro communi ecclesie Slesvicensis per manus societatis de Spinellis.

Introitus et Exitus 489 fol. 71.

2600. **30. April 1474.**

Jens Brostrup faar udfærdiget en tidligere Supplik i en noget ændret Form.

Reformatio Johannis Brostorp.

Cum sollicitator litterarum *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 216).* Fiat. F. Datum Rome pridie kal. maji anno 3.

Suppl. 697 fol. 88.

2601. **7. Maj 1474.**

Klerken Georgius Schütte fra Naumburg Stift, tidligere Sognepræst i Rendsborg, faar pavelig Stadfæstelse paa en Pension af dette Embede.

Dudum, cum Georgius Schutte clericus Numburgensis diocesis parrochialem ecclesiam in Rendesborch Bremensis diocesis, quam tunc obtinebat, in manibus ordinarii loci sponte resignasset, et idem ordinarius, resignatione ipsa admissa, Martinum Smyd clericum ad presentationem Dorothee regine Dacie etc., de cuius jure patronatus ipsa ecclesia existit, in ipsius ecclesie rectorem instituisset, idem ordinarius eidem Georgio, ne ex ipsa resignatione nimium dispendium pateretur, pensionem annuam 20 mr. denariorum monete Lubicensis, que 2 mr. arg. vel circa constituunt, super fructibus ipsius ecclesie, qui 6 mr. arg. . . . non excedunt, prefato Georgio annis singulis persolvendam de consensu ipsius regine reservavit, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Supplicat igitur dictus Georgius, quatenus pensionem huiusmodi confirmare sive illam super fructibus ecclesie huiusmodi annis singulis per ipsum Martinum in locis et terminis ac sub sententiis, censuris et penis statuendis ipsi Georgio, quoad vixerit, persolvendam de consensu ipsius Martini de novo reservare dignemini. Concessum in presentia pape de novo. Jo. Vasionensis . . . Datum Rome non. maji anno 3.

Suppl. 698 fol. 21 v.

2602. **12. Maj 1474.**

Kong Christiern faar udvirket Absolution for sin Kansler, Præsten Jens Pedersen fra Lunde Stift, fordi denne havde skrevet Missiver til nogle af Kongens Undersaatter, i Følge hvilke disse havde brændt en oprørsk By og dræbt en gammel Kone. Jens Pedersen, der senere havde ladet sig præstevie, faar Tilladelse til at vedblive at være Præst, dog uden at fungere ved Alteret, og opnaa gejstlige Beneficier.

Dudum Johannes Petri *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 219)*. Fiat citra ministerium altaris. F. Datum Rome 4. id. maji anno 3.

Suppl. 698 fol. 88 v.

2603. **20. Maj 1474.**

Præsten Anders Krog i Slesvig faar et evigt Vikariat sammesteds.

Supplicat Andreas Krok presbiter Slesvicensis, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria in ecclesia Slesvicensi, per liberam resignationem Marquardi Rutze per eum seu suum legitimum procuratorem coram notario publico et testibus in partibus sponte factam vacante [fructus 4 mr.], dignemini providere. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 13. kal. junii anno 3.

Suppl. 698 fol. 93 v.

2604. **25. Maj 1474.**

Pavens Kammermester, Latinus de Ursinis, befaler Skatmesteren, Biskop Thomas Vincenzi i Terni, at betale Regningen paa den gyldne Rose, Paven havde givet Kong Christiern.

Latinus etc. [episcopus Tusculanus cardinalis de Vrsinis pape camerarius]. Paternitati vestre harum serie mandamus, ut Thome episcopo Interamnensi pape generali thesaurario etc. per manus spectabilium virorum Laurentii et Juliani de Medicis etc. pecuniarum camere apostolice depositariorum et de pecuniis dicte camere solvi faciatis honorabilibus viris magistro Petro de Senis et Jeronimo de Sutrio aurifabris infrascriptas florenorum summas ex causis infrascriptis, videlicet primo pro una libra et 11 unciis ac den. 12 auri 21 caratorum cum uno quarto, quem (!) posuerunt in rosa pontificali presentis anni, quam fecerunt, ducatos auri papales 163 et baiocchos 12, qui valent de camera fl. 174 bol. 33. — Item pro chalo dicti auri ad rationem 2 den. pro qualibet uncia, videlicet pro uncia una et den. 23, duc. papales 14 bol. 13, qui valent de camera fl. 15 bol. 11. — Item pro uno saphiro et una perla positis in dicta rosa duc. papales 29, qui valent de camera fl. 31 bol. 1. — Item pro laboratura dicte rose et totius dicti operis factura duc. papales 32, qui va-

lent de camera fl. 33 bol. 16. — Constituentes in toto fl. de camera 254 bol. 61, quos etc. Datum Rome 1474 die 25. maji pontificatus anno 3.

L[atinus] cardinalis de Ursinis etc. manu propria.

Gaspar Blondus.

Thesaurario. P. v. harum serie mandamus, ut per manus depositarii pecuniarum camere apostolice et de pecuniis dicte camere solvi faciatis.

Div. Cam. 38 fol. 166 v; ogsaa i Mandata cameralia 1472—76 fol. 81 (Archivio di Stato). De sidste to Linjer kun det sidste Sted.

2605. **27. Maj 1474.**

Subdiakonen Jens Vilhelmsen (?) fra Slesvig Stift faar Dispensation til, skønt kun 23 Aar, at modtage og beholde et hvilketsomhelst Beneficium, ogsaa en Sognekirke.

Supplicat Johannes Wilienis subdiaconus Slesvicensis diocesis, in vicesimo tertio sue etatis anno constitutus vel circa, quatenus secum, ut non obstante defectu dicte etatis, quem patitur in illo anno constitutus, quodcunque beneficium cum cura, etiam si parrochialis ecclesia fuerit, si sibi apostolica, ordinaria aut alia quavis auctoritate conferatur, recipere et retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 6. kal. junii anno 3.

Suppl. 699 fol. 105 v.

2606. **6. Juni 1474.**

Paven giver efter Kong Christierns Bøn Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Klosterkirken i Maribo.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet is [etc.]. Cum itaque nonnulli predecessores nostri, ut ecclesia monasterii ss. Marie et Brigitte opidi Mariebo ordinis s. Augustini, s. Salvatoris nuncupati, Ottoniensis diocesis, in quo viget observantia regularis, congruis honoribus frequentaretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam predictam certis festivitatibus et diebus devote visitaverint annuatim, omnes indulgentias ac peccatorum remissiones ad instar s. Petri ad vincula de Urbe concesserunt et eam illis dotaverunt, ac, sicut relatione Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis didicimus, ante biennium dictum opidum fere cum multis ipsius monasterii structuris et edificiis miserabiliter igne concrematum fuerit, nos, cupientes, ut ecclesia ipsius monasterium [ɔ: -rii] congruis hono-

ribus frequentetur, ac idem monasterium in suis structuris huiusmodi reparetur et conservetur . . ., omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dicti [ɔ: dictarum] sancti [ɔ: sanctarum] et aliis quibusvis festivitatibus ac diebus ecclesiam dicti monasterii devote visitaverint annuatim . . . ., similes indulgentias et peccatorum remissiones, dummodo plenarie non sint, quas illi, qui dictam ecclesiam s. Petri visitant, quomodolibet consequuntur, et ad instar illarum singulis festivitatibus et diebus predictis eidem ecclesie s. Petri concessis tenore presentium elargimur concessasque indulgentias et remissiones huiusmodi innovamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 8. id. junii anno 3.

LXXXX. A. de Urbino.

Reg. Vat. 665 fol. 421; ogsaa Supplik (Fiat, dummodo non sint plenarie. F.) i Suppl. 699 fol. 96. — En anden Afskrift i Vadstena Klosters Brevbog A 23 fol. 129.

2607. **6. Juni 1474.**

Kong Christiern faar tilstaaet 1) Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Vor Frue Sognekirke i Lykaa i Lunde Stift, som han har opbygget af Sten, ligesom han har anlagt en By og Borg der, hvor der før kun levede et Par Fiskere; 2) en lignende Aflad til dem, der besøger St. Claræ Kapel i Turkø i Lunde Stift, der før var ubeboet, men hvortil der nu strømmer mange Mennesker, efter at der er fundet et undergørende Alabasterbillede af St. Clara; 3) til sin Raad, Ridderen Eggert Krummedige fra Lunde Stift og dennes Hustru Bevilling af Rejsealter, hvor der maa holdes Gudstjeneste før Dag, og Tilladelse til at holde Gudstjeneste under Interdikt og til at spise Smør m. m. i Fastetiden.

In loco Lukka *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 221)*. Fiat . . . F. Datum Rome 8. id. junii anno 3.

Suppl. 699 fol. 96.

2608. **23. Juni 1474.**

Paven tilstaar efter Kong Christierns Ansøgning Klerken Georgius Schütte fra Naumburg Stift, tidligere Sognepræst i Rendsborg, en aarlig Pension af denne Kirke (jfr. Nr. 2601).

Georgio Schutte clerico Nuemburgensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, postquam olim, parrochiali ecclesia in Rendensborch Bremensis diocesis, que de jure patronatus regine Dacie pro tempore existentis existit, per liberam resignationem tuam de illa, quam tunc obtinebas, in manibus Nicolai Huge cantoris ecclesie b. Marie Hamburgensis dicte diocesis, cui Johannes Roden prepositus dicte ecclesie b. Marie,

cum ad prepositum ipsius ecclesie b. Marie pro tempore existentem ipsius parrochialis ecclesie resignationis admissio ac ad illam . . institutio persone idonee de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertineat, in hac parte commiserat vices suas, . . sponte factam et per ipsum Nicolaum auctoritate ordinaria admissam vacante, Dorothea regina Dacie, vera patrona dicte parrochialis ecclesie, existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam ad illam, dum pro tempore vacat, Martinum Smyd clericum dicte diocesis ad illam prefato Nicolao infra tempus legitimum presentaverat, idem Nicolaus vigore commissionis sibi facte predicte dictum Martinum ad presentationem huiusmodi in rectorem eiusdem ecclesie instituerat, ipseque Martinus presentationis et institutionis predictarum vigore dicte parrochialis ecclesie possessionem pacifice extiterat[1]) assecutus, nos, volentes tibi, asserenti, quod etiam prefatus Nicolaus tibi pensionem annuam 20 mr. Lubicensium, que 2 mr. arg. constituunt, super fructibus dicte parrochialis ecclesie tibi per eundem Martinum et successores suos . . annis singulis integre persolvendam, de consensu ipsius Martini reservavit, licet de facto, ne propter resignationem huiusmodi nimium dispendium patiaris, de alicuius subventionis auxilio providere necnon consideratione Cristierni Dacie regis, pro te dilecto suo nobis super hoc supplicantis, specialem gratiam facere . . ., eandem pensionem annuam 20 mr. Lubicensium, que 2 mr. arg. constituunt, ut prefertur, super fructibus dicte ecclesie, [fructus 8 mr. arg.], tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo . . . per ipsum Martinum, cuius ad id per Conradum Kranntz clericum Frisingensis diocesis procuratorem suum . . . expressus accedit assensus, et successores suos . . in festivitate s. Michaelis mensis sept. in civitate Lubicensi annis singulis integre persolvendam, reservamus . . . ., volentes, quod quisquis ex Martino et successoribus prefatis, qui in eadem festivitate vel saltem infra triginta dies extunc immediate sequentes eandem pensionem tibi non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem excommunicationis sententiam incurrat, a qua, donec tibi vel eidem procuratori tuo de pensione tibi tunc debita huiusmodi integre satisfactum seu alias tecum vel cum dicto procuratore tuo super hoc amicabiliter concordatum fuerit, preterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequit obtineri, si vero per sex

[1]) Cod. extiterit

menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipsam animo, quod absit, sustinuerit indurato, extunc mensibus elapsis eisdem prefata parrochiali ecclesia perpetuo privatus existat, illaque vacare censeatur eo ipso. Datum Rome 9. kal. julii anno 3.

[Simili modo] Bremensis et Lubicensis prepositis ac Henrico Estel canonico eiusdem Bremensis ecclesiarum.

P. XII. X. de Varris.

Reg. Lat. 734 fol. 253. Ogsaa samtidig Afskrift paa Papir i et Eksekutionsbrev fra Kanniken Henricus Estel i Bremen, dat. Rome 24. Aug. 1474 (Registrant 90 pag. 172—73, Nr. 86 i Rigsarkivet).

2609. **1. Juli 1474.**

Paven fordømmer i skarpe Udtryk det Aagervæsen, der drives baade af Gejstlige og Verdslige i Hertugdømmerne Slesvig og Holsten, kasserer og løser alle Eder, Løfter og Kontrakter om Laan, der strider imod Kirkens Regler, og truer enhver gejstlig Kreditor, der ikke lader sig nøje med Kapitalens Erstatning af Pantets Indtægter, med det højeste Band og Embedsfortabelse samt tilføjer lignende høje Straffe for de verdslige Herrers Vedkommende.

Ad perpetuam rei memoriam. Ab eo, qui humani generis sumens effigiem *(Dipl. Chr. I, 306—10; Reg.*7196)*. Datum Rome kal. julii anno 3.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Gem. Archiv I, 4 (R. A.).

2610. **18. Juli 1474.**

Klerken Johan Embeke fra Lübeck Stift faar paa Kong Christierns Bøn Kanonikat og Præbende i Hamburg; Klerken Envald Søvenbroder fra Bremen Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis, qui de jure patronatus serenissimi regis Dacie etc. ratione comitatus Holtsacie etc. existunt, per obitum Johannis Aneueld vacantibus, idem rex ad illos Johannem Embeck clericum Lubicensem ordinario loci infra tempus legitimum presentavit, institutione et possessione subsecutis. Cum autem prefatus Johannes Embeck dubitet presentationem et institutionem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de ipsis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] provideri mandare dignemini.

Nuper perpetua vicaria in ecclesia Lubicensi per obitum eiusdem Johannes Aneueld vacante, E[n]waldus Seuenbroder clericus Bremensis diocesis illam vigore gratie expectative sibi per s. v. concesse infra tempus legitimum acceptavit, obtinens sibi de illa provideri, possessione forsan subsecuta. Cum autem du-

bitet acceptationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat dictus Enwaldus, quatenus sibi de ipsa vicaria [fructus 4 mr.] cum omnibus clausulis ac vacationum modis in preinserta supplicatione contentis provideri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 15. kal. aug. anno 3.

Suppl. 702 fol. 115 v.

2611. **23. Aug. 1474.**

Optegnelse om, at Georgius Schütte fritages for at betale Annater af sin Pension af Sognekirken i Rendsborg (jfr. Nr. 2608).

[1474] Die 23. [mensis] aug. unum par bullarum pro Georgio Schutte clerico Nuemburgensis diocesis super pensione annua 20 libr. Lubicensium, que 2 mr. arg. constituunt, eidem assignata super fructibus parrochialis ecclesie in Rendesborch Bremensis diocesis, que de jure patronatus regine Dacie existit. Patet per bullas sub data Rome 9. kal. julii anno 3. Restitutum de mandato, quia est provisum de dicta ecclesia auctoritate ordinaria.

Annate 1474 fol. 233 v (Archivio di Stato).

2612. **31. Aug. 1474.**

Paven stadfæster de Privilegier, som Eugenius IV og Clemens IV havde tilstaaet Franciskanerordenen, hvoraf han selv havde været Medlem, udvider dem med flere nye og fortolker en Del omtvistede Punkter i ældre Pavebreve angaaende Ordenen.

Ad futuram rei memoriam. Regimini universalis ecclesie *(Wadding, Annales Minorum XIV, 99—111; Dipl. Norv. X, 190—199).* Datum Rome pridie kal. sept. anno 4.

Afskrift i [Nic. Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D, 205—06, 223—38.

2613. **6. Okt. 1474.**

Ludolfus Varecker, evig Vikar i Lübeck, faar Kanonikat og Præbende samt Kantoriet i Haderslev og Sognekirkerne i Taps, Vonsild og Ødis.

Supplicat Ludolphus Verecker perpetuus vicarius in ecclesia s. Petri Lubicensi, quatenus sibi de cantoria ac canonicatu et prebenda ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis, que cantoria in dicta ecclesia curata et electiva ac dignitas principalis existit, necnon de parrochialibus ecclesiis Tab, Odensul et Vr dicte diocesis invicem unitis, [cantorie ac canonicatus et prebende fructus 3 mr. necnon dictarum parrochialium ecclesiarum

unitarum etiam 3 mr.], per obitum Petri Laurentii vacantibus, provideri mandare, necnon secum, ut huiusmodi cantoriam cum dictis parrochialibus ecclesiis unitis insimul, quoad vixerit, libere retinere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome pridie non. oct. anno 4.

Suppl. 716 fol. 175 v.

2614. **15. Okt. 1474.**

Klerken Johan Breyde fra Slesvig Stift, som er Klerk ved Supplikkontoret, faar Kanonikater og Præbender i Hildesheim og Magdeburg.

Supplicat Johannes Breyde clericus Slesvicensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, in registro supplicationum s. v. clericus, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Hildesemensis [fructus 4 mr.] ac canonicatu et prebenda ecclesie Magdeburgensis [fructus 4 mr.] per obitum Leuini [de Relthem] vacantibus providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Et quod maior valor . . in cancellaria exprimi possit. Datum Rome id. oct. anno 4.

Suppl. 711 fol. 216.

2615. **23. Dec. 1474.**

Klerken Jens Nielsen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Nuper vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Jacobi Laurentii, Johannes Nicolai clericus eiusdem diocesis eosdem canonicatum et prebendam vigore gratie sue expectative per s. v. sibi facte acceptavit et de eisdem sibi provideri obtinuit, possessione, ut creditur, desuper minime subsecuta. Dubitat tamen acceptationem et provisionem huiusmodi et omnia inde secuta viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus, acceptationem et provisionem et omnia inde secuta huiusmodi rata et grata habentes et ea etc., de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] eidem oratori de novo providere seu in forma nove provisionis, simplicis impetrationis, gratie si nulli sive si neutri, prout oratori magis videbitur expedire, providere . . dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 10. kal. jan. anno 4.

Suppl. 706 fol. 83.

2616. **29. Dec. 1474.**

Kardinalerne Angelus (de Capranica), Oliverius (Caraffa), Philippus (de Levis), Antonius Jacobus (Venier) og Johannes Michael (de Michaelis) giver efter

Ansøgning af Jens Eggertsen, Sognepræst i Lumby i Odense Stift, Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger den nævnte Kirke; Brevet gælder for al Fremtid.

Angelus episcopus Penestrinus, Oliuerius tituli s. Eusebii, Philippus tituli ss. Petri et Marcellini, Antonius Jacobus tituli s. Viti presbiteri[1]), Johannes Michael tituli s. Angeli diaconus cardinales universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, visuris, lecturis pariter et audituris. Splendor paterne glorie *(Rørdam, Monumenta 2. R. II, 536—38; Reg. 4570[2]))*. Datum Rome in domibus nostris anno 1475 indictione 8 die vero 29. dec. pontificatus anno 4.

Orig. paa Perg. med [5] Segl i Fyens Bispearkiv (R. A.).

2617. **18. Jan. 1475.**

Klerken Gregers Sørensen fra Odense Stift faar Sognekirken i Agerskov (?), som Indehaveren Peder Tostesen havde forbrudt.

Cum quidam iniquitatis filius Petrus Tostonis, qui pro rectore parrochialis ecclesie s. Dionisii in de Gerescola Ripensis diocesis se gerit, dei timore postposito ac sue salutis immemor, quendam Nicolaum, tunc familiarem abbatis Loci dei ordinis s. Bernardi Ripensis diocesis, suis propriis manibus, nulla legitima causa subsistente, interfecerit et propterea se indignum ad huiusmodi parrochialem ecclesiam et alia beneficia obtinenda reddiderit, veniatque propterea illa merito privandus, idcirco supplicat Gregorius Seuerini clericus Ottoniensis diocesis, quatenus dignemini alicui probo viro in partibus mandare, ut se de premissis informet et, si per informationem huiusmodi premissa vera esse repperit, eundem Petrum Tostonis auctoritate apostolica dicta parrochiali ecclesia privet amoveatque ipsum ab eadem et post privationem et amotionem huiusmodi de eadem parrochiali ecclesia [fructus 2 mr.] prefato oratori . . prefata auctoritate provideat illamque sibi conferat. Concessum in presentia pape in forma juris. Jo. Vasionensis. Datum Rome 15. kal. febr. anno 4.

Suppl. 707 fol. 150 v.

2618. **20. Jan. 1475.**

Præsten Jens Madsen (Brun) fra Odense faar Kanonikat og Præbende i København.

Alias certis canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie virginis Haffnensis Roskildensis diocesis per obitum Detlewii Ranzo [va-

[1]) Kardinaltitelen var korrekt ss. Viti et Modesti cardinalis diaconus.

[2]) Her med den sikkert urigtige Dato 24. Dec. 1475. Hvis Indiktionen regnes fra 25. Dec., stemmer Aaret overens med Paveaaret og Indiktionen 8.

cantibus], Johannes Mathei presbiter Ottoniensis illos vigore gratie expectative sibi alias a s. v. concesse per procuratorem in partibus acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dictus Johannes dubitet acceptationem et provisionem, possessionis adeptionem ac inde secuta quecunque viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] de novo providere . . dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 13. kal. febr. anno 4.

Suppl. 707 fol. 242 v.

2619. **8. Febr. 1475.**

Optegnelse om en Indbetaling til Kammeret af Penge, indsamlede i Danmark af Marinus de Fregeno.

[1475 mensis febr.] Dicta die [ɔ: 8.] habuit similiter thesaurarius a Marino de Fregeno nuntio et collectore in Dacia etc. fl. 365 ex dicta collectoria exactos per manus de Franzettis . . . . . Die 8. habuit similiter thesaurarius a Marino de Fregeno in regno Dacie nuntio et collectore fl. similes 127 et bolendinos 37, in renensibus 170, exactos in dicto regno, per manus Gregorii sui servitoris.

Introitus et Exitus 490 fol. 45 v, 46; trykt Dipl. Norv. XVII, 580—81.

2620. **1. Marts 1475.**

Kanniken Didrik Stoveman fra Lübeck faar Kantoriet i Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Envald Søvenbroder.

Dudum lite pendente in Romana curia inter Theodericum Staueman canonicum ecclesie Lubicensis reum et possessorem et quendam Enwaldum Souenbroder actorem [ɔ: assertum] clericum actorem de cantoria in ecclesia Slesvicensi, vacante tunc per obitum Johannis Weghener, rebusque aliis in actis latius deductis in prima instantia coram Fantino de Valle vestri sacri palatii causarum auditore, tandem idem Fantinus auditor similiter (!) taliter qualiter procedens diffinitivam sententiam cum expensarum condempnatione et fructuum pro ipso Enwaldo et contra prefatum oratorem tulit et promulgavit, a qua appellato causaque appellationis huiusmodi Nicolao de Edam commissa et coram eodem ad omnium terminorum observantiam processo, lite huiusmodi sic indecisa pendente, dictus Enwaldus preposituram in Barthizuzel, que in ecclesia eadem Slesvicensi dignitas, licet in collegiata Hadersleuensi principalis curata dicitur, existit

pacifice assecutus, et propterea juri, si quod ipsi Enwaldo ante huiusmodi assecutionem in cantoria competebat, resignasse videtur de jure. Ne igitur novus collitigans ipsi oratori constituatur, supplicat dictus Theodericus, quatenus ipsum in omni jure, si quod ipsi Enwaldo ante huiusmodi assecutionem competebat, ac litis et cause prosecutione surrogare . . dictumque jus seu ipsam cantoriam, etiam si inibi dignitas curata et electiva fuerit [fructus 6 mr.], sive premisso sive alias quovis modo vacet seu ex eo, quod dictus quondam Johannes Weghener collector sive subcollector fructuum camere apostolice fuisse dicitur, eidem Theoderico in forma gratie si neutri, nove provisionis aut surrogationis, prout melius sibi expediat, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome kal. martii anno 4.

Suppl. 708 fol. 191.

2621. **3. Marts 1475.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Kanniken i Odense Karl (Rønnov) til Biskop sammesteds.

[1475] Eadem die et consistorio [ɔ: 3. mensis martii] idem sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem domini Mantuani providit ecclesie Ottoniensi de persona Caroli canonici dicte ecclesie, vacanti per obitum Magni extra Romanam curiam defuncti.

Oblig. 83 fol. 36.

2622. **3. Marts 1475.**

Paven udnævner Karl Rønnov til Biskop i Odense og giver ham Lov til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Carolus Ronnon (!) fit episcopus Ottoniensis per obitum. Munus.

Uddrag i Indice 333 og af Garampi efter Reg. Lat. Sixti IV anno 5 lib. 4 fol. 257 og 259 (tabte).

2623. **3. Marts 1475.**

Paven giver Lundekanniken Karl Rønnov Dispensation til, skønt han kun er 29 Aar gammel, at lade sig indvie til Biskop i Odense.

Carolo Ronnou canonico Lundensi. Supereminens largitas [etc.]. Cum itaque nos hodie ecclesie Ottoniensi ordinis s. Benedicti, pastoris ad presens regimine destitute, de persona tua providere intendamus, nos, sperantes, quod tu propter grandia virtutum dona, quibus circumfultus existis, et alia tibi affutura

suffragia eidem ecclesie esse poteris multipliciter fructuosus, tecum, qui in tricesimo tue etatis anno constitutus ac illum in brevi completurus existis, ut curam et administrationem dicte ecclesie recipere illasque in spiritualibus et temporalibus exercere necnon munus consecrationis suscipere libere valeas, defectu etatis premisse, quem pateris, nequaquam obstante, tenore presentium dispensamus. Datum Rome 5. non. martii anno 4.

A. XX. de Petra.
Reg. Lat. 745 fol. 224 v.

2624. **8. Marts 1475.**

Kong Christiern faar bevilget, at Hertug Balthasar af Mecklenburg, som var postuleret af Kapitlet i Schwerin til Administrator af Bispedømmet, maa faa 2 Aars Udsættelse med at lade sig indvie, for at han inden denne Tids Forløb kan faa Arvefølgen sikret.

Dudum s. v. Zwerinensi [ecclesie] tunc pastoris solatio destitute Balthasarem ducem Magnopolensem, Sclauie inferioris principem, comitem Zwerinensem etc., in minoribus dumtaxat ordinibus et in vigesimo secundo sue etatis anno constitutum, de consilio cardinalium ac consideratione Cristierni regis Dacie, tunc apud sedem peregrinationis causa constituti, administratorem in spiritualibus et temporalibus deputavit, ac voluit inter alia, quod idem administrator infra annum a data litterarum s. v. super hoc confectarum sacros subdiaconatus et diaconatus ordines suscipere et in vigesimo septimo sue etatis anno munus consecrationis sibi impendi facere teneretur, alioquin administratio ipsius ecclesie sibi foret penitus interdicta. Cum autem prefatus administrator, qui, ut ecclesiam ipsam, prochdolor calamitatibus et indigentiis suppressam et in illi[u]s bonis non mediocriter destitutam, relevaret et ad recuperationem faciendam adjuvaret, per capitulum ipsius ecclesie nemine discrepante postulatus fuit, relevationi ipsius ecclesie ac bonorum recuperationi ope et auxilio magnatorum et nobilium dominiorum et terrarum suarum modo, quo potest ad presens, meliori intendat, et iidem magnati et nobiles, dubitantes huiusmodi terras et dominia absque heredibus posse remanere, quod administrator prefatus dictos ordines adhuc suscipiat, quamvis ipse ad hoc satis inclinatus esset, omnino reclament, ac propterea certisque aliis causis . . ., [secum][1]) ut usque ad quinquennium, infra quod concedente domino aliquam prolem, que in

[1]) add. Gz.

terris et dominiis succedere possit, per semen suum procuraturum sperat, ad ordines sacros predictos transcendere illosque suscipere non teneatur, per sedem apostolicam dispensari desideret, et capitulum huiusmodi, attentis premissis, et quod ipse Balthasar in spiritualibus et temporalibus absque eo, quod in dictis sacris ordinibus constitutus existat, administrare possit, pro dispensatione dicti quinquennii obtinenda suum prebuerint assensum, supplicat idem rex, quatenus, sibi in personam ipsius Balthasaris administratoris specialem gratiam facientes et ipsi administratori in premissis oportune consulentes, secum, quod usque ad quinquennium a data presentium computandum sacros ordines huiusmodi minime recipere teneatur, priori voluntate huiusmodi non obstante, dispensare sive illud sibi indulgere dignemini. Concessum ad biennium in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 8. id. martii anno 4.

Suppl. 708 fol. 213 v.

2625. **8. Marts 1475.**

Den udvalgte Biskop Karl (Rønnov) lover gennem Provsten Laurens Andersen i Tofte og Sognepræsten Niels Tanskvet i Vestenskov at betale Servispenge.

[1475] Die mercurii 8. [mensis] martii Laurentius Andree prepositus Tossiensis et Nicolaus Tansquesth rector parrochialis ecclesie Vestinscof Ottoniensis diocesis procuratores et procuratorio nomine Caroli electi Ottoniensis obtulerunt camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio ratione provisionis sibi de dicta ecclesia Ottoniensi auctoritate apostolica facte per bullas domini Sixti sub data Rome 5. non. martii anno 4 fl. auri de camera 150, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem etc. . . .

Dicta die de mandato dominorum fuerunt date bulle Philippo, qui promisit solvere in continenti omnia jura.

Oblig. 84 fol. 212 v.

2626. **8. Marts 1475.**

Biskop Karl (Rønnov) i Odense betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. ut supra [Latinus etc.], quod Carolus episcopus Ottoniensis pro communi servitio dicte ecclesie, pro quo erat in camera obligatus etc., fl. auri de camera 75 Thome etc. [episcopo Interamnensi] thesaurario necnon pro solutione totali unius minuti servitii etc. debiti fl. similes 5 sol. 17 den. 10 nec-

non pro totali solutione trium minutorum servitiorum familiarium [ↄ: -ribus] et officialium [ↄ: -libus] pape debitorum, pro quibus etc. obligatus, fl. similes 16 sol. 3 den. 6 dicte monete etc. per manus Johannis Breide clerici in registro supplicationum solvi fecit etc. cum effectu. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Rome in camere apostolica die 8. mensis martii anno 4. fl. 1 gr. 2.

Div. Sixti IV (Quietantie) 1471—84 fol. 41 b. v. (Archivio di Stato).

[1475] Die 8. [mensis martii] dictus thesaurarius habuit a Carolo electo Ottoniensi fl. 75 pro communi dicte ecclesie Ottoniensis per manus Laurentii Andree.

Introitus et Exitus 490 fol. 50.

2627. **8. Marts 1475.**

Biskop Karl (Rønnov) i Odense betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Bartholomeus etc., quod . . Carolus episcopus Ottoniensis pro totali solutione suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino etc. ratione etc. fl. auri de camera 80 sol. 18 nobis etc. per manus honorabilium virorum Laurentii et Juliani de Medicis et sociorum suorum curiam Romanam sequentium die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome 8. [mensis] martii anno ut supra [ↄ: 4]. fl. 1 gr. 2.

Quietantie 1469—79 fol. 134 v (Archivio di Stato).

2628. **29. Marts 1475.**

Ridderen Erik Akselsen (Thott) faar bekræftet Stiftelsen af et Hospital for Spedalske i Viborg i Finland.

Cum Ericus Absolonis miles de Lagn[oe], castellanus castri Wiborgensis Aboensis diocesis, unus ex maioribus consiliariis regni Svecie, pestiferum et contagiosum morbum illum, qui lepra communiter appellatur, in partibus illis, ubi dominium obtinet temporale, propter nimiam frequentiam, quam habent ipsi leprosi cum certis hominibus conversando, adeo ingrossari vidisset, ut, nisi oportuno remedio provideretur, posset tota patria illa, ut verisimiliter creditur, hoc morbo respergi, nec aliquod hospitale pro huiusmodi recolligendis infirmis in decem dietis legalibus ab illa domo fundatum existit, volens igitur ipse orator publice hominum utilitati succurrere et sue suorumque progenitorum animarum providere saluti diemque ultionis extreme pie-

tatis operibus prevenire quandam domum ad usum leprosorum huiusmodi prope et extra muros opidi Wiborgensis dicte Aboensis diocesis unacum quadam solempni capella, in qua sex presbiteros ipsius capelle capellanos instituere proponit, cum sufficientibus redditibus ex bonis suis propriis immobilibus, videlicet pluribus prediis et aliis possessionibus, erexit et fundavit, volens etiam, accedente eorum consensu, quorum interest, ut coloni et reddituarii, qui possessiones et predia huiusmodi pro tempore obtinent, in decimis predialibus universaliter omnes, et qui infra limites parrochie, in qua ipsa domus sita esse dinoscitur, resident, tam in predialibus quam personalibus rectori dicte capelle et nulli alteri respondere debeant et teneantur, ipsique sic residentes in ea capella dicte domus percipere debeant ecclesiastica sacramenta et inibi possint, si velint, ecclesiasticam eligere sepulturam. Quare supplicat s. v. idem orator, quatenus more pii patris dictis erectioni, fundationi et donationi robur adjicere dignemini apostolice firmitatis, confirmantes . . . erectionem, fundationem et donationem ac voluntatem predictas . . . . ., inhibentes locorum ordinariis pro tempore existentibus et quibuscumque aliis, quacunque prefulgeant dignitate, sub penis, sententiis et censuris ecclesiasticis, ne ullo umquam tempore futuro quacunque necessitate urgente presumant . . aliqua bona, possessiones et jura ipsius domus distrahere, vendere, alienare vel diminuere quocunque ingenio vel colore . . Concessum de confirmatione sine prejudicio in presentia pape. Pe. Tirasonensis.

Et quod committatur archiepiscopo metropolitano illius provincie et aliis, de quibus videbitur, attento quod non sit aliquis in diocesi Aboensi, qui recipere possit delegationem sedis apostolice. Datum Rome 4. kal. aprilis anno 4.

Suppl. 709 fol. 171 v.

2629. **29. Marts 1475.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Upsala at bekræfte Erik Akselsen (Thott)s Indstiftelse af et Spedalskhedshospital i Viborg i Finland.

Archiepiscopo Vpsalensi. Hiis, que pro divini cultus [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte nobilis viri Erici Absolonis militis, castellani castri Wiborgensis Aboensis diocesis, petitio continebat, quod, cum alias ipse pestiferum et contagiosum morbum lepre in partibus illis, ubi dominium obtinet temporale, adeo augeri vidisset, ut, nisi oportuno remedio provideretur, posset tota patria illa, ut verisimiliter creditur, illo

morbo respergi, nec aliquod hospitale pro huiusmodi recolligendis infirmis in decem dietis legalibus ab illa domo fundatum erat, ipse, volens publice huiusmodi utilitati succurrere ac sue suorumque progenitorum animarum providere saluti diemque ultionis extreme pietatis operibus prevenire, quandam domum ad usum leprosorum huiusmodi prope et extra muros dicti castri una cum quadam solemni capella, in qua sex presbiteros ipsius capelle capellanos instituere proponit, cum sufficientibus redditibus ex bonis suis propriis immobilibus, videlicet pluribus prediis et aliis possessionibus, erexit et fundavit, volens etiam, accedente eorum, quorum interest, consensu, ut coloni et reddituarii, qui possessiones et predia huiusmodi pro tempore obtinerent, in decimis predialibus universaliter, qui vero infra limites parrochie parrochialis ecclesie, in qua domus ipsa sita est, residerent, tam in predialibus quam personalibus rectori dicte capelle et nulli alteri respondere tenerentur, ipsique residentes in dicta capella ecclesiastica sacramenta percipere deberent et inibi, si vellent, ecclesiasticam sepulturam eligere possent. Quare pro parte dicti Erici nobis fuit supplicatum, ut erectioni, fundationi et voluntati prefatis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . dignaremur. Nos itaque, de premissis certam notitiam non habentes, fraternitati tue mandamus, quatinus, si et postquam de erectione, fundatione et voluntate predictis tibi legittime constiterit, illas auctoritate nostra sine tamen alicuius prejudicio confirmes . . . . . . Datum Rome 4. kal. aprilis anno 4.

X
X
X
X

L. Dipl. efter Jon Håkansens bok; ogsaa Reg. Vat. 678 fol. 491.

2630. 5. April 1475.

Præsten Jens Madsen (Brun) fra Odense Stift faar motu proprio tilstaaet de samme Privilegier, som Pavens »familiares continui commensales in quodam cancellarie apostolice libro . . descripti«.

Dudum Johanni Mathei de Dacia, presbitero Ottoniensis diocesis et in officio nostre sacre penitentiarie confessori jam diu substituto, gratiam ad duas collationes et totidem beneficia sub data kal. jan. anno 1 fecimus expectativam, prout in nostris desuper confectis litteris et processibus inde secutis plenius continetur. Ut autem idem Johannes celeriorem ex huiusmodi gra-

tia consequatur effectum, igitur motu proprio et ex certa scientia ipsi Johanni, ut in assecutione beneficii seu beneficiorum vigore huiusmodi sue expectative assequendorum possit omnibus . . privilegiis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales in quodam cancellarie apostolice libro de mandato nostro descripti in simili beneficiorum assecutione per eos vigore expectativarum per nos eis alias concessarum et imposterum concedendarum assecutorum vel assequendorum hactenus gavisi sunt et gaudent de presenti seu gaudere imposterum quomodolibet poterint, ipse Johannes gaudere pariformiter immediate in omnibus ad instar eorundem familiarium continuorum commensalium absque ulla differentia, sine tamen prejudicio eorundem, perinde ac si unus dictorum familiarium continuorum commensalium in eodem libro descriptus foret, indulgemus. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome non. aprilis anno 4.

Suppl. 710 fol. 206.

2631. **8. April 1475.**

Slesvigkanniken Johan Breyde fra Slesvig Stift faar Embedet som »vicedominus« i Camin.

Dudum Nicolaus papa V Nicolao Bruckman preposito ecclesie b. Marie Colebergensis Caminensis diocesis, litterarum apostolicarum abbreviatori, de dicta prepositura, que inibi dignitas principalis existit, tunc vacante gratiose providit ac secum, ut dictam preposituram recipere et cum illa vicedominatum ecclesie Caminensis, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem, curata et electiva existit, et de quo tunc vacante apostolica sibi fuerat auctoritate provisum, et super eo contra diversos suos adversarios litigando tres sententias diffinitivas reportaverat, et quem, si illum possideret, ignorabat, si illum pacifice assequeretur, per biennium dumtaxat insimul retinere valeret, dispensavit, prout in litteris apostolicis desuper confectis, in quibus idem Nicolaus predecessor voluit, quod infra dictum biennium alterum ex prepositura et vicedominatu, quem seu quam mallet, pro alio beneficio cum retenta seu retento incompatibili permutare, alioquin dicto elapso biennio illum vel illam ex vicedominatu et prepositura predictis, quem seu quam prius assecutus foret, et quam seu quem idem Nicolaus predecessor extunc vacare decrevit, omnino dimittere teneretur, plenius continetur. Cum autem idem Nicolaus Bruckman huiusmodi vicedominatum primo assecutus fuerit illumque una cum dicta prepositura per viginti

unum annos vel circa, citra tamen vigintiduos, absque alia dispensatione apostolica insimul possederit nec alterum, ut tenebatur, dimiserit, et propterea ipse vicedominatus per assecutionem ac ex voluntate Nicolai predecessoris huiusmodi vacet ad presens, supplicat igitur Johannes Breyde canonicus Slesvicensis, de militari genere ex utroque parente procreatus ac in registro supplicationum v. s. clericus, quatenus sibi de dicto vicedominatu, qui inibi dignitas curata existit non tamen maior post pontificalem [fructus 20 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 6. id. aprilis anno 4.

Suppl. 710 fol. 204 v.

2632. **25. April 1475.**

Ærkebiskop Jens Brostrup i Lund betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Bartholomeus etc., quod Johannes archiepiscopus Lundensis pro parte solutionis suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino etc. ratione etc. fl. auri de camera 1071 sol. 21 den. 4 nobis etc. per manus honorabilium virorum heredum Thomasii de Spinellis et sociorum suorum curiam Romanam sequentium die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. Residuum vero et totum id, in quo tenebatur, idem collegium ex certis causis etc. remisit pariter et donavit pro hac vice dumtaxat. Quod nos etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome 25. [mensis] aprilis ut supra [ɔ: anno 4].

fl. 6 gr. 6.

Quietantie 1469—79 fol. 139 (Archivio di Stato). Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 243.

2633. **29. April 1475.**

Ærkebiskop Jens Brostrup i Lund betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Latinus etc., quod Johannes episcopus (!) Lundensis hodie pro totali et integra solutione communis servitii dicte sue ecclesie apostolice camere debiti, pro quo erat in ipsa camera sub certis sententiis, censuris et penis efficaciter obligatus, fl. auri de camera 1000, Thoma episcopo Interamnensi sanctissimi domini nostri pape generali thesaurario pro ipsa camera recipiente, necnon pro simili solutione unius minuti servitii nobis et clericis camere predicte debiti, pro quo erat similiter obligatus, fl. similes 71 sol. 21 den. 4 et pro simili etiam solutione trium minutorum servitiorum familiaribus et officialibus sanctissimi domini nostri pape debitorum, pro quibus erat

pari modo obligatus, fl. similes 214 sol. 14, predictis clericis camere nostro et eorum propriis ac dictorum familiarium et officialium nominibus recipientibus, per manus honorabilium virorum heredum Thome de Spinellis mercatorum Florentinorum Romanam curiam sequentium realiter et cum effectu solvit et numeravit. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Rome in camera apostolica die 29. mensis aprilis anno 4. fl. 6 gr. 7.

Div. Sixti IV (Quietantie) 1471—84 fol. 43 v (Archivio di Stato).

[1475] Die 29. [mensis aprilis] habuit thesaurarius a Johanne episcopo (!) Lundensi fl. 1000 pro communi dicte Lundensis ecclesie ad exitum societati de Medicis in una posta ducatorum 3052 . . .

Introitus et Exitus 490 fol. 69. Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 244.

2634. **8. Maj 1475.**

Fru Barbara (Brahe) til Bollerup i Lunde Stift, Enke efter Ridderen Stig Olufsen (Krognos), for Tiden Dronning Dorotheas Ledsagerske i Rom, faar tilstaaet Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger en Del Kirker, Kapeller og Altre, der er indstiftede af hendes Forældre, og som hun har Patronatsret til, nemlig St. Peders Kirke i Bollerup, St. Olufs Kirke i Lunkede, Sognekirkerne i Brøndby og »Sterloff« [ɔ: Ferløv?], St. Botulfs Kirke i Lund, der er brændt af Fjenderne, Sognekirkerne i Valby og Ingelstrup, som Fru Barbara agter at skænke flere Ejendomme til, St. Arvids Kapel ved Krabberup, St. Gertruds Kapel i Laholm, der er stiftet af hendes Fader Torkil Brahe, der har givet flere Ejendomme dertil, St. Mortens Alter i Lunde Domkirke, St. Birgittas i samme Kirke, St. Annas Alter i Karmeliterklostret i Landskrone, hvortil Fruen har skænket flere Ejendomme til at opretholde en daglig Messe og en evig brændende Lampe, St. Barbaras Alter i Franciskanerklostret i Malmø, St. Brandanus' Alter i Franciskanerklostret i Lund, St. Bernardinus' Alter i Franciskanerklostret i Ystad, ved hvilke tre Altre hun har indstiftet tre ugentlige Messer, og Vor Frue Alter i Halmstad, indstiftet af Torkil Brahe.

Dignetur s. v. infrascriptas petitiones *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 246)*. Fiat de decem pro parrochialibus, de septem pro capellis et de quinque pro altaribus. F. Et quod perpetuo durent. Datum Rome 8. id. maji anno 4.

Suppl. 712 fol. 54.

2635. **8. Maj 1475.**

Roskildekanniken Jens Andersen og Kong Christierns Kapellan, Jens Madsen (Brun) fra Hindsgavl optages blandt de pavelige Akolyter.

Supplicat Johannes Andree canonicus Roskildensis, quatenus sibi specialem gratiam facientes ipsum in vestrum et sedis apostolice accolitum auctoritate apostolica gratiose recipere et aliorum v. s. et ipsius sedis accolitorum numero favorabiliter aggre-

gare eidemque, ut omnibus privilegiis, quibus vestri et dicte sedis accoliti gaudent ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, gaudere valeat, concedere dignemini.

Item similem gratiam facientes in omnibus Johanni Mathei de Hintegaules, archipresbitero plebis Colignole, regis Dacie etc. capellano, Veronensis diocesis. Fiat sine prejudicio. F.

Datum Rome 8. id. maji anno 4.

Suppl. 712 fol. 118.

2636. **8. Maj 1475.**

Dronning Dorothea faar bevilget, at hendes Skriftefader, Franciskanermunken Conradus Gruben fra Sachsen, maa valfarte til Kristi Grav.

Supplicat Dorothea regina Svecie et Norvegie in personam Conradi Gruben de Saxonia ordinis fratrum Minorum s. Francisci, licentiati in theologia et prefate regine confessoris et in basilica s. Petri etiam confessoris deputati, quatenus ipsum in s. v. et sedis apostolice capellanum, ita ut omnibus privilegiis, quibus alii s. v. et sedis apostolice veri capellani gaudent, ipse quoque gaudere possit, deputare et preficere et eum numero aliorum cappellanorum vestrorum aggregare necnon etiam, cum dictus exponens fervore devotionis accensus cupiat sanctissimum sepulchrum domini nostri Jesu Christi visitare et ibidem, si oportune poterit, perpetuo permanere et deo servire, sibi, ut dictum sepulchrum cum uno socio, quem duxerit eligendum, visitare [possit,] et ibidem permanendi et, donec ibidem permanserit, confessiones illorum, qui ad dictum sepulcrum se conferent, audiendi et illos ab omnibus eorum peccatis et casibus preterquam sedi apostolice reservatis absolvendi necnon etiam, si continget ipsum ex causa a dicto sepulcro se absentare et recedere, sibi eligendi conventum et locum ordinis sui sibi gratum et convenientem, in quo secundum vota et desideria eius predicando et verbum dei seminando animas Christi fidelium lucrifaciens[1]) permanere possit, licentiam concedere dignemini. Fiat de facultate eundi ad sepulcrum. F. Et quod littere desuper conficiende gratis de mandato s. v. ubique expediantur. Datum Rome 8. id. maji anno 4.

Suppl. 712 fol. 126 v.

2637. **8. Maj 1475.**

Dronning Dorothea faar Dekanatet i Roskilde, hvorom der havde været ført Proces ved Kurien, overdraget til sin dilectus Stig Nielsen[2]) fra Aarhus Stift.

---

[1]) Gz. — Cod. lucrifacere [2]) Skal maaske være Niels Styggesen (Rosenkrantz).

Alias decanatu ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem ac curata et electiva existit, per obitum Olaui Jacobi [ɔ: Jacobi Olaui] vacante, quidam Magnus Andree clericus Roskildensis diocesis ipsum decanatum impetravit et sibi de illo provideri obtinuit possessione subsecuta. Et deinde quidam Johannes Johannis canonicus Roskildensis dictum Magnum Andree occasione dicti decanatus coram certo auditore sacri palatii apostolici v. s. molestavit in vim certe pretense impetrationis de dicto decanatu, vivente adhuc eiusdem ultimo possessore Olauo Jacobi (!) facte, et ipse Magnus sententiam absolutoriam pro se et contra dictum Johannem reportavit, a qua pro parte dicti Johannis appellato dictus Magnus Andree diem suum clausit extremum, ac dictus Johannes Johannis se in jus defuncti surrogari fecit, non facta mentione, quod dictus Magnus collitigans erat cardinalis Senensis tempore obitus sui familiaris, cuius quidem surrogationis pretextu idem Johannes Johannis possessionem decanatus huiusmodi extitit assecutus, quamvis ante surrogationem huiusmodi quidam Johannes Petri regis Dacie etc. cancellarius sibi de dicto decanatu provideri obtinuit, et deinde in manibus v. s. jus suum, quod sibi competebat, resignavit ac concessionis gratie huiusmodi litteris nondum confectis sponte cessit in favorem Caroli Ronnels (!) clerici Ottoniensis diocesis, nobilis ex utroque parente, cui postmodum per resignationem ac concessionem huiusmodi gratie sibi provideri concessum extitit, et antequam littere huiusmodi suum sint sortite effectum, Carolus ipse ad ecclesiam Ottoniensem, tunc pastoris solatio destitutam, assumptus extitit, ac jus dicti Caroli Ranols (!) per provisionem de persona sua factam vacare dinoscitur. Supplicat igitur Dorothea Dacie etc. regina in personam sui dilecti Stigoti Nicolai Arusiensis diocesis, nobilis et militaris ex utroque parente procreati, quatenus de dicto decanatu [fructus 28 mr.], inquantum vacet, sive in jus dicti Caroli, quod vigore impetrationis et resignationis huiusmodi ante promotionem suam habebat . . ., vel alias ex eo, quod dictus Johannes Johannis excommunicatus fuerat et propterea inhabilis sit, vel ex eo, quod annatam non solverit sine solutione in tempore et penas in tales promulgatas incurrit et decanatus [ɔ: -tu] huiusmodi privandus venit, eidem Stigoto Nicolai de dicto decanatu, cui dicti regis Dacie in vim privilegii sibi alias per s. v. de dignitatibus illarum partium post pontificales maioribus facti et indulti expresse accedit assensus, aut ex eo etiam, quod ipse Johannes ob impetrationem

ante obitum factam inhabilis et incapax existit, providere dignemini sive in jus, ut prefertur, surrogare. Fiat in forma juris. F. Et quod littere desuper ubique de mandato s. v. gratis etiam in officio abbreviatorum expediantur. Fiat. F. Datum Rome 8. id. maji anno 4.

Suppl. 712 fol. 165 v.

2638. **8. Maj 1475.**

Dronning Dorotheas Hushovmester Johan Oxe faar bevilget Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Trefoldighedskapellet i Helsingørs Sognekirke, St. Birgittes Alter i Roskilde Domkirke, St. Annas Alter i Roskilde Franciskanerkirke og Hellig Kors Alter i Helsingborgs Dominikanerkirke.

Ut capella s. Trinitatis sita in parrochiali ecclesia in Helsingor Roskildensis diocesis, que per nobilem virum Johannem Oxe militem eiusdem diocesis, consiliarium regni Dacie ac magistrum curie regine eiusdem regni, apud sedem apostolicam constitute, fundata et sufficienter dotata extitit, congruis honoribus frequentetur ac manuteneatur . . ., dignetur s. v. omnibus Christi fidelibus, qui eandem capellam, ad quam ipse miles, nunc in Urbe cum dicta regina existens, specialem gerit devotionis affectum, in duobus festis in cancellaria exprimendis a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive devote visitaverint annuatim ac ad reparationem et conservationem huiusmodi manus porrexerint adjutrices, singulis festis eisdem quindecim annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxare.

Simili modo dignetur s. v. pro altari s. Brigitte sito in ecclesia Roskildensi per prefatum militem fundato indulgentias decem annorum perpetuis duraturas temporibus pro confugientibus ad illud devotionis causa in duobus festis in cancellaria exprimendis a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive.

Item, ut altare s. Anne situm in ecclesia domus ordinis Minorum civitatis Roskildensis, etiam fundatum per dictum militem, congruis honoribus frequentetur, dignetur s. v. pro Christi fidelibus visitantibus illud ac pro conservatione manus adjutrices porrigentibus indulgentiam similem decem annorum in duobus festis in cancellaria exprimendis concedere.

Similem dignetur s. v. concedere indulgentiam decem annorum pro altari s. Crucis sito in ecclesia domus ordinis Predicatorum in Helsing[borg] Lundensis diocesis, etiam fundato per dictum militem, in qua est genitor ipsius Johannis sepultus,

ad duo festa in cancellaria exprimenda. Fiat de septem pro capella et de quinque pro altaribus. F. Et cum indulgentia quindecim annorum pro capella ac totidem quadragenarum et pro tribus altaribus indulgentia decem annorum . . . Et quod perpetuo durent tam pro capella quam altaribus predictis. Et quod indulgentie huiusmodi pro capella ac altaribus predictis in una bulla expediantur, attento quod illa omnia sunt fundata per militem. Fiat ut supra. F. Datum Rome 8. id. maji anno 4.

Suppl. 712 fol. 181 v. Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 245.

2639. **9. Maj 1475.**

Paven udnævner paa Grund af Dronning Dorotheas Klage Ærkebiskopperne i Lund, Magdeburg og Ragusa til Eksekutorer af den Bandlysning, der skal paalægges dem, der forholder hende hendes faste og løse Ejendomme, hvis de ikke inden en fastsat Frist gør deres Uret god igen.

Lundensi et Magdeburgensi ac Ragusino archiepiscopis. Significavit nobis Dorothea *(Dipl. Norv. VI, 620—21; Reg. *7261)*. Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Reg. Vat. 678 fol. 581.

2640. **9. Maj 1475.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Magdeburg at paadømme den Sag, Dronning Dorothea vil anlægge mod Sten Sture og andre Svenskere, som forholder hende hendes Livgeding.

Archiepiscopo Magdeburgensi. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dorothee Dacie Svecie Norvegie et Sclauorum regine petitio continebat, quod nobilis vir Steno Sture miles, dominus loci Reffznes Vpsalensis diocesis, et quidam alii clerici et laici regni Svecie nonnulla immobilia in eodem regno consistentia mobiliaque bona, parafrenalia eiusdem regine ac ad ipsam ratione donationis[1]) propter nuptias legitime spectantia, detinent indebite occupata in animarum suarum periculum et ipsius regine prejudicium non modicum et gravamen. Quare eadem regina nobis supplicavit, ut militem ac clericos et laicos predictos ad restituendum sibi bona prefata per aliquem prelatum in partibus illis cogi mandare . . . dignaremur. Nos itaque . . . fraternitati tue mandamus, quatinus, vocatis milite ac clericis et laicis predictis et aliis, qui fuerint evocandi, auditisque hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris,

[1]) Gz. — Cod. devotionis

per censuram ecclesiasticam firmiter observari . . . Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Reg. Vat. 678 fol. 571 v.

2641. **9. Maj 1475.**

Paven giver Dronning Dorothea og hendes Børn Lov til at spise Smør, Æg og Mælkemad i Fasten, dog den stille Uge undtagen.

Dorothee Dacie Svecie Norvegie et Sclauorum regine. Ut sedi apostolice te devotiorem exhibeas, quo magis illius gratie ubertate noveris te foveri, tuis in hac parte supplicationibus in clinati, tibi ac omnibus tuis utriusque sexus liberis pro tempore existentibus, quod quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus lacticiniorum et ovorum de jure vel consuetudine est prohibitus, butiro, ovis et lacticiniis, exceptis dumtaxat diebus septimane sancte, vesci libere valeatis . ., tenore presentium indulgemus. Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Reg. Vat. 678 fol. 572 v.

2642. **9. Maj 1475.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Magdeburg at opfordre Indbyggerne i Sverige til at adlyde Kong Christiern, og, hvis de nægter dette, bandlyse dem samt formane Hansestæderne til at opgive Handelen paa Sverige.

Archiepiscopo Magdeburgensi. Ad ea ex apostolice servitutis officio [etc.]. Accepimus siquidem, quod, etsi regnum Svecie ad Cristiernum Dacie et Svecie regem legitime pertineat, et eiusdem regni incole, eius dominio et ditioni subjecti, ut eorum regi fidelitatis debite juramentum prestiterint et aliquamdiu obtemperaverint, nichilominus ab aliquibus temporibus citra nobilis vir Steno Sture, miles et dominus loci Reffznes Vpsallensis diocesis, et, eo procurante, quamplurimi ex incolis ipsius regni ab eiusdem regis obedientia et devotione se subtrahere et rebellare [presumpserunt][1]) ac ei eiusque mandatis obtemperare recusarunt et recusant, et eapropter rex ipse hoc tempore, quo sevissima Turchorum immanitas tantas intulit christianis strages, damna pariter et jacturas, et illorum dux eiusdem fidei infestissimus hostis, elatus plurimum victoriarum cursu et dominandi insatiabili cupiditate, suas vires ad interemptionem credentium quotidie auget et graviora continuo temptat adeo, ut, nisi catholicorum principum viribus eius occurratur furori, pertimescendum sit, ne per ulteriores, quod absit, dilatationes omnis adversus illius conatus habenda provisio sera futura sit, requisitus a nobis opem ferre,

---

[1]) add. Gz.

ut optat, nullatenus potest. Nos igitur, qui illius vices gerimus in terris, per quem reges regnant, quique regem prefatum ob prelatam[1]) fidei constantiam et devotionis sinceritatem, quibus nos et Romanam reveretur ecclesiam, speciali dilectione prosequimur ac cupimus, ut, sublatis huiusmodi impedimentis in tanta fidei eiusdem necessitate oportunis nobis assistat favoribus, motu proprio . . . fraternitati tue mandamus, quatinus, vocatis dicto Stenone et aliis, qui fuerint evocandi, de premissis omnibus summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, auctoritate nostra te diligenter informes, et, si per informationem huiusmodi ita esse reppereris, eosdem Stenonem et alios inobedientes et rebelles regni prefati Svecie, cuiuscunque status existant, ut juxta prestitum per eos fidelitatis juramentum huiusmodi eidem Christierno regi eorum pareant et intendant eique exhibeant obedientiam et reverentiam congruentes debitaque per eos illi jura persolvant permittantque eum in eos et in[2]) loca dicti regni Svecie regia superioritate solita uti, sub censuris et penis ecclesiasticis, de quibus tibi videbitur, eo ipso, si non pareant, incurrendis, dicta[3]) auctoritate moneas et indicas, quacunque appellatione remota, et illos, quos juramentum huiusmodi observare et tuis monitionibus et mandatis obtemperare nolle tibi constiterit, censuras et penas predictas incurrisse declarare et censuris ac penis eisdem irretitos esse publice nuntiare et ab omnibus arctius evitari mandare censurasque huiusmodi iteratis vicibus aggravare dicta auctoritate procures, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, et nichilominus universis archiepiscopis, episcopis et aliis prelatis ac personis ecclesiasticis necnon ducibus, marchionibus, principibus et aliis quibuslibet temporale dominium obtinentibus et illorum subditis, cuiuscunque status existant, necnon civibus et opidanis quibuscunque et presertim Bremensis, Lubicensis, Hambergensis, Rostocensis, Vismarensis et Gripsualensis ac Danssyckensis civitatum et locorum eadem auctoritate sub eisdem et aliis, quibus tibi videbitur, formidabilibus penis pari modo incurrendis inhibeas, ne durante eorundem inobedientium et rebellium inobedientia et rebellione huiusmodi cum eisdem rebellibus aliquod com[m]ercium habere aut eos per terras et loca eorum dominio subjecta transire seu

[1]) probatam Gz. [2]) Cod. eos etiam loca
[3]) Gz. — Cod. dictaque

transeuntibus com[m]eatum et victualia exhibere quoquomodo presumant, donec rebelles et inobedientes prefati compuncti corde tuis studuerint obtemperare mandatis et prestitum per eos servare juramentum meruerintque a perjurio et censuris huiusmodi absolutionis beneficium obtinere. Nos enim tibi, si pro citationibus et monitionibus huiusmodi faciendis ad loca, in quibus citandi et monendi essent, tutus non pateret accessus, eosdem citandos et monendos citandi et monendi per edicta publica in locis publicis affigenda, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad ipsorum citandorum et monendorum notitiam possint citationes et monitiones ipse pervenire, facultatem concedimus per presentes, ac volumus, . . ., quod citationes et monitiones huiusmodi perinde eosdem monitos et citatos arctent, ac si eis personaliter insinuate forent. Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Reg. Vat. 678 fol. 578 v.

2643. **9. Maj 1475.**

Paven giver Dronning Dorothea og hendes Børn Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som kan give dem fuld Aflad, ogsaa i Tilfælde, som ellers er forbeholdte Pavestolen, og forandre Løfter om Pilgrimsfærd til andre fromme Gærninger.

Dorothee Dacie Svecie et Norvegie regine et nobilibus viris eius utriusque sexus liberis. Magne devotionis affectus [etc.]. Hinc est, quod nos . . vobis, ut aliquem idoneum presbiterum secularem vel religiosum in vestrum possitis eligere confessorem, qui in casibus etiam sedi apostolice reservatis totiens, quotiens fuerit oportunum, confessionibus vestris diligenter auditis, pro commissis per vos peccatis, criminibus et excessibus vobis de per se debitam absolutionem impendat et injungat penitentiam salutarem et a quibusvis excommunicationum sententiis . . . a jure vel ab homine latis et inflictis absolvat, quodque confessor predictus, quem quilibet vestrum duxerit eligendum, omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti et ore confessi fueritis, etiam totiens, quotiens fuerit oportunum, plenam remissionem vobis . . . . auctoritate nostra concedere necnon vota quecunque peregrinationis etiam ultramarine et bb. apostolorum Petri et Pauli de Urbe ac s. Jacobi in Compostella et abstinentie, si qua jam emisistis aut in futurum emittetis, in alia pietatis opera commutare possit, devotioni vestre tenore presentium indulgemus, sic tamen, quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis per vos, si supervixeritis, vel per alios, si forte tunc transieritis, facien-

dam injungat, quam vos vel alii facere teneamini . . Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Reg. Vat. 678 fol. 580 v.

2644. **9. Maj 1475.**

Paven giver Dronning Dorothea og hendes Børn Tilladelse til at have Rejsealter og der lade holde Messe før Daggry, ogsaa paa Steder, som er underlagte Interdikt.

Dorothee Dacie Svecie Norvegie et Sclauorum regine et nobilibus viris eius utriusque sexus liberis. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut petitionibus vestris, illis presertim, quas ex devotionis fervore prodire conspicimus, et per quas divinis officiis intenti existatis, ac spiritualis salutis vobis proveniat incrementum, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, ut liceat vobis habere altare portatile cum debita reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis sine juris alieni prejudicio, et cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, ante diem, circa tamen diurnam lucem, proviso quod hoc vobis vel sacerdoti taliter celebranti ad culpam nequeat imputari, et parce isto utamini indulto, quia, cum in altaris officio immoletur dominus noster dei filius Jesus Christus, qui candor[1]) est lucis eterne, congruit hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce, et, si contigerit vos ad loca ecclesiastico interdicto supposita declinare, in illis clausis januis, non pulsatis campanis et submissa voce, excommunicatis et interdictis prorsus exclusis, in vestra ac familiarium vestrorum domesticorum presentia per proprium vel alium sacerdotem idoneum missam et alia divina officia celebrari facere necnon ecclesiasticam sepulturam in dictis locis interdictis vobis eligere possitis, devotioni vestre . . . auctoritate presentium indulgemus. Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Reg. Vat. 678 fol. 582.

2645. **9. Maj 1475.**

Sognepræsten Otto Nielsen i Lysabild (paa Als) faar Dispensation til at modtage og beholde et andet ellers med denne Kirke uforeneligt Embede.

Dignetur s. v. Ottoni Nicolai, rectori parrochialis ecclesie in Lusappel Slesvicensis diocesis, ut una cum parrochiali eccle-

[1]) Cod. cantòr

sia predicta, quam obtinet [fructus 4 mr.], quodcunque aliud vel sine ea quecunque alia duo beneficia, etiam se invicem incompatibilia (!) . . . . ., si sibi canonice conferantur . . ., recipere et insimul retinere illaque et quevis alia per ipsum in posterum assecuta dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere [et], quoad vixerit, retinere ac in altero eorundem, ubi sibi placuerit, absque ordinaria cohertione libere residere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Suppl. 712 fol. 245 v.

2646. **9. Maj 1475.**

Dronning Dorothea faar bevilget, at Sognepræsten Alexander Giffurd i Bigar i Glasgow Stift maa forene to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Dorothea regina Dacie in personam dilecti sui Alexandri Giffurd Scoti, magistri in artibus, rectoris parrochialis ecclesie de Bigar Glasguensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreati, quatenus cum eo, ut quecunque duo beneficia . . . recipere et . . . retinere . . . . valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 7. id. maji anno 4.

Suppl. 717 fol. 227 v.

2647. **18. Maj 1475.**

Klerken Mikkel Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Supplicat Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie Hadersleuensis dicte diocesis [fructus 4 mr.], per obitum Petri Laurentii vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 15. kal. junii anno 4.

Suppl. 713 fol. 106 v.

2648. **10. Juni 1475.**

Paven giver Lage Eskesen Brock til Gl. Estrup Lov til at vælge en Skriftefader, der kan give ham Plenaraflad i hans Dødsøjeblik.

[De plenaria remissione.]

Lago Broch laico Arusiensis diocesis. Ex tue etc. . . . Datum Rome 4. id. junii anno 4.

P. VI. de Varris.
Reg. Lat. 770 fol. 292 v.

2649. **17. Juni 1475.**

Subdiakonen Leve Leven, Provst i Ejdersted, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de højere Grader i Rom.

Supplicat Leuo Leue subdiaconus Slesvicensis diocesis, artium magister ac Lubicensis et Slesvicensis ecclesiarum canonicus necnon prepositus in Eydersteden dicte diocesis Slesvicensis, qui etiam per tres annos proxime preteritos in universitate Perusina juri canonico operam dedit et ratione dicte sue prepositure, cui cura imminet animarum, artatus existit, quatenus sibi, ut a quocunque catholico antistite maluerit in Romana curia residente aliquibus diebus dominicis vel festivis, etiam extra tempora ad hoc a jure statuta, ad alios sacros et presbiteratus ordines successive rite se promoveri facere libere valeat, eisdem antistiti conferendi et oratori recipiendi ordines huiusmodi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera apostolica. Concessum. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 15. kal. julii anno 4.

Suppl. 715 fol. 68 v.

2650. **17. Juni 1475.**

Klerken Ulricus de Wolfferstorff fra Naumburg Stift faar et Embede i Supplikkontoret, som Johan Breyde havde resigneret.

Cum Johannes Breyde, in registro supplicationum apostolicarum per s. v. seu de mandato vestro signatarum clericus, officium clericatus dicti registri, quod obtinet et exercet, in manibus s. v. vel alterius ad id potestatem habentis resignare proponat et exnunc resignet, supplicat Vlricus de Wolfferstorff clericus Nuemburgensis diocesis, nobilis ex utroque parente, quatenus . . ., resignationem huiusmodi admittentes seu per aliquem magistrorum et aliorum dicti registri recipi mandantes, officium predictum, per huiusmodi resignationem vacans, ... eidem oratori per eum, quoad vixerit, exercendum concedere et assignare ac ipsum oratorem aliorum clericorum dicti registri numero et consortio aggregare et in locum dicti Johannis surrogare ac ad dictum officium eiusque liberum exercitium . . . huiusmodi recipi mandare dignemini. Fiat. F. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 15. kal. julii anno 4.

Suppl. 715 fol. 196 v.

2651. **19. Juni 1475.**

Paven giver Plenaraflad til dem, der paa Søndagen Laetare besøger Hellig Trefoldigheds Kapel i Roskilde Domkirke; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Pastoris eterni [etc.]. Cupientes igitur, ut capella s. Trinitatis, in ecclesia Roskildensi sita et per Cristiernum Dacie regem fundata, et ad quam ipse rex magnum gerit devotionis affectum, congruis honoribus frequentetur ac in suis structuris reparetur et conservetur . . . ., omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui in die dominica, qua in ecclesia cantatur *Letare Jerusalem*, a primis vesperis usque ad secundas vesperas capellam predictam devote visitaverint annuatim et ad reparationem et conservationem predictas manus porrexerint adjutrices, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et veniam tenore presentium elargimur, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Rome 13. kal. julii anno 4.

Reg. Vat. 678 fol. 671 v.

2652. **19. Juni 1475.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund at tillade Oprettelsen af et fuldstændigt Universitet paa det Sted i Kong Christierns Lande, som denne maatte udvælge dertil. Kongen havde nemlig fremstillet for Paven, at der i hans store og rige Lande ikke var noget »studium generale«, som hans Undersaatter kunde søge til. Ved Universitetet skal der være Lærestole i alle Fakulteter og Rektorat. Ærkebiskoppen eller den Biskop, i hvis Stift Universitetet kommer til at ligge, skal være dettes Kansler, tildele alle Universitetsgrader med jus docendi og i Almindelighed indtage samme Stilling som Ærkedegnen i Bologna overfor denne Bys Universitet. Det nye Universitet skal have de sædvanlige Universitetsprivilegier og særlig de samme, der tilkommer Universitetet i Bologna.

Archiepiscopo Lundensi. Copiosus in misericordia dominus *(Matzen, Kjøbenhavns Universitets Retshistorie I, Tillæg 1—2; Reg. 4546*)*. Datum Rome 13. kal. julii anno 4.

Scripta de mandato s. d. n. P. de Monte.

Orig. med Bulle i Konsistoriums Arkiv. — Afskrift i Reg. Vat. 678 fol. 672.

2653. **19. Juni 1475.**

Paven giver Medlemmerne af Kong Christierns Broderskab Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der i Dødsøjeblikket kan give dem Plenaraflad i alle Tilfælde, selv dem, der ellers er forbeholdte Pavestolen.

Ad perpetuam rei memoriam. Tunc pastoralis officii debitum *(Suhms Samlinger I, 1, 66—67; Reg. 4547)*. Datum Rome 13. kal. julii anno 4.

Scripta de mandato pape.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Sjælland—Møen 64 (R. A.). — Afskrift i Reg. Vat. 678 fol. 671.

2654. **27. Juni 1475.**

Johan Breyde, som er Klerk ved Kurien, faar (sammen med flere tyske Kurialer) Tilladelse til at lade sig indvie til de højere Grader i Rom.

Cum Johannes Brede, in registro supplicationum per s. v. vel de eius mandato signatarum clericus, in Slesvicensi, Tilmannus Brandis in Hildesemensi archidiaconi, Balthasar de Mandeslo in Bremensi scolasticus et Johannes Frise in collegiata b. Walpurgis in Wilburg Treuerensis diocesis prepositus ecclesiis, in vestro sacro palatio apostolico causarum procur[atores], in clericatus ac accolitatus respective ordinibus dumtaxat constituti, devotionis zelo accensi intendant ad ulteriores ordines se facere promoveri et in ipsis susceptis et suscipiendis ordinibus altissimo, quoad vixerint, famulari, supplicant igitur omnes prefati, quatenus ipsis, ut a quocunque antistite in Romana curia residente aliquibus diebus festivis aut dominicis a se invicem distantibus etiam extra tempora a jure statuta ad alios minores et maiores, etiam presbiteratus, sacros ordines se facere promoveri libere possint, ipsique antistiti dictos ordines conferendi [et][1]) eisdem oratoribus [recipiendi][1]) licentiam impertiri dignemini. Concessum pro omnibus in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura absque aliquarum litterarum expeditione sufficiat. Datum Rome 5. kal. julii anno 4.

Suppl. 715 fol. 265 v.

2655. **27. Juni 1475.**

Kapitlet i Slesvig faar bevilget et Værnebrev, som skal gælde for al Fremtid.

Supplicant prepositus, canonici et capitulum ac perpetui beneficiati in ecclesia Slesvicensi, quatenus eis conservatoriam perpetuo duraturam in forma concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 5. kal. julii anno 4.

Suppl. 715 fol. 286 v.

2656. **28. Juni 1475.**

Paven giver, efter Ansøgning fra Laurens Leve, Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Sognekirken i Morsum i Slesvig Stift; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Ad restaurandas etc. Cupientes igitur, ut parrochialis ecclesia s. Laurentii Morsum Slesvicensis diocesis, quam destructam et collapsam nobilis vir Laurentius Leue, domicellus eiusdem dio-

[1]) add. Gz.

cesis, de novo reedificare incepit, debite restauretur et restaurata in suis structuris conservetur, necnon Christi fideles ad eandem ecclesiam eo libentius devotionis causa confluant ac ad restaurationem et conservationem predictas manus promptius porrigant adjutrices . . . ., omnibus fidelibus ipsis vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam predictam in ipsius s. Laurentii ac dedicationis eiusdem ecclesie festivitatibus[1]) devote visitaverint annuatim [et] ad restaurationem ac conservationem huiusmodi manus porrexerint adjutrices, tres annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuo duraturis. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 4. kal. julii anno 4.

A. XXII. de Petra.

Reg. Lat. 744 fol. 172; ogsaa Supplik (II) i Suppl. 715 fol. 247[2]).

2657. 28. Juni 1475.

Biskop Claus (Wulf) i Slesvig og Sognepræsten Henrik Sehimer i Mildsted faar Bekræftelse paa Oprettelsen af et Kapel i Husum, som Biskoppen havde grundlagt.

Dudum Nicolaus quondam episcopus Slesvicensis pro commoditate parrochianorum parrochialis ecclesie s. Lamberti in Melstede dicte Slesvicensis diocesis in opido Husom habitantium quandam capellam sub vocabulo b. Marie virginis de consensu moderni rectoris dicte parrochialis ecclesie s. Lamberti ac sine prejudicio rectoris pro tempore existentis et dicte parrochialis ecclesie ita, quod huiusmodi capella per ipsum rectorem regi, ac unicum et individuum beneficium cum dicta parrochiali ecclesia et minime ab eadem parrochiali ecclesia distinctum censeri debeat, prout in litteris patentibus ipsius episcopi plenius continetur, in dicto opido Husom erexit, quam quidem erectionem pro illius subsistentia firmiori tam ipsa vestra creatura quam Henricus Sehimer modernus rector dicte parrochialis ecclesie cupiunt munimine sedis apostolice roborari. Idcirco supplicant, quatenus erectionem huiusmodi et quecunque inde secuta confirmare dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 4. kal. julii anno 4.

Suppl. 715 fol. 247 v.

---

[1]) II: ac resurrectionis domini nostri Jesu Christi festivitatibus necnon in die veneris sancta a primis vesperis usque ad secundas vesperas devote visitantibus

[2]) II: Concessum in duobus festis in presentia pape. Pe. Tirasonensis.

2658. **28. Juni 1475.**

Biskop Claus (Wulf) i Slesvig faar Bekræftelse paa et tidligere oprettet Lektorat i Haderslev (jfr. Nr. 2386).

Dudum Nicolaus olim episcopus Slesvicensis pro decentia et augmento divini cultus in collegiata ecclesia b. Marie virginis Hadersleuensi Slesvicensis diocesis officium lectoratus erexit dictoque lectoratui unam prebendam eiusdem ecclesie tunc vacantem pro sustentatione lectoris pro tempore existentis, qui sit doctor vel bachalarius formatus in theologia, univit et incorporavit, quas quidem erectionem et incorporationem pro illarum subsistentia firmiori cupit prefata creatura vestra munimine sedis apostolice roborari. Idcirco supplicat, quatenus erectionem et incorporationem predictas et omnia inde secuta confirmare dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 4. kal. julii anno 4.

Suppl. 716 fol. 5.

2659. **28. Aug. 1475.**

Klerken Johannes Russchart fra Køln Stift og Klerken Johan Breyde fra Slesvig Stift, som havde ført Proces ved Kurien om et evigt Vikariat i Eutin i Lübeck Stift, faar Bekræftelse paa et Forlig, de havde indgaaet.

Lite et causa alias coram certo pallatii causarum apostolici auditore de perpetua vicaria sita ad altare ss. Marcelli et Marcellini in ecclesia Vtinensi Lubicensis diocesis inter Johannem Russchart clericum Coloniensis diocesis et Johannem Breyde canonicum Slesvicensem in prima instantia pendente, partes ipse ad parcendum laboribus et expensis, salvo tamen illo, quod apostolice sedis auctoritas interveniret, medio nonnullorum amicorum suorum se intermediantium quandam amicabilem concordiam conceperunt et tandem ad talem devenerunt, quod dictus Johannes Russchart actor juri, liti et cause cedere deberet, et ipse Johannes Breyde reus sumptibus suis litteras apostolicas gratie expectative pro dicto Johanne Russchart actore expedire deberet ac 8 duc. auri de camera eidem actori pro expensis per eum in huiusmodi lite et causa factis solvere teneretur, prout dictus reus ad hoc se obligavit, et preterea dicta concordia, sicut premittitur concepta, fere sortita est effectum. Verum prefati oratores concordiam antedictam forsan minus legitime factam esse dubitant et sic viribus non subsistere. Recurrunt igitur ad s. v. supplicando, quatenus omnes defectus, si qui forsan in premissis intervenerint, supplentes concordiam[1]) predictam et

[1]) Gz. — Cod. concordiamque

omnia inde secuta licita et legitima esse decernere ac ipsam confirmare dignemini. Fiat. F. Datum Rome 5. kal. sept. anno 5.

Suppl. 719 fol. 41.

2660. **3. Okt. 1475.**

Paven bekræfter et Brev af Biskop Jep (Friis) i Børglum (af 19. Maj 1474) om, at der fremtidig ikke maa indsættes verdslige Priorer for Nonnerne i Økloster.

Ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera, que solicitudini pastoralis officii nobis divinitus crediti imminent peragenda, illud saluberrimum reputamus, ut monasteria et alia pia loca, in quibus prudentes virgines accensis lampadibus sponso obviam ire se preparantes illi devotum exolvunt continue famulatum, sub felici et prospero ac quieto statu gubernentur, et illa, que propterea provide facta fuisse comperimus, ut firma perpetuo et illibata permaneant, libenter, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus. Sane pro parte priorisse et conventus monasterii b. Marie virginis de Insula . . . ordinis s. Benedicti Burglanensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nuper Jacobus episcopus Burglanensis, provide considerans, quod quedam inibi prava consuetudo, que potius corruptela existit, inoleverat, videlicet quod prior dicti monasterii, in quo etiam preter priorissam et conventum predictas solet esse unus prior, sub cuius cura ipse priorissa et conventus gubernari solent, prout in quibusdam aliis monasteriis circumvicinis observatur, contra honestatem et sanctorum patrum instituta laicus assumebatur, ac volens statui et honori monasterii necnon paci et quieti priorisse et conventus earundem salubriter providere, de illarum seu maioris partis earum unanimi consensu ordinaria auctoritate inter cetera statuit, quod de cetero nullus laicus in priorem eiusdem monasterii assumeretur, sed unus presbiter bone vite et honeste conversationis, de cuius probitate, scientia et honestate fidedigna testimonia haberentur, in ipsius monasterii priorem eligi deberet, qui inibi [degentibus][1]) preesset et prodesset ac crimina et excessus delinquentium corrigeret et puniret, statuens etiam ipse Jacobus episcopus, quod priorissa et conventus prefate essent deinceps ab omni superioritate et jurisdictione laicorum prorsus exempte, inhibendo predictis laicis sub excommunicationis pena, ne de regimine prefati monasterii ulterius se ullatenus intromitterent, prout in quodam publico instrumento desuper confecto, cuius tenorem, signis et caracteribus dumtaxat

[1]) add. Gz.

exceptis, de verbo ad verbum presentibus annotari fecimus, plenius continetur. Quare pro parte priorisse et conventus predictarum nobis fuit supplicatum, ut statuto et inhibitioni predictis . . . pro illorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . . . dignaremur. Nos igitur, qui monasteriorum et aliorum piorum locorum singulorum felicem statum ac personarum in illis degentium pacem et quietem sinceris desideriis affectamus, attendentes statutum et inhibitionem predicta fore rationabilia et honesta ac conformia canonicis institutis . ., statutum et inhibitionem huiusmodi ac, prout illa concernunt, omnia in dicto instrumento contenta tenore presentium confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, illaque per priorem et priorissam pro tempore existentes et conventum predictos sub excommunicationis pena perpetuis futuris temporibus observari volumus, et pro habundantiori cautela quibusvis laicis, cuiuscunque status existant, sub simili excommunicationis pena, quam quilibet contrafaciens ipso facto se noverit incurrisse, districtius inhibemus, ne de regimine dicti monasterii seu eius bonorum se intromittere aut in priorem, priorissam, conventum, familiares, res et bona eorum quecunque mobilia et immobilia jurisdictionem, dominium, potestatem aut superioritatem aliquam exercere seu alias de illis aut monasterio predicto directe vel indirecte se impedire quomodolibet presumant, decernentes priorem, priorissam et conventum ac singulas moniales dicti monasterii earumque omnium familiares, res et bona predicta quecunque Jacobi predicti et pro tempore existentis episcopi Burglanensis jurisdictioni deinceps perpetuo subesse . . .

Tenor vero dicti instrumenti talis est. In nomine domini Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno . . 1474 indictione 7 die veneris 19. mensis maji pontificatus Sixti pape IIII anno 3 in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presentia personaliter constitutus . . Jacobus episcopus Burglanensis, devote considerans et attendens sanctum et rationabile deo et hominibus fore et expediens omni gregi deo devoto unicuique fideli pastori commisso[1]) esse summopere succurrendum sanioribusque et salubrioribus consiliis, assistentiis aliisque bonis provisionibus salutem [vestram][2]) vestrorumque concernen-

[1]) Gz. — Cod. hominibus omni gregi . . . . commisso fore et expediens
[2]) add. Gz.

tibus in omnibus oportunitatibus quomodolibet assistendum, hinc est, quod dictus [episcopus], attendens mundi statum labilem et diversis erroribus subjugatum, unde rerum quamplurimarum discrimina suboriri dinoscuntur, pro honestate, constantia et indemnitatibus religionis sanctimonialium conventus s. Marie virginis de Insula Burglanensis diocesis quedam statuta ordinaria statui fecit de consensu plenario earundem perpetuo duratura [et][1]) per modum solemnis processus omnibus modo, via, jure, forma et causa melioribus et efficacioribus, quibus melius et efficacius de jure potuit et de officio suo pastorali debuit, ordinavit, qui et quales ipsis monialibus essent in priores providendi, instituendi et ab ipsis eligendi, que et quales priorisse et de earum penis, si contra regulam delinquerunt (!), de modestia ceterarum monialium ibidem et de earum pia correptione, de privilegiis, jurisdictionibus et earum libertatibus et possessionibus quibuscunque. Processus sub hac forma sequitur et est talis:

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et Spiritus sancti Amen. Jacobus dei gratia episcopus Burglanensis in Christo devotis et sanctis monialibus in monasterio[2]) s. Marie de Insula nostre diocesis ordinis s. Benedicti degentibus paternum affectum in domino cum salute. Quoniam pius et misericors deus sua divina benignaque bonitate nostris[3]) fragilibus humeris pastoralis cure jugum tradendo credidit et alto fluctuantem pelago fidelis populi regere jussit naviculam, nam in mari reptilia, quorum non est numerus, que diu noctuque gregem nostrum per navigium bonorum operum ad perpetue felicitatis pascuam properantem, ne recipiat, quod pie desiderat, portum[4]) recludere et vineam domini demoliri seu gregem delaniare infatigabiliter non desistunt, nos igitur, [ut] talium conatibus malignantium salutaribus et oportunis remediis occurramus, oculos nostros specialiter ad vestram devotionem seu predictum monasterium et priorem nunc ibidem pro tempore existentem et eius inantea successores, ne in vestra devota congregatione a[5]) sancta vocatione regulari, qua a deo fueritis vocate, declinetis, et ut eo liberius valeatis divino vacare famulatui, per ministerium specialis statuti nostri dirigere cupientes, ad memoriam nichilominus revocantes, qualiter hec plantatio et domini sancta hec vitis fructifera, hec vinea denique domini sub primo supradicti monasterii fundatore et quampluribus aliis prioribus et patribus

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. monialibus monasterii [3]) Gz. — Cod. juxta
[4]) Gz. — Cod. portam [5]) Gz. — Cod. et

pululavit ac palmites longe lateque producens ad mortifera venena pellenda flores protulit et odores, nos igitur, qui pastoralis [officii] jugum a domino suscepimus, continua urgemur premeditatione, ut juxta credite nobis dispositionis[1]) officium religiose viventium commodum, in quorum fructificatione utique prosperamur jugi, quantum nobis ex alto concessum fuerit, solicitudinis studio attendamus, primo et principaliter in favorem, protectionem et securitatem et curam vestre religionis Romanorum pontificum statutis et decretis desuper generaliter editis obtemperare ac tutis gressibus inherere non immerito cupientes, ut ab omni laicorum jurisdictione et superioritate sitis exempte, et, ne quis laicorum, sicut in quibusdam monasteriis sanctimonialium de corrupta consuetudine inolevit tam morbida pestis, in priorem vestrum quovis modo eligatur, sub excommunicationis pena strictissime prohibemus, ut dignum deo ibidem obsequium sub tuta religionis observantia valeatis adhibere, [et super hoc][2]) vobis per hec statuta nostra ordinaria perpetuo duratura pacem imponimus et quietem; nam tales ad agenda officia monasterii vestri et ad curam spiritualem et temporalem inibi exercendam per consensum nostrum, prout ab antiquo fuerit, ac nostrorum successorum, super hoc collegii vestri sanioris partis requisito consensu pariter et habito, juxta formam electionis deputentur, qui fideles sint et discreti presbiteri, litterarum scientia eruditi, vite laudabilis moribus prefulgentes; priorissam vero zelo religionis imbutam, provecte etatis et honestam in supradictum monasterium precipimus eligendam, que ceteris sororibus preesse et prodesse valeat vita, moribus et exemplo, delinquentes corripiat et castiget, obedientes foveat et confortet, que, si forte fuerit religionis observantie contentrix (!), negligens aut remissa, per nos et successores nostros et priorem pro tempore existentem pro certo se noverit deponendam vel alio modo secundum regulam castigandam, cum offensa non solum propria, verum etiam aliena de suis manibus requira[n]tur, ipsumque priorem supradictum et monasterium vestre devotionis intuitu ab omnibus inconsuetis oneribus et exactionibus sive immoderatis totaliter liberamus et eximimus per presentes. Insuper et vobis et vestre religioni de cetero condescendere cupientes, mandamus supradicta statuta nostra cum eorum concordantiis juxta primevam religionis institutionem et monasterii predicti fundationem sub pena dicta

---

[1]) Gz. — Cod. dispensationis [2]) add. Gz.

perpetuis temporibus inviolabiliter observari. Ceterum universa privilegia, jurisdictiones et libertates a regibus et a predecessoribus nostris super possessionibus, ecclesiis et prediis concessas et indultas, quantum de jure possumus, in domino confirmamus. In fidem, robur et testimonium omnium premissorum sigillum nostrum una cum sigillo dilecti capituli nostri et Burglanensis presentibus duximus appendenda. Acta sunt hec in domo nostra capitulari anno 1474 infra octavam ascensionis domini.

Cuius quidem processus insinuationem, provisionem et perfectionem, [prout][1]) devotus in Christo et humilis prior predicti monasterii sanctimonialium hec omnia[2]) de gratia speciali ipsius episcopi facta ex parte predictarum monialium acceptavit et pro acceptatis haberi voluit, [et][1]) prout ipse moniales de libera et spontanea voluntate unanimes supplicarunt et acceptarunt, adeo hec prout sic [ɔ: sunt][3]) in processu acceptata, idem episcopus prelibatus omnia ut in ipso processu contenta approbavit, ratum [ɔ: -ta][3]) et gratum [ɔ: -ta][3]) habuit et habere [ɔ: -ri] voluit, quantum de jure potuit, inviolabiliter observandum [ɔ: -da][3]). Insuper vigore ratificationis et approbationis ipse [episcopus] antedictus super premissis provisione, insinuatione et ratificatione omnibusque aliis, ut premittitur, factis et gestis me notarium publicum in capitulo Burglanensi duxit requirendum. Acta sunt hec in capitulo Burglanensi sub summa missa anno, indictione, die, mense, pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus dominis Andrea Jacobi preposito Burglanensi, Mathia Henrici, Erico canonicis ibidem, Johanne priore domus s. Spiritus in Albergia Vibergensis diocesis et aliis quampluribus discretis et honorabilibus viris presbiteris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et quia ego Sueno Martini clericus Ripensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius dictis provisione [ɔ: -ni][3]), insinuatione [ɔ: -ni][3]), ratificatione [ɔ: -ni][3]) et requisitione [ɔ: -ni][3]) omnibusque aliis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo[4]) hoc presens publicum instrumentum manu mea scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi unacum episcopi prenominati sigilli appensione rogatus et requisitus

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. omnia, prout [3]) corr. Gz.
[4]) Gz. — Cod. ideoque

in fidem et testimonium omnium premissorum. Datum Rome 5. non. oct. anno 5.

XXXXV.

Reg. Vat. 570 fol. 259; ogsaa (II) Supplik (Fiat. F. Et quod littere approbationis desuper conficiende expediantur per cancellariam in forma gratiosa) i Suppl. 719 fol. 250.

2661. **7. Okt. 1475.**

Karmeliterordenens Provincial for Provinsen Dacia Niels Christiernsen faar bevilget, at under Provinskapitlet maa Ordenens egne Præster modtage Skrifte og uddele Aflad.

Ut animarum saluti Christi fidelium utriusque sexus regni et provincie Dacie, qui vota peregrinationis et jejuniorum emittunt, salubrius consulatur, supplicat frater Nicolaus Cristierni, prior provincialis dicte provincie Dacie ordinis dei genetricis b. Marie virginis de monte Carmeli, quatenus . . . ipsi Nicolao et pro tempore existenti priori provinciali predicte provincie, ut, quam diu et quotiens capitula provincialia in dicta provincia durabunt, fratribus probis dicti ordinis in dictis capitulis existentibus omnium Christi fidelium utriusque sexus eisdem fratribus probis confiteri volentium confessiones audiendi ac vota jejuniorum et peregrinationis tribus dumtaxat, videlicet liminum apostolorum, s. Jacobi in Compostella ac ultramarino votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi debitamque absolutionem impendendi licentiam libere valeant perpetuis futuris temporibus concedere . . ., concedere dignemini. Fiat quoad religiosos sui ordinis, votis exceptis, que sunt de essentia religionis. F. Et perpetuo et in dicto regno Dacie dumtaxat. Fiat. F. Datum Rome non. oct. anno 5.

Suppl. 720 fol. 246 v.

2662. **24. Okt. 1475.**

Karmeliternes Ordensgeneral Christoforus Martignan samt Prioren og Brødrene i Sæby Kloster faar Bekræftelse paa Oprettelsen af dette Kloster.

Alias Pius II per suas litteras in forma plumbea cum cordula canapis archiepiscopo Lundensi, proprio nomine non expresso, directas concessit licentiam provinciali et fratribus dei genitricis Marie de monte Carmeli regnorum Dacie Svecie et Norvegie propter paucitatem domorum, quas habuit dictus orator [ɔ: ordo] in dictis regnis, duas domos recipiendi et edificandi . . . cum ecclesiis, campanilibus, campanis, ortis, ortalitiis et aliis necessariis officinis, et quod fratres, qui in domibus sic susceptis manerent, omnibus privilegiis dicto ordini et domibus

et fratribus eisdem in genere concessis[1]) valerent gaudere, sub data in abbatia s. Salvatoris Cluniacensis [ɔ: Clusine] diocesis 1462 4. kal. aug. pontificatus anno 4 . . . . Qui archiepiscopus supradictas litteras, ut ei a sede apostolica mandabatur, ad executionem mandavit et auctoritate apostolica fratri Mathie, dicti ordinis et provincie Dacie Svecie Norvegie tunc provinciali, quandam ecclesiam sub titulo s. Marie in Stehn diocesis Burglanensis, vulgariter dictam Marie Stedum, cuius possessionem habuerant dicti provincialis et fratres a Jacobo episcopo Burglanensi cum consilio et consensu prepositi et capituli ecclesie Burglanensis, contulit et a dicto episcopo Burglanensi collatam confirmavit per annuli impositionem et alia, que latius in litteris dicti episcopi Burglanensis plenius continentur, cui collationi et confirmationi Cristier[n]us Dacie rex una cum suo consilio assensum prebuerunt et suum votum imposuerunt, ut apparet per auctenticum instrumentum super premissis etiam confectum. Verum, cum in litteris predecessoris vestri nulla fit mentio, quod dicte due domus in dicti ordinis membra erigende, etiam si sint parrochiales ecclesie, habeantur et possint erigi, dubiteturque verisimiliter dictam collationem a dicto episcopo Burglanensi et confirmationem ab archiepiscopo Lundensi factas occasione premissorum viribus subsistere, et an prior et fratres ad confessiones audiendas in dicta domo electi [et][2]) deputati illam et eandem habeant auctoritatem in confessionibus audiendis et penitentiis injungendis, quam haberent, si in dictis litteris apostolicis de cura animarum habenda dicte ecclesie mentio facta foret. Eapropter Christoforum [ɔ: -rus] Maguntin (!) dicti sacri ordinis gloriosissime dei genitricis per v. s. clementiam generalis modernus dicteque [ecclesie][2]) s. Marie in Stehi prior et fratres supplicant, quatenus s. v. dignetur dictam collationem dicto ordini a dicto episcopo Burglanensi collatam et ab archiepiscopo huiusmodi auctoritate apostolica confirmatam de novo confirmare . . . et per v. s. litteras in forma gratiosa dictam ecclesiam s. Marie et [ɔ: in] Stehi oppido sitam parrochialem curam habentem etiam de novo cum animarum cura conferre ita, quod prior, qui pro tempore in dicta ecclesia erit, possit intuitu gloriosissime dei genitricis Marie de monte Carmeli, cuius titulo dictus ordo specialiter in ecclesia sancta dei insignitur et a multis Romanis pontificibus multis privilegiis decoratus existit,

---

[1]) Gz. — Cod. concessis gaudent et utuntur valerent [2]) add. Gz.

omnes utriusque sexus ad dictam ecclesiam confluentes Christi fideles in confessione audire et absolutionis beneficium impendere et pro commissis penitentiam salutarem injungere, dummodo talia non sint, propter que merito sedes apostolica consulenda foret, et quod fratres in dicta domo perpetuo manentes omnibus privilegiis gaudeant, quibus omnes alie domus utriusque sexus et dicti ordinis fratres et sorores in genere gaudent . . . . ., et de possessionibus acquisitis vel acquirendis vel a quibuscunque tam a regibus quam principibus quam aliis quibuscunque personis legatis vel legandis nulli decimam vel censum solvere teneantur. Fiat. F. Et quod dicta ecclesia auctoritate apostolica confirmata, quam prior et fratres rexerunt multis annis et laudabiliter, de novo cum animarum cura confirmetur. Fiat. F. Datum Rome 9. kal. nov. anno 5.

Suppl. 721 fol. 197.

2663. **24. Okt. 1475.**

Paven giver Prioren og Brødrene i Karmeliterklostret i Sæby Bekræftelse paa Oprettelsen af dette Kloster og Tilladelse til at besørge Gudstjenesten i Sognekirken.

Priori et fratribus domus b. Marie in Sebii ordinis b. Marie de monte Carmeli Burglanensis diocesis. Dum sacrum vestrum ordinem precelse dei genitricis vocabulo specialiter insignitum et sublimium vestrarum virtutum merita deo quidem grata et in conspectibus [ɔ: -tu][1]) apostolice sedis accepta digna memoria recensemus, dumque vos et ordinem ipsum, qui inter ceteros regularium professores in firmamento catholice fidei militantes tanquam religionis speculum et exemplar speciali c[l]aritate[1]) fulgetis, attenta meditatione pensamus, tanto libentius in hiis, que pie a nobis deposcitis, animarum considerato profectu vobis apostolici favoris gratiam impartimur, quanto commodius per ipsius ordinis fratrum fructuosa studia et laudabilia opera et exempla affectatum lucrum animarum huiusmodi, quo nichil est deo acceptius, poterit divina annuente clementia salubriter provenire. Dudum siquidem Pio pape II pro parte prioris provincie Dacie Svecie et Norvegie regnorum ordinis b. Marie de monte Carmeli secundum morem dicti ordinis et nonnullorum fratrum ipsius ordinis exposito, quod ipsi, pie considerantes in dictis regnis paucas domos eiusdem ordinis consistere, cuperent duas domos dicti ordinis in locis ad hoc congruis et honestis in ipsis regnis

[1]) corr. Gz.

consistentibus sibi ad hoc dandas seu offerendas pro usu et habitatione fratrum dicti ordinis ex elemosinis Christi fidelium de novo fundare et edificare . . . ., si eis ad id apostolice sedis suffragaretur auctoritas, idem predecessor archiepiscopo Lundensi, eius proprio nomine non expresso, suis dedit litteris in mandatis, ut, si esset ita, ac ordinariorum locorum ad hoc expressus accederet assensus, priori et fratribus predictis duas domos cum ecclesiis, campanilibus, campanis, cimiteriis, dormitoriis, ortis, ortalitiis et aliis necessariis officinis in locis ad hoc congruentibus pro usu et habitatione fratrum eiusdem ordinis de novo fundandi et edificandi . . . illasque recipiendi, inhabitandi et perpetuo retinendi plenam licentiam auctoritate apostolica largiretur. Et deinde, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, Jacobus Burglanensis episcopus dictis priori et fratribus parrochialem ecclesiam b. Marie in Seby Burglanensis diocesis . . . ac terre spatium ad structuram domus ipsius ordinis competens de prepositi et capituli ecclesie Burglanensis consensu auctoritate ordinaria donavit, cuius quidem donationis vigore parrochialis ecclesie et spatii terre huiusmodi possessionem fuistis pacifice assecuti, et Tuo archiepiscopus Lundensis loci metropolitanus donationem et assecutionem huiusmodi vigore litterarum predictarum confirmavit, prout in litteris auctenticis inde confectis et ipsorum Tuonis archiepiscopi et Jacobi episcopi ac prepositi et capituli predictorum sigillis respective munitis dicitur plenius contineri. Cum autem de ecclesiis parrochialibus recipiendis et perpetuo retinendis nulla in litteris Pii predecessoris huiusmodi mentio facta fuerit, et propterea dubitetis, an donatio, assecutio, confirmatio huiusmodi viribus subsistant et curam animarum parrochianorum ipsius parrochialis ecclesie, quam hactenus exercuistis, exercere valeatis, pro parte vestra et Cristoferi Martignani prioris generalis dicti ordinis nobis fuit supplicatum, ut donationi, assecutioni, confirmationi predictis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . . dignaremur. Nos itaque, qui dictum ordinem vestrum velut ortum irriguum fecundumque virtutibus plantatum in domo domini affectione paterna diligimus, illo volentes favore vos prosequi, per quem salus animarum proveniat, et erga vos dictumque ordinem valeat fidelium devotio adaugeri . . . ., donationem, assecutionem, confirmationem predictas et, prout illa concernunt, omnia in archiepiscopi et episcopi litteris huiusmodi contenta vobis et per vos eidem ordini confirmamus . . . . necnon par-

rochialem ecclesiam et terre spatium huiusmodi vobis perpetuo de novo concedimus juxta archiepiscopi et episcopi litterarum huiusmodi tenorem. Et nichilominus vobis, quod curam animarum huiusmodi exercere et parrochianorum aliorumque Christi fidelium utriusque sexus ad dictam ecclesiam b. Marie pro tempore confluentium confessiones audire et, eorum confessionibus diligenter auditis, ipsis parrochianis et fidelibus pro commissis debitam absolutionem in forma ecclesie consueta impendere et penitentiam salutarem injungere valeatis, nisi talia fuerint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda, quodque vos et pro tempore existentes fratres domus vestre omnibus privilegiis . . ., quibus alie domus utriusque sexus dicti ordinis et illarum fratres et sorores in genere gaudent, gaudere possitis, tenore presentium indulgemus. Datum Rome 9. kal. nov. anno 5.

LX.

Reg. Vat. 674 fol. 363.

2664. **13. Nov. 1475.**

Marinus de Fregeno indbetaler 723 Gylden, indsamlede i Norden, til det pavelige Kammer.

Universis etc. Latinus [episcopus Tusculanus, sacrosancte Romane ecclesie cardinalis, pape camerarius]. Universitati etc., quod Marinus de Frigeno apostolice sedis prothonotarius, fructuum in regnis Dacie etc. apostolice camere debitorum collector, hodie de pecuniis per eum ex dicta collectoria receptis ipsi camere fl. auri de camera in auro 723 per manus honorabilium virorum heredum Thome de Spinellis et sociorum mercatorum Florentinorum Romanam curiam sequentium realiter et cum effectu solvi fecit, Fabiano de Montepoliciano decretorum doctore camere apostolice clerico, pape generali vicethesaurario, pro ipsa camera recipiente . . . Pro quibus . . . ipsum Marinum eiusque heredes et successores ac eorum bona quecunque auctoritate nostri camerariatus officii harum serie quietamus . . . In quorum etc. Datum Rome in camera apostolica anno 1475 die vero 13. mensis nov. pontificatus anno 5. fl. 3 gr. 4.

Div. Sixti IV — Quietantie — 1471—84 fol. 30 (Archivio di Stato).

[1475 nov.] Die 13. habuit [Fabianus de Montepolitiano vicethesaurarius] similiter a Marino de Fregeno collectore in Dacia etc. fl. auri in auro 723 de pecuniis in dicta Dacia collectis ad exitum societati de Medicis — fl. 753, 9 (!).

Introitus et Exitus 492 fol. 47 v. — Trykte Dipl. Norv. XVII, 584—85.

2665. **25. Nov. 1475.**

Lübeckerkanniken Wilhelmus Westfall faar Skatmesterembedet i Slesvig.

Cum nuper prepositura ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, per promotionem Vlrici (!), tunc electi eiusdem ecclesie, et munus consecrationis eidem impendendum vacare speraretur, s. v. de eadem, cum eam vacare contingeret, Johanni Emeken clerico Lubicensi providit . ., prout in litteris desuper confectis plenius continetur, qui in vim dictarum litterarum possessionem eiusdem extitit assecutus. Et deinde s. v. Henrico de Estel clerico Bremensis diocesis de thesauraria eiusdem ecclesie Slesvicensis, per assecutionem predictam prepositure huiusmodi vacante, providit similiter . ., prout in supplicatione desuper signata plenius continetur, qui, litteris apostolicis desuper minime expeditis, apud sedem apostolicam vita functus est. Supplicat igitur Wilhelmus Westfall canonicus Lubicensis, Juliani tituli s. Petri ad Vincula presbiteri cardinalis familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dicta thesauraria, que inibi simplex officium existit [fructus 4 mr.], providere dignemini, statutis et consuetudinibus dicte ecclesie, presertim, quibus caveri dicitur, quod nemo inibi dignitatem, personatum, administrationem vel officium obtinere possit, nisi actu canonicus etiam maiori prebenda prebendatus existat, cui pro hac vice derogare placeat, non obstantibus. Fiat. F. Et quod maior specificatio, an dignitas vel officium etc. existat, in expeditione litterarum fieri possit. Fiat. F. Datum Rome 7. kal. dec. anno 5.

Suppl. 723 fol. 190.

2666. **13. Dec. 1475.**

Paven giver Abbeden Hymbertus i Cîteaux og hele Cistercienserordenen Tilladelse til at vælge Skriftefædre, der kan give dem Plenaraflad i Dødsøjeblikket og Jubelaarsafladen.

Universis abbatibus, abbatissis, prioribus, monachis, militibus, monialibus, novitiis, conversis, donatis, familiaribus, continuis commensalibus, iconomis, procuratoribus et aliis personis utriusque sexus Cisterciensis ordinis presentibus et futuris. Sacrosancte religionis vestre puritas, vite sanctimonia, fervor devotionis ac in dominici agri cultura labor assiduus, quibus ad supernum bravium feliciter comprehendendum ceterisque fidelibus impetrandum totis insudatis viribus, nos provocant, ut antiqui hostis jacula, quibus vos ceterosque spiritualis vite sectatores impetere atque impedire nititur, scuto nostre protectionis

tanto propellamus diligentius, quanto de vestri profectus frustratione, si forte, quod absit, callidi hostis decepti versutiis in vanum curreretis, amplius doleremus. Hinc est, quod nos . . ., Hymberti abbatis Cistercii supplicationibus inclinati, ut confessor idoneus de ordine vestro, quem quilibet vestrum ad hoc duxerit eligendum, confessionibus vestris diligenter auditis, ab omnibus excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure vel ab homine quomodolibet latis, quibus ligati fueritis, necnon pro commissis per vos criminibus, excessibus, delictis et peccatis quibuscunque, quantumcunque enormibus, etiam si talia fuerint, propter que sedes apostolica merito foret consulenda, semel in mortis articulo debitam vobis absolutionem impendere ac penitentiam salutarem injungere necnon omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti et ore confessi fueritis, plenariam remissionem necnon sanctissimum jubileum sive omnes indulgentias ac plenariam omnium peccatorum vestrorum remissionem, per nos et predecessores nostros Christi fidelibus personaliter anno jubilei Romam venientibus et ecclesias ad hoc deputatas vere contriti[s] et confessi[s] visitantibus quovis modo concessas, et quas consequuntur ac consequi possent, ac si personaliter veniretis et easdem ecclesias per tempus ad hoc statutum visitaretis ac omnia per nos et predecessores nostros pro jubileo sive indulgentiis et remissionibus huiusmodi consequendis ordinata adimpleretis, consequeremini seu consequi possetis, vobis . . . . auctoritate apostolica concedere valeat, ita tamen, quod, si vobis in aliqua infirmitate gravi remissio et jubileum sive indulgentie huiusmodi concedantur, et mors inde non sequatur, nichilominus absoluti maneatis, ut prefertur, ac plenaria remissio et jubileum seu indulgentie huiusmodi in vero mortis articulo iterum impendi possint et vobis, ac si alia non precessisset, suffragari, devotioni vestre tenore presentium indulgemus, sic tamen, quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis et alteri vestrum, ad quem spectabat, per vos et dictum alterum vestrum, si supervixeritis aut supervixerit, vel per alios, si forte tunc transiveritis aut transiverit, faciendam injungat, quam vos seu dictus alter vestrum aut illi [alii][1]) facere teneamini, ut prefertur; et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiam procliviores reddamini ad illicita imposterum committenda,

[1]) add. Gz.

volumus, quod, si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte alter vestrum committeret, quoad illa predicta remissio et jubileum sive indulgentie huiusmodi nullatenus suffragentur, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Rome id. dec. anno 5.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 12.

2667. **13. Dec. 1475.**

Paven giver efter Ansøgning af Abbeden Hymbertus i Cîteaux Cistercienserordenens Medlemmer Tilladelse til paa Rejser udenfor Klostrene at spise Kød, trods Ordensreglens og Pave Benedikt XII's Forbud.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex superne dispositionis arbitrio Romanus pontifex in suprema ecclesie militantis statione locatus, circa statum ecclesiasticarum personarum, presertim sacre religioni deditarum, continuo sollicitus, ad ea, per que humane fragilitati succurritur et ipsarum personarum saluti et oportunitatibus consulitur, operosis studiis et remediis intendit ac hiis, que propterea processisse comperit, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, apostolici muniminis adjicit firmitatem. Dudum siquidem Benedictus papa XII per quasdam suas litteras inter alia inhibuit, ne abbates et monachi Cisterciensis ordinis extra monasteria seu loca conventualia eiusdem ordinis ac etiam ipsi monachi infra monasteria seu loca huiusmodi aut in cameris et extra infirmitorium commune carnes vel pulmenta cum carnibus decocta vel condita comedere presumerent contra observantiam dicti ordinis diutius observatam; monachus autem aut conversus, qui huiusmodi inhibitionis transgressor esset, tribus diebus pro qualibet carnium vel pulmentorum huiusmodi comestione jejunare in pane et aqua teneretur, et quod nichilominus quolibet ipsorum dierum in capitulo regularem accipere[t][1]) disciplinam, sed abbas inhibitionis huiusmodi transgressor non ad disciplinam ipsam, sed ad jejunia ipsa teneretur, et, si scienter hoc omitteret negligenter[2]) facere observari, etiam ex negligentia teneretur ad jejunia prelibata, que quidem pene nulli remitti valerent, nec super eis vel ipsarum parte aliqua cum aliquo dispensari; quod si aliqui super esu carnium vel pulmentorum predictorum sepe inventi essent delinquentes seu esum ipsum contra ordinationem huiusmodi frequentantes ac per abbates proprios, quod a talibus abstine-

[1]) add. Gz. — [2]) Gz.: diligenter

ant, canonice moniti non desisterent, essent post monitionem huiusmodi per biennium eo ipso inhabiles ad quecunque officia et administrationes in eodem ordine obtinenda, obtinentes vero illa removerentur, si abbatibus eorum visum foret, ab obtentis; quodque nullus monachus vel conversus dicti ordinis, cuiuscunque conditionis existeret, etiam si officium haberet, nisi egritudine gravi vel debilitate detentus foret, carnes de cetero in cameris infirmitorii comedere presumeret, sed omnes comederent in communi infirmitorio deputato, nec carnes pararentur vel decoquerentur alibi quam in infirmitorio communi seu in coquina eidem infirmitorio deputata vel in posterum deputanda, nisi abbas ex aliqua causa rationabili alibi decoqui vel parari mandaret easdem vel in eius absentia ille, cui dictus abbas committeret vices suas; ubicunque autem pro aliis quam pro infirmis vel debilibus parate essent, per infirmarium inter comedentes in infirmitorio dividerentur; abbatibus vero benemeritis, qui cessarent vel cederent spontanea voluntate, locus et esus carnium per abbatem proprium secundum sue discretionis arbitrium concederetur, et quilibet abbas dicti ordinis ex indulgentia posset interdum aliquos fratres, prout necessitas postularet, advocare, ipsosque secum in camera sua melius et plenius exhibere; abbates aut[em] ac alie notabiles persone ipsius ordinis ad monasteria declinantes de abbatis vel eo absente de presidentis regimini ipsius monasterii licentia in camera ipsius abbatis vel in communi infirmitorio carnibus uti possent, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Hymberti abbatis monasterii Cisterciensis Cabilonensis diocesis petitio continebat, ex statuto seu inhibitione huiusmodi vel tenore verborum in ipsius Benedicti pape litteris contentorum predictorum esus carnium et pulmentorum huiusmodi abbatibus, monachis professis et aliis personis eiusdem ordinis extra septa monasteriorum suorum videatur esse vetitus, ordoque et monasteria ipsa per orbem respersa, pro mayori parte tenue, et super laboribus manuum et nutrimentis animalium fundata, ac eorum aliqua ob guerrarum turbines et alios sinistros eventus ruinosa et quasi desolata, aliqua vero in locis sterilibus posita existant, et, si eis alii sint redditus, qui ut plurimum rari sunt et in diversis locis consistunt, tam premissorum quam aliorum ordinis et monasteriorum predictorum pro tempore occurrentium communium et particularium negotiorum occasione, collectione, defensione, directione et con-

servatione abbates, monachi et alie eiusdem ordinis persone extra septa monasteriorum suorum ad diversa loca etiam remota et diversarum regionum sepius transire et illa frequentare habeant, que adeo ut plurimum sterilia sunt et bonis ad victum necessariis privata, ut alium cibum quam carnes vel de carnibus decoctum, quo se commode sustentare valeant, non receperunt [ɔ: reciperent][1], et sicut eadem petitio subjungebat, si abbates, monachi et alie persone huiusmodi ad loca predicta transeuntes [non] reficerentur, importabiles incurrerent infirmitates, aut, si non transeant, fundationes ipsorum monasteriorum, que a diversis tam violentia quam processuum involutionibus ac innumerabilibus aliis modis impetuntur, perire et deperdi possent, pensata etiam humane conditionis fragilitate, que, prout experientia docet, proclivior ad debilitatem seu impotentiam redditur, transeuntes, jejunia et vite austeritatem antiquorum patrum nequaquam perferre multoque minorem vite rigorem vix sustinere valentes, contra scrupulum conscientie extra septa monasteriorum predictorum carnibus et pulmentis huiusmodi infirmitatem vitando corporalem sepe vesci oporteat, pro parte dicti Hymberti abbatis nobis fuit supplicatum, ut statuto et concessioni quoad esum carnium et pulmentorum predictorum infra septa monasteriorum ac etiam inhibitioni huiusmodi loca diversa infra septa monasteriorum concernenti ac, prout illa concernunt, prefatis litteris . . . . pro illorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . . . dignaremur. Nos igitur litterarum necnon statuti, concessionis et inhibitionis huiusmodi tenores et formas, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus, pro expressis habentes ac attendentes humane conditionis fragilitatem, et quod esus vel non esus carnium de substantialibus regule eiusdem ordinis alias non est, predictorumque saluti ac eorum necessitatibus premissis et aliis non expressis, quantum cum deo possumus, providere et humane fragilitati huiusmodi succurrere cupientes, prefatis rationibus et aliis rationabilibus animum nostrum moventibus pensatis, huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum et concessionem quoad esum carnium et pulmentorum predictorum infra septa monasteriorum necnon inhibitionem quoad hoc subjunctam ac, prout illa concernunt, easdem litteras apostolicas . . . ac inde secuta quecunque ex certa scientia tenore presentium . . . confirmamus ac presentis scripti

[1]) corr. Gz.

patrocinio communimus necnon illa sub penis in eisdem litteris contentis volumus et mandamus perpetuis futuris temporibus firmiter observari. Et insuper capitulo generali dicti ordinis et eo cessante prefato et pro tempore existenti abbati eiusdem monasterii Cisterciensis cum quibuscunque abbatibus, monachis, monialibus ac aliis personis eiusdem ordinis presentibus et futuris secundum discretionis eorum arbitrium et conscientie judicium, . . . quandocunque et quotienscunque necesse eis seu alteri ipsorum videbitur, per se vel alium seu alios dispensandi ac eis licentiam concedendi, quod carnibus et pulmentis huiusmodi etiam extra dictorum monasteriorum septa in predictis et quibusvis aliis locis absque alicuius pene incursu aut conscientie scrupulo vesci et uti possint, liberam et plenam facultatem . . . . presentium tenore concedimus . . . . Datum Rome id. dec. anno 5.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 12 v.

2668. 13. Dec. 1475.

Ridderen Frederik Barsebek og hans Hustru Beke fra Odense Stift faar det overdraget til Marinus de Fregeno at oprette et Karteuserkloster paa deres Ejendom Elvedgaard og dertil indkalde Munke fra Klostrene i Rostock og Arnsbeck.

Exponitur pro parte Frederici Barsebeck militis et Bekam eius uxoris Ottoniensis diocesis, quod ipsi, pia devotione ducti ac cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, desiderant unam domum pro fratribus ordinis Cartusiensis in loco seu curia, que juxta linguam patriam Eluit vocatur, de bonis ipsis a deo collatis unam domum cum ecclesia, dormitorio, cimiterio, claustro, campanili, campanis, ortis et ortalitiis ac aliis necessariis officinis de novo fundare et edificari facere illique pro dote et sustentatione fratrum, qui in dicta domo pro tempore degent, dictam curiam, que ad eos legitime spectat, cum multis collonis (!) ad illam pertinentibus et cum pluribus piscinis et silvis, pratis et agris, etiam antequam illam edificare incipiant, assignare et, postquam edificata et fratres in illam introducti fuerint, alia etiam bona immobilia et etiam mobilia, videlicet calices, capsulas et paramenta ad divinum cultum necessaria, prefate domui elargiri; supplicant igitur prefati oratores, quatenus eorum pium propositum confoventes Marino de Fregeno clerico, protonotario apostolico et s. v. ac sedis apostolice nuntio ad partes illas destinato, quod eisdem oratoribus edificandi domum huiusmodi ac dotandi licentiam concedat ac donationem curie, piscinarum, pratorum, sil-

varum, agrorum et aliorum bonorum immobilium huiusmodi nomine et vice dicte domus edificande et illius doti assignandorum recipiat, et nichilominus fratribus domorum prope Rostock et in Arnsboken Szwerinensis et Lubicensis diocesium auctoritate apostolica et in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis, quam inobedientes incurrant, eosque districte districtius precipiendo mandet, quatenus dictam domum edificandam, postquam edificata fuerit, recipiant et per aliquos ex eis, quos ad id duxerint deputandos, perpetue inhabitent et deserviant inibi laudabiliter in divinis, eisdemque fratribus, qui domum edificandam huiusmodi receperint, quod omnibus privilegiis eidem ordini et aliis domibus eiusdem in genere concessis gaudere possint, eadem auctoritate apostolica indulge[a]t . . . ., mandare dignemini, non obstante, quod dictus Marinus forsan de personis non sit, quibus cause a sede apostolica committi solent. Concessum sine prejudicio in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome id. dec. anno 5.

Suppl. 724 fol. 53.

2669. **13. Jan. 1476.**

Klerken Jens Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Petri clericus Slesvicensis diocesis, quatenus [secum], ut quecunque duo curata seu alias incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et, quoad vixerit, etiam cum potestate permutandi, quotiens sibi placuerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome id. jan. anno 5.

Suppl. 726 fol. 2.

2670. **23. Jan. 1476.**

Kanniken Gregers Svendsen i Vestervig Kloster faar Provstiet sammesteds, hvortil Kapitlet forud havde valgt ham.

Dudum, prepositura monasterii Westerwicensis ordinis s. Augustini Burglanensis diocesis ex eo, quod Seuerinus Iwari preposituram ipsam, quam tunc obtinebat, in manibus conventus dicti monasterii sponte resignavit, ipseque conventus resignationem huiusmodi de consensu Jacobi episcopi Burglanensis admiserunt, vacante, prefati conventus, pro electione futuri prepositi dicti monasterii convenientes in unum, vocatis, qui voluerunt, potuerunt seu debuerunt electioni huiusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, convenientes

in unum, Gregorium Swenonis canonicum dicti monasterii in prepositum eiusdem concorditer elegerunt, ipseque Gregorius electioni huiusmodi illius sibi presentato decreto consensit necnon electionem de se factam huiusmodi obtinuit auctoritate ordinaria confirmari, in hiis omnibus statutis a jure temporibus observatis. Cum autem dictus Gregorius dubitet electionem et confirmationem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat prefatus Gregorius, quatenus resignationem huiusmodi, si rite admissa non sit, admittentes necnon electionem et confirmationem predictas ratas habentes et gratas pro potiori dicti oratoris cautela preposituram ipsam, que inibi dignitas principalis et electiva existit et ab aliquo alio monasterio seu regulari loco non dependet [fructus 16 mr.], eidem Gregorio providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 10. kal. febr. anno 5.

Suppl. 726 fol. 150 v.

2671. **29. Jan. 1476.**

Paven forbyder efter Ansøgning af Kong Christiern den Uskik, at en Del af Kannikerne i Hamburgs Domkapitel modtager Indtægten af deres Præbender, skønt de ikke residerer ved dem, og tillader dem kun at modtage Udbytte under deres Fraværelse, dersom de er borte med Kapitlets udtrykkelige Tilladelse.

Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii debitum *(Staphorst, Hist. eccl. Hamburg. I, 2, 288—89; Reg. 4575).* Datum Rome 4. kal. febr. anno 5.

2672. **12. Febr. 1476.**

Gregers Svendsen lover ved Jens Madsen (Brun) at betale Annater af Provstiet i Vestervig Kloster.

[1476] Dicta die [12. mensis febr.] Johannes Mathei plebanus plebis b. Marie de Colinyola Veronensis diocesis ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine Gregorii Swenonis canonici monasterii Westerwicensis ordinis s. Augustini Burglanensis diocesis pro annata prepositure dicti monasterii [fructus 16 mr.], vacantis per resignationem Seuerini Ywari . . . in manibus conventus dicti monasterii factam. Et mandatur provideri dicto Gregorio sub data Rome 10. kal. febr. anno 5.

[I Margen] Dicta die solvit pro compositione annate fl. 32 per manus dicti Johannis obligati de mandato dominorum camere; patet per cedulam depositarii . . .

Annate 1475—76 fol. 81 v (Archivio di Stato).

2673. **12. Febr. 1476.**

Gregers Svendsen betaler Annater af Provstiet i Vestervig Kloster.

Universis etc., quod Gregorius Suenonis pro compositione annate preposituere Westeruuicensis Burglanensis diocesis, in quibus erat etc. obligatus, fl. auri de camera 32 depositariis recipientibus die presenti tempore debito per manus Johannis Mathei solvi fecit etc. Datum 12. febr. anno ut supra [ɔ: anno 5].

Divers. Sixti IV 1474—76 fol. 141 v (Archivio di Stato).

[1476] Dicta die [ɔ: 12. febr.] habuit similiter a Gregorio Suenonis fl. auri 32 pro compositione annate preposituere monasterii Uesteruicensis Burglanensis diocesis per manus Johannis Mathei. *[I Margen]* fl. 32, 24.

Introitus et Exitus 492 fol. 84.

2674. **28. Febr. 1476 (eller 27. Febr. 1477).**

Paven meddeler store Indulgenser og giver Aflad til dem, der højtideligholder eller overværer Messe eller Gudstjeneste i Anledning af den hellige Jomfrus ubesmittede Undfangelse efter den af Magister Leonardus de Nogarolis udstedte og af Paven bekræftede Anordning.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum precelsa *(Wadding, Annales Minorum XIV, 170—71; Dipl. Norv. IX, 340—41).* Datum Rome 3. kal. martii anno 5 (Wadding); anno 6 (Dipl. Norv.).

Afskrift i [Nic. Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D. 270—72 (anno 6; ogsaa i Dipl. Norv.).

2675. **29. Febr. 1476.**

Paven erklærer, at Afskrifter af Pave Paulus II's Forordning af 1. Marts 1468 (Nr. 2415) skal have samme Gyldighed som Originalen.

Ad futuram rei memoriam. Provisionis nostre debet provenire subsidio, ut suum jus cuilibet conservetur. Hinc est, quod nos tenorem quarundam litterarum . . Pauli pape II in registro ipsius predecessoris repertum pro eo, quod, sicut exhibita nobis nuper pro parte abbatis et conventus monasterii Cisterciensis Cabilonensis diocesis petitio continebat, ipsi huiusmodi tenore ex certis causis se asserunt indigere, de registro ipso de verbo ad verbum transcribi et ad ipsorum abbatis et conventus supplicantium instantiam presentibus annotari fecimus, qui est talis *(1. Marts 1468, Nr. 2415).* Ceterum, ut earundem litterarum tenor predictus sic insertus omnimodam rei facti certitudinem faciat, decernimus, ut illud idem robur . . . dictus tenor per omnia

habeat, quod haberent originales littere, si producte essent, et etiam prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quantumcunque et ubicunque sive in judicio vel alibi, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, et eidem firmiter stetur in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Datum Rome pridie kal. martii anno 5.

Afskrift i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 42 v.

2676. **7. Marts 1476.**

Paven erklærer, at Afskrifter af Pave Pius II's Forordning af 4. Aug. 1459 (Nr. 2180) skal have samme Gyldighed som Originalen.

Ad futuram rei memoriam. Provisionis nostre debet provenire subsidio, ut suum jus cuilibet conservetur. Hinc est, quod nos tenorem quarundam litterarum Pii pape II in registro ipsius predecessoris repertum pro eo, quod, sicut exhibita nobis nuper pro parte Cisterciensis Cabilonensis diocesis et aliorum abbatum necnon abbatissarum eiusdem ordinis monasteriorum et conventuum eorundem petitio continebat, ipsi huiusmodi tenore ex certis causis se asserunt indigere, de registro ipso de verbo ad verbum transcribi et ad ipsorum abbatum, abbatissarum et conventuum supplicantium instantiam presentibus annotari fecimus, qui talis est *(4. Aug. 1459, Nr. 2180)*. Ceterum ut earundem litterarum tenor predictus sic insertus omnimodam rei facti certitudinem faciat, decernimus, ut illud idem robur . . . dictus tenor per omnia habeat, quod haberent originales littere supradicte . . . . . si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Datum Rome non. martii anno 5.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 38.

2677. **13. Marts 1476.**

Lundekanniken Jens Nielsen faar Lov til at lade sig præstevie i Rom.

Cum Johannes Nicolai *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 275)*. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera. Concessum. Jo. Vasionensis. Datum Rome 3. id. martii anno 5.

Suppl. 729 fol. 45 v.

2678. **10. Maj 1476.**

Kong Christierns »acceptus« Gerardus Schore, Sekretær hos Biskop Albert Krummedige i Lübeck, som tidligere havde faaet Ventebrev paa Kanonikat og større Præbende sammesteds, faar Fornyelse paa dette Brev, skønt Biskoppen siden har givet ham en »distincta prebenda«, som han nu vil opgive.

Alias sub data kal. jan. anno 1 s. v. Gherardo Schore clerico Lubicensi de uno Lubicensis ac alio Zwerinensis ecclesiarum canonicatibus cum reservatione inibi totidem prebendarum etiam maiorum ac dignitatis etc. providit, ac deinde sub data 12. kal. maji anno 3 e. s. v., intellecto, quod predictus Gherardus Cristierni Dacie etc. regis acceptus atque Alberti episcopi Lubicensis dicti regis consiliarii secretarius foret, ipsum amplioris dono gratie prosequi volens, ut ipse dictarum litterarum s. v. celeriorem consequeretur effectum, voluit atque motu proprio concessit, quod idem Gherardus in canonicatuum et prebendarum etiam maiorum et dignitatis etc. in dictis litteris s. v. comprehensorum assecutione omnibus privilegiis, quibus nonnulli s. v. familiares continui commensales et descripti gaudent, ad eorundem instar sine tamen eorum prejudicio possit gaudere . . . . Quoniam autem post gratiam et concessionem s. v. huiusmodi ipse Gerardus ordinaria auctoritate ex dicti Alberti episcopi Lubicensis, cuius idem Gerardus secretarius est, collatione certam distinctam prebendam dicte Lubicensis ecclesie est assecutus, supplicant rex atque episcopus supradicti, ne memoratus Gerardus dictarum litterarum s. v. quoad maiorem prebendam ac dignitatem etc. vigore earundem assequendas frustretur effectu, quatenus s. v. predictas litteras et processus desuper subsecutos ab eorum omnium datis revalidare et, prout dicto Gerardo expediens fuerit, validos declarare dignetur, sicque idem Gerardus, non obstante collatione ordinaria sibi de dicta distincta prebenda facta, nichilominus huiusmodi litteris s. v. et processibus hincinde secutis ab eorum omnium datis in omnibus quoad maiorem prebendam ac dignitatem etc. in dicta Lubicensi ecclesia assequendas uti possit, perinde ac si dictam distinctam prebendam, quam post assecutionem pacificam maioris prebende predicte se paratum dimittere offert, non fuisset assecutus . . . . Fiat. F. Datum Rome 6. id. maji anno 6.

Suppl. 732 fol. 28.

2679. **18. Aug. 1476.**

Marinus de Fregeno indbetaler til Kammeret 706 Gylden, indsamlede i Norden.

Universis etc. Latinus etc. Universitati etc., quod Marinus de Frigeno, apostolice sedis prothonotarius necnon in regnis Svecie etc. nuntius apostolicus et fructuum apostolice camere in eisdem regnis debitorum collector, hodie de pecuniis per ipsum in dicta collectoria exactis et receptis predicte camere, Fabiano de Montepolitiano decretorum doctore, dicte camere clerico, pape generali vicethesaurario, pro ipsa camera recipiente, realiter et cum effectu solvi et numerari fecit summam 706 fl. auri de camera per manus honorabilium virorum heredum Thome de Spinellis et sociorum, mercatorum Florentinorum Romanam curiam sequentium . . . ., de quibus quidem 706 fl. . . . nos ipsum Marinum collectorem et eius in posterum successores, heredes et bona de mandato pape etc. et auctoritate etc. quittamus. In quorum etc. Datum Nummentano Sabinensis diocesis anno 1476 die 18. mensis aug. pontificatus anno 5.

fl. 1 gr. 2.

Div. Sixti IV — Quietantie — 1471—84 fol. 33 v (Archivio di Stato).

[1476 aug.] Die 18. dicti [mensis] habuit [Fabianus de Montepolitiano] vicethesaurarius a Marino de Fregeno, collectore in regno Svecie, et pro eo ab heredibus Thomasii Spinelli et sociis de curia vigore unius littere cambii facte in Nurinberga die ultima junii currentis per manus Rigi Fuigger de Auspurgo ad exitum sanctissimo domino nostro in presenti libro fol. [188 v] fl. 706 auri de camera . . . fl. 735, 30.

Introitus et Exitus 494 fol. 14. — Trykte Dipl. Norv. XVII, 586—87.

2680. 19. Aug. 1476.

Klerken Laurens Bucken fra Flensborg faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Supplicat Laurentius Bucken de Flensborg clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie cathedralis Hadersleffensis, per obitum Petri Irami vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Fiat. F. Datum Narnie 14. kal. sept. anno 5.

Suppl. 734 fol. 57 v.

2681. 5. Okt. 1476.

Paven befaler Biskopperne i Linköping og Vesterás og Provsten i Strengnäs at bekræfte Fru Birgitte (Olufsdatter Thott)s Gave til Upsala Ærkestol af sin Gaard Hammarstad i Ödsmo Sogn i Strengnäs Stift.

Lincopensi et Arosiensi episcopis ac preposito ecclesie Stre[n]gnensis. His, que pro ecclesiarum [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Jacobi archiepiscopi Vpsalensis ac nobilis mulieris Birgitte de Hammarstadha relicte quondam Eringizlonis Nielsson militis vidue Strengenensis diocesis petitio continebat, quod ipsa vidua, humanis postpositis solicitudinibus, de propria ac prefati militis necnon filiorum atque parentum suorum defunctorum animarum salute pia consideratione recogitans ac cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, quoddam manerium, Hammarstadha nuncupatum, situm infra limites parochie parochialis ecclesie Osma dicte diocesis, ad eam ratione donationis propter nuptias legittime pertinens et quod pacifice possedit, cum omnibus prediis ac juribus et pertinentiis suis, reservato scilicet, quoad viveret, usufructu manerii et prediorum predictorum, ecclesie Vpsalensi perpetuo donavit et concessit ita, quod pro sua et militis et filiorum ac parentum predictorum animabus certa anniversaria et misse cum aliis suffragiis annis singulis perpetuo in dicta ecclesia celebrentur, prout in quibusdam litteris auctenticis sive quodam publico instrumento inde confectis seu confecto dicitur plenius contineri. Quare pro parte Birgitte, asserentis se liberis carere, et Jacobi archiepiscopi predictorum, qui donationem et concessionem huiusmodi nomine predicte ecclesie acceptavit, nobis fuit supplicatum, ut donationi et concessioni predictis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere . . . dignaremur. Nos itaque, de premissis certam notitiam non habentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . ., si et postquam de donatione et concessione predictis vobis legittime constiterit, illas ac, prout eas concernunt, omnia in litteris sive instrumento huiusmodi contenta, dummodo ad id capituli dicte ecclesie expressus accesserit assensus, auctoritate nostra confirmetis, ... et insuper, si confirmationem huiusmodi per vos vigore presentium fieri contigerit, ipsis Jacobo archiepiscopo et vidue in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eandem ecclesiam super manerio huiusmodi quomodolibet molestari, molestatores et contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Fulginei 3. non. oct. anno 6.

Indtaget i et Eksekutionsbrev fra Biskop Henricus i Linköping af 8. Juli 1477 (Orig. paa Perg. i Riksarkivet i Stockholm. L. Dipl.).

2682. **28. Nov. 1476.**

Paven giver Klerken Petrus Wittorp fra Bremen Stift, sam er anbefalet af Kong Christiern, Dispensation til, skønt kun 19 Aar gammel, at faa et Beneficium med Sjælesorg.

Petro Wittorpi clerico Bremensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, te, qui in decimonono tue etatis anno constitutus existis, consideratione Cristierni Dacie regis, nobis pro te super hoc supplicantis, gratioso favore prosequi volentes . . ., tecum, ut quodcunque beneficium curatum . . ., si tibi alias canonice conferatur, recipere et retinere valeas, defectu etatis premisse . . . . non obstante, tenore presentium dispensamus . . . . Datum Rome 4. kal. dec. anno 6.

Jo. XXV. Gerona.

Reg. Lat. 777 fol. 71; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis) i Suppl. 737 fol. 37.

2683. **16. Dec. 1476.**

Paven befaler Lübeckerkanniken Didrik Stoveman at overdrage Sognepræsten Ludolf Varecker paa Før Provstiet i Barvidsyssel.

Theoderico Stoueman canonico Lubicensi. Dignum arbitramur [etc.]. Cum itaque prepositura in Barriluzel (!)[1]) in ecclesia Slesvicensi per liberam resignationem Conradi Molimbach de illa, quam tunc obtinebat, in manibus moderni episcopi Slesvicensis . . sponte factam et per eundem episcopum ordinaria auctoritate admissam[2]) vacet, nos, si est ita, Ludolfum Verker[3]) rectorem parrochialis ecclesie s. Joannis in Foor Slesvicensis diocesis gratioso favore prosequi volentes, . . . discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem informationem eundem Ludolfum ad hoc idoneum esse repereris, preposituram predictam, que in dicta ecclesia Slesvicensi personatus existit, et ad quam non consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.] . . . ., [etiam si] ipsa prepositura dispositioni apostolice specialiter vel ex eo, quod . . . prefatus Conradus, olim dictam preposituram obtinens, Pii pape II familiaris continuus commensalis fuit, generaliter reservata existat . . ., dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, eidem Ludolfo auctoritate nostra conferas . . . . Volumus autem, quod, quamprimum dictus Ludolfus preposituram predictam fuerit vigore presentium pacifice

[1]) II: Berthuel [2]) II: sive per similem resignationem Enwaldi Seuenbroder [3]) Vrecker

assecutus, parrochialem ecclesiam predictam, quam inter alia obtinet, et quam exnunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur . . . Datum Rome 17. kal. jan. anno 6.

XXII.

Reg. Vat. 607 fol. 46 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis) i Suppl. 749 fol. 211.

2684. 7. Jan. 1477.

Ærkebiskoppen og Kapitlet i Bremen samt Ditmarskerne faar Bekræftelse paa Frederik Barbarossas Brev af 1180, stadfæstet af Filip af Schwaben, om, at Ditmarsken hører under Bremens Ærkestol, samt indsat Eksekutorer.

Alias, videlicet de anno 1180, comitatu terre Dithmartiensis Bremensis diocesis vacante, Fredericus primus Romanorum imperator, ad quem tunc dictus comitatus fuerat devolutus, Syffrido archiepiscopo Bremensi et ecclesie sue in solempni curia sua Erffordie Maguntine diocesis celebrata in multorum principum tam ecclesiasticorum quam secularium, videlicet novem episcoporum, unius abbatis, unius ducis, trium marchionum, duodecim comitum et aliorum nobilium et ministerialium quatuordecim, presentia dictum comitatum cum castro Fotadii[1]) et Burg cum ministerialibus et universis pertinentiis suis et omni jure suo cum libera donatione contulit et litteris suo sigillo roboratis et confirmatis huiusmodi donationibus [ɔ: -tionem] et collationum [ɔ: -em][2]) munivit cum magnarum penarum adjectione, que omnia Philippus secundus etiam Romanorum imperator confirmavit, prout in litteris suis patentibus seu transsumptis publicis in Romana curia existentibus clarius continetur. Ac extunc ecclesia Bremensis huiusmodi donationis vigore comitatus predicti possessionem apprehendit, prout hodie possidet, certis modis et formis videlicet; nam archiepiscopus ponit in eodem comitatu seu patria Dithmergensium quinque advocatos, prout ipsa patria secundum illorum vulgarem [in] quinque dossee[3]) divisa noscitur, quorum quilibet in jurisdictione sua seu dossee[3]) nomine archiepiscopi merum et mixtum imperium habet, gubernat et regit, prout tam archiepiscopus quam dicti advocati necnon maiores judices dicte patrie a tempore, cuius initii sive contraria [ɔ: -rii?] hominum memoria non existit, ac provincie quadraginta octo judices una cum dictis quinque advocatis nomine ipsius archiepiscopi in pacifica possessione existunt, prout in litteris desuper confectis . . . . plenius continetur. Ut

---

[1]) II: Stadii [2]) II: donationis et collationis annum [3]) II: dofete

autem donatio et concessio predicte firmius observentur, supplicant tam dictus archiepiscopus et capitulum ecclesie Bremensis quam dicti advocati necnon maiores dicte patrie Dithmarsie prefati, quatenus donationem et concessionem predictas [et], prout eas concernunt, omnia in predictorum imperatorum Frederici primi et Philippi secundi Romanorum regum litteris contenta et inde secuta . . . secundum modum et formam, in quibus et secundum quas jam Bremensis et prius Hamburgensis dicte Bremensis diocesis ecclesie per tempora et pro tempore, quorum memoria hominum non existit, fuerunt ipsis[1]) ecclesiis respective, confirmare ac aliquos executores, qui advocatos necnon maiores iudices dicte patrie, quorum [ɔ: qui] numero sunt quadraginta octo, eorumque singulorum [ɔ: singulos][2]) pacifica possessione, in qua sunt, faciant gaudere pacifice ac non permittant eos contra donationem huiusmodi per quoscunque molestari, deputare dignemini. Fiat. F. Datum Rome 7. id. jan. anno 6.

Suppl. 738 fol. 217 og (II) 741 fol. 94, det sidste senere overstreget og udateret, »quia copia«.

2685. **18. Jan. 1477.**

Kong Christiern faar bevilget, at Ærkebiskoppen af Bremen for Fremtiden skal kalde sig »af Hamburg-Bremen«, og at Kirkerne i Wesselburen og Lunden skal lægges ind under Hamburgs stærkt forarmede Domkapitel.

Exponitur pro parte Cristierni Dacie etc. regis, quod in suis dominiis constitute Hamburgensis et Bremensis ecclesie dudum apostolica auctoritate unite fuerint, ita quod unus esset archiepiscopus ecclesiarum ipsarum, pluresque pro tempore sive a tempore unionis huiusmodi se Bremenses et Hamburgenses archiepiscopos nominarunt, ac super electione pro tempore archiepiscopi huiusmodi altercationes inter ipsarum ecclesiarum capitula exorte sic tamen concordate sunt, quod prepositus, decanus et scolasticus Hamburgenses jure capituli et ecclesie Hamburgensium unacum capitulo et ecclesia Bremensibus habeant jus eligendi ipsum archiepiscopum, prout est hactenus observatum et hodie, si casus vacationis occurreret, observaretur. Verum pluribus jam elapsis annis archiepiscopus ipse pro tempore Bremensem archiepiscopum dumtaxat et non Hamburgensem simul in derogationem honorum ipsius Hamburgensis ecclesie se nominavit ipsamque Hamburgensem ecclesiam b. Marie Hamburgensem describi fecerunt [ɔ: fecit], quamvis huiusmodi unio non

[1]) II: fuerint sue aut ipsis [2]) II: eorumque successores

sit aliquo modo dissoluta. Et quia eiusdem regis interest, ut ecclesie suorum dominiorum in pristinis honoribus conserventur indeque deperdita recuperentur, recurrit igitur ad pedes s. v. prefatus rex supplicando, quatenus alicui prelato in partibus illis mandare dignetur, ut de premissis omnibus se informet et, si per informationem huiusmodi sibi constiterit premissa fore vera, dicta auctoritate statuat modernum et pro tempore existentem Bremensem archiepiscopum archiepiscopum Bremensem et Hamburgensem simul in quibuscunque actibus etiam ipsas ecclesias conjunctim vel separatim concernentibus sub penis et censuris ecclesiasticis, quas contrafacientes eo ipso sine alia declaratione incurra[n]t, necnon ipsam Hamburgensem ecclesiam metropolitanam et non collegiatam per quoscunque nominari debere . . . Concessum de assertis in presentia pape. Pe. cardinalis Tirasonensis.

Quia fructus mense capitularis ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis propter aquarum inundationem et sterilitatem terre ac expensarum onera, que decanus et capitulum ipsius ecclesie in defensandis illius juribus subierunt, plurimum diminuti existunt, verum, si in Weslingburen [fructus 9 mr.] et in Lunden dicte diocesis parrochiales ecclesie [fructus 6 mr.] dicte mense perpetuo unirentur, decanus et capitulum predicti ex hoc aliquale susciperent relevamen, supplicat igitur Cristiernus Dacie etc. rex, in cuius dominio ipsa Hamburgensis ecclesia consistit, quatenus dictas duas parrochiales ecclesias, etiam si ambe vel altera earum ex(!) personis illas obtinentibus generaliter reservate sint, eidem mense perpetuo unire dignemini, ita quod, ultimique [ɔ: ultimis] etiam in Romana curia cedentibus vel decedentibus modernus [ɔ: -nis] ipsarum parrochialium ecclesiarum rectoribus seu illas alias quomodolibet dimittentibus, liceat prefatis decano et capitulo corporalem et actualem parrochialium ecclesiarum possessionem propria auctoritate libere apprehendere ac illorum fructus in suos ac mense et ecclesiarum parrochialium huiusmodi usus convertere ac perpetuo retinere . . . Concessum in presentia pape. Pe. cardinalis Tirasonensis. Datum Rom 15. kal. febr. anno 6.

Suppl. 739 fol. 121 v.

2686. 11. Febr. 1477.

Paven befaler Biskopperne i Halberstadt og Merseburg at skride ind med gejstlige Straffe mod Sten Sture og Svenskerne, hvis de ikke adlyder Kong Christiern, samt at forbyde Hansestæderne al Handel med Sverige.

Halberstadensi et Merseburgensi episcopis. Ad ea ex apostolice servitutis officio [etc.]. Accepimus siquidem, quod, etsi regnum Svecie ad Cristiernum Dacie et Svecie regem legitime pertineat, et eiusdem regni incole, eius dominio et ditioni subjecti, ut eorum regi fidelitatis debite juramentum prestiterint et aliquamdiu obtemperaverint, nichilominus ab aliquibus temporibus citra nobilis vir Steno Sture, miles et dominus loci Rotfznes (!) Upsallensis diocesis, et, eo diversisque aliis spiritualibus et secularibus eiusdem regni incolis sive consiliariis procurantibus, quamplurimi ex incolis ipsius regni ab eiusdem regis obedientia et devotione se subtrahere et rebellare [temptarunt] ac ei eiusque mandatis obtemperare recusarunt et recusant, et eapropter rex ipse hoc tempore, quod [ɔ: quo] sevissima Turchorum immanitas tantas intulit christianis strages, damna pariter et jacturas, et illorum dux eiusdem fidei infestissimus hostis, elatus plurimum victoriarum cursu et dominandi insatiabili cupiditate, suas vires ad interemptionem credentium cotidie auget et graviora continuo temptat adeo, ut, nisi catholicorum principum viribus eius occurratur furori, pertimescendum sit, ne per ulteriores, quod absit, dilatationes omnis adversus illius conatus habenda provisio sera futura sit, requisitus a nobis opem ferre, ut optat, nullatenus potest. Nos igitur, qui illius vices gerimus in terris, per quem reges regnant, quique regem prefatum ob probatam[1]) fidei constantiam et devotionis sinceritatem, quibus nos et Romanam reveretur ecclesiam, speciali dilectione[2]) prosequimur ac cupimus, ut sublatis huiusmodi impedimentis in tanta fidei eiusdem necessitate oportunis nobis assistat favoribus, motu proprio . . . . fraternitati vestre mandamus, quatinus vos, . . . vocatis dicto Stenone et aliis, qui fuerint evocandi, de premissis omnibus summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, auctoritate nostra diligenter informetis et, si per informationem huiusmodi ita esse reppereritis, eosdem Stenonem et alios inobedientes et rebelles regni prefati Svecie, cuiuscunque status . . . existant . . ., ut juxta prestitum per eos fidelitatis juramentum huiusmodi eidem Cristierno regi eorum pareant et intendant eique exhibeant obedientiam et reverentiam congruentes debitaque per eos illi jura persolvant permittantque eum in eos et in[3]) loca dicti regni Svecie regia superiori-

[1]) Gz. — Cod. prelatam [2]) Gz. — Cod. devotione
[3]) Cod. in eos etiam loca

tate solita uti, sub censuris et penis ecclesiasticis, de quibus vobis videbitur, eo ipso, si non pareant, incurrendis, dicta auctoritate moneatis et indicatis quacunque appellatione remota et illos, quos juramentum huiusmodi observare et vestris monitionibus et mandatis obtemperare nol[l]e vobis constiterit, censuras et penas predictas incurrisse declarare et censuris et penis eisdem irretitos esse publice nuntiare et ab omnibus arctius evitari mandare censurasque huiusmodi iteratis vicibus aggravare dicta auctoritate procuretis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, et nichilominus universis archiepiscopis, episcopis et aliis prelatis ac personis ecclesiasticis necnon ducibus, marchionibus, principibus et aliis quibuslibet temporale dominium obtinentibus et illorum subditis, cuiuscunque status existant, necnon civibus et oppidanis quibuscunque et presertim Bremensis, Lubicensis, Hambergensis, Rostocensis, Vismarensis et Gripsualensis ac Danssyckensis civitatum et locorum eadem auctoritate sub eisdem et aliis, quibus vobis videbitur, formidabilibus penis pari modo incurrendis inhibeatis, ne, durante eorundem inobedientium et rebellium inobedientia et rebellione huiusmodi, cum eisdem rebellibus aliquod comercium habere aut eos per terras et loca eorum dominio subjecta transire seu transeuntibus commeatum et victualia exhibere quoquomodo presumant, donec rebelles et inobedientes prefati compuncti corde vestris studuerint obtemperare mandatis et prestitum per eos servare juramentum meruerintque a perjurio et censuris huiusmodi absolutionis beneficium obtinere, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos enim vobis [etc. som Nr. 2642 til] personaliter insinuate forent. Datum Rome 3. id. febr. anno 6.

Reg. Vat. 667 fol. 164. Svensk Uddrag jfr. Reg. *7377.

2687. **11. Febr. 1477.**

Paven befaler Biskopperne i Halberstadt og Merseburg at skride ind mod Sten Sture og Svenskerne, hvis de ikke vil give Dronning Dorothea hendes Livgeding tilbage.

Halberstadensi et Merseburgensi episcopis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dorothee Dacie Svecie Norvegie et Sclavorum regine petitio continebat, quod nobilis vir Steno Sture miles, dominus loci Reffznes Upsallensis diocesis, et quidam alii clerici et laici regni Svecie nonnulla immobilia in eodem regno consistentia mobilia-

que bona parafrenalia eiusdem regine ac ad ipsam ratione donationis propter nuptias legitime spectantia detinent indebite occupata in animarum suarum periculum et ipsius regine prejudicium non modicum et gravamen. Quare eadem regina nobis supplicavit, ut militem ac clericos et laicos predictos ad restituendum sibi bona prefata per aliquem prelatum in partibus illis cogi mandare et alias sibi in premissis oportune providere dignaremur. Nos itaque . . fraternitati vestre mandamus, quatinus . ., vocatis milite ac clericis et laicis predictis et aliis, qui fuerint evocandi, auditisque hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Rome 3. id. febr. anno 6.

Reg. Vat. 667 fol. 165 v. — Afskrift i L. Dipl. efter »Collectio Johannis Weisze« i Biblioteket i Jena. — Svensk Uddrag jfr. Reg. * 7376.

27. Febr. 1477.

Se 28. Febr. 1476 (Nr. 2674).

2688. **14. Marts 1477.**

Ærkebiskoppen og Kapitlet i Bremen faar Brevet om Ditmarsken (Nr. 2684) udstedt in forma gratiosa et ad perpetuam rei memoriam.

Reformatio archiepiscopi et capituli Bremensium.

De concessione et donatione ac confirmatione premissis necnon litteris Frederici imperatoris et Philippi regis predictorum desuper confectis constat per earundem litterarum autentica transsumpta manu notarii publici et sigillo curie officialatus Bremensis munita, hic in curia Romana existentia. Dignetur igitur s. v. litteras apostolicas super premissis in forma gratiosa et ad perpetuam rei memoriam necnon cum expressione, quod maiores advocati et judices prefati dictum comitatum eis modo et forma, quibus consueverunt, de cetero regere valeant, expediri mandare . . . . Fiat. F. Datum Rome pridie id. martii anno 6.

Suppl. 741 fol. 94 v.

2689. **14. Marts 1477.**

Paven stadfæster efter Ansøgning af Ærkebiskoppen og Kapitlet i Bremen samt Ditmarskernes Øvrighed Kejser Frederik I's Gave af Landet Ditmarsken med Slottene Stade og Burg til Ærkebiskop Sigfridus i Bremen, hvilken Gave blev givet paa Rigsdagen i Erfurt 1180 og senere stadfæstet af Kong Filip af Schwaben, samt Ditmarskens Forfatning, at det skal styres af 5 Fogder og 48 Dommere.

Ad perpetuam rei memoriam. In supreme apostolice dignitatis specula *(Bolten, Ditmars. Gesch. III, 83—85; Reg. 4604)*. Datum Rome pridie id. martii anno 6.

LXX.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Gem. Arch. I, 6 a. Indtaget i Notarialinstrument (Gem. Arch. I, 6 c) og i Bulle af 14. Okt. 1477.

2690. **1. April 1477.**

Paven stadfæster alle tidligere Pavers Privilegier til Karmeliterordenen.

Ad perpetuam rei memoriam. Dum attenta meditatione pensamus, quod gloriosissima dei genetrix Maria virgo venustissima et omnium virtutum floribus insignita, cuius ineffabilem pulchritudinem sol et luna mirantur, cuiusque precibus juvatur populus christianus, et que florem pretiosissimum, immarcescibilem eternum dominum nostrum Jesum Christum, immensa s. Spiritus cooperante virtute, genuit produxitque sacrum ordinem b. Marie de monte Carmelo, a sancta sede apostolica et pluribus Romanis pontificibus et etiam a nobis multipliciter approbatum, (quem eiusdem gloriosissime dei genetricis semperque virginis Marie specialiter titulo voluit insigniri, ut ob eiusdem virginis reverentiam ordo ipse a Christi fidelibus merito peramplius veneraretur, ipsique fideles propterea eiusdem virginis Marie suffragiis adjuti eterne retributionis premia facilius consequi mererentur), dumque sublimium dicti ordinis utriusque sexus personarum virtutum merita, deo quidem grata et in conspectu predicte sedis accepta, digna memoria recensemus ac ordinem ipsum et illius personas sub sedis apostolice et ecclesie Romane protectione immediate existentes et inter ceteros regularium ordinum professores in firmamento catholice fidei militantes tanquam religionis speculum et exemplar speciali claritate fulgentes sanctorumque prophetarum Helie et Elisei et Enoch necnon etiam aliorum sanctorum patrum, qui montem sanctum Carmeli juxta Elisei fontem inhabitarunt, successionem hereditariam tenentes, fructus quoque uberes, quos dictus sacer ordo in agro militantis ecclesie in propagationem religionis et fidei orthodoxe hactenus produxit utiliter et producit ac in futurum producturum fore indubitanter speramus, paterna caritate intuemur, dignum, quin potius debitum reputamus nos ad illa nostras debere dirigere cogitationes, per que ea, que pro divini cultus gloria et dicti ordinis incremento ac Christi fidelium animarum salute a quampluribus Romanis pontificibus concessa dicuntur, sublatis ambiguitatibus, que exinde emersisse noscuntur, in sua integritate persistant et tanto

firmius observentur, quanto erunt sepius predicte sedis munimine stabilita. Sane, sicut exhibita nobis nuper pro parte Christophori Martignoni, dicti ordinis generalis magistri et sacre theologie professoris, petitio continebat, licet multi Romani pontifices ob reverentiam gloriosissime ac intemerate dei genitricis semperque virginis Marie de monte Carmeli et singularem devotionem, quam ad illam et predictum ordinem sub eiusdem dei genitricis Marie titulo specialiter insignitum gesserunt, diversas indulgentias et peccatorum remissiones ac privilegia et indulta ipsi ordini et illius domibus concesserint, que in eisdem domibus sunt recepta, et quorum continentia in publicis scripturis et dicti ordinis ecclesiis aptissime reperiuntur, sub hac videlicet forma:

Leo papa IV omnibus Christi fidelibus, qui ecclesias b. dei genitricis Marie de monte Carmeli huiusmodi in festis nativitatis dominice, pasche, apostolorum Petri et Pauli, pentecostes, assumptionis, nativitatis, annuntiationis, purificationis eiusdem b. dei genitricis Marie, s. Michaelis archangeli, omnium sanctorum, in duobus festis s. Crucis, nativitatis s. Johannis baptiste, sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani et in die Parasceves et per octavas predictarum festivitatum et vocabulis omnium ecclesiarum dicti ordinis devote visitarent et pias eleemosinas largiti forent seu domos confractas eiusdem ordinis reficerent, septem annos et totidem[1]) quadragenas [donavit].

Et Adrianus II, Stephanus V, Sergius III, Johannes X et Johannes XI, Sergius V (!)[2]) et Innocentius IV, qui dictum ordinem confirmarunt, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus, contritis et confessis, qui predictas ecclesias pie visitarent in predictis festivitatibus et earum octavis, seu qui domos fractas eiusdem ordinis reficerent vel pro fabricis ipsarum ecclesiarum munera darent vel confratriam dicti ordinis assumerent et eam intrarent[3]) aut calicem pro missis celebrandis vel tobaglias seu mappas erogarent, vel qui in premissis . . manus porrigerent adjutrices, vel qui in suis ultimis testamentis aliquid legarent, tertiam partem omnium peccatorum in domino relaxarunt.

Item Clemens III, Alexander II, Gregorius V et Gregorius VII in predictis festis et in quolibet eorundem similem gratiam largiti sunt. Item Clemens IV eisdem Christi fidelibus, qui pre-

[1]) Den trykte Udg.: duodecim [2]) Eksisterer ikke, maaske Sergius IV.
[3]) Trykt: initiarent

dictas ecclesias quater in anno visitarent, videlicet in quatuor festivitatibus eiusdem dei genitricis Marie, triginta annos et totidem quadragenas pie concessit. — Item in privilegio generali Lucii pape IV (!)[1]) remittuntur ab eodem peccata levia, offensa parentum, negligentie votorum fractorum, dum tamen fractor ad vota rediret, et male acquisita, si nescitur, cui restitui debeant, dummodo predictis locis seu illorum conventibus assignentur. — Demum Innocentius IV et Gregorius VIII contulerunt qualibet die cuilibet dicenti *Pater noster* et *Ave Maria* in dictis ecclesiis semel pro vivis et defunctis 40 dies indulgentiarum. — Rursus Honorius III et Nicolaus IV omnibus vere penitentibus et manus adjutrices predictis domibus porrigentibus et illarum fratribus omnium peccatorum suorum veniam polliciti fuerunt.

Insuper Honorius IV omnibus vere penitentibus et confessis dicti ordinis ecclesias visitantibus seu manus illis adjutrices porrigentibus 40 annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis, videlicet in festo vocabulorum ipsarum ecclesiarum et in die sancto Parasceves necnon in die s. Crucis ac in festivitatibus nativitatis, annuntiationis, purificationis et assumptionis b. dei genitricis Marie, misericorditer in domino relaxavit et concessit. — Ulterius Benedictus papa X omnibus vere penitentibus et confessis, qui ter in septimana, videlicet quadragesimali tempore, secunda et quarta ac sexta feriis, et etiam in festis vocabulorum omnium ecclesiarum dicti ordinis necnon diebus sabbathinis ob dei genitricis reverentiam et in diebus dominicis pie visitarent, 40 annos et totidem quadragenas et omnium peccatorum septime partis remissionem in domino relaxavit, omnes indulgentias et peccatorum remissiones a suis predecessoribus dicto ordini concessas in diebus et in festis predictis duplicando. — Item Johannes XXII omnes indulgentias et peccatorum remissiones a Romanis pontificibus dicto ordini concessas confirmavit ac 40 annos et totidem quadragenas de injunctis penitentiis universis Christi fidelibus dicti ordinis ecclesias in qualibet solennitate quatuor festivitatum b. dei genitricis Marie, videlicet nativitatis, annuntiationis, purificationis et assumptionis, contritis et confessis [visitantibus][2]) in domino pia largitione concessit. — Successive Urbanus papa V omnes indulgentias similiter a suis predessoribus dicto ordini concessas confirmavit atque in festo annuntiationis b. Marie dicti ordinis ecclesias visitantibus septem annos et 12

[1]) Eksisterer ikke, maaske Lucius III. [2]) add. Gz.

quadragenas in domino relaxavit. — Postremo Nicolaus papa V omnes indulgentias et peccatorum remissiones ac omnia privilegia dicto ordini a supradictis Romanis pontificibus in predictis diebus et festis concessas et concessa motu proprio duplicando confirmavit atque annos 7 et totidem quadragenas in domino relaxavit — tamen, sicut prefati Christophori generalis dicti ordinis magistri relatione nuper accepimus, pro eo, quod propter singularitatem privilegiorum originales desuper littere ad manus generalis predicti non pervenerunt, nec de illis aliter quam, ut prefertur, doceri potest, circa litteras et privilegia huiusmodi eorumque vim et efficaciam nonnulla dubia sunt exorta, aliaque in dies suboriri formidantur, nisi per nostre providentie studium super hoc provideatur opportune, presertim cum ex injuncto desuper nobis apostolice servitutis officio ad nos spectet singulorum ordinum commodis invigilare ac, quantum valemus, omnium animas altissimo lucrifacere cupiamus[1]). Itaque, ut indulgentie ac singule predecessorum nostrorum littere dicto ordini ac eius domibus et ecclesiis concesse, sublatis quibuscunque hesitationum obstaculis, inviolabiliter observentur, eisque, prout concesse dicuntur, indubia fides adhibeatur, devotioque universi populi crescat et augeatur atque dicti ordinis ecclesie, domus et conventus conserventur, edificentur et in eorum edificiis amplientur, restaurentur et reparentur, predictorum et aliorum plurimorum Romanorum pontificum, qui ordinem predictum variis privilegiis non immerito decorarunt, et quem etiam nos diversis aliis gratiis ac privilegiis gratiosissime et liberaliter ornavimus, vestigiis inherendo, motu proprio . . . . et ex certa nostra scientia singulas indulgentias non tamen plenarias ac alias spirituales et temporales gratias a predictis seu quibusvis aliis Romanis pontificibus dicto ordini b. Marie de monte Carmeli et illius domibus, ecclesiis ac personis in genere vel in specie quomodolibet concessas . . . . tenore presentium in suo robore suaque firmitate confirmamus et innovamus ac de novo concedimus . . . . Et quoniam inter sanctorum et sanctarum solemnia gloriosissime dei genitricis Marie solemnitates et festa numero septem, videlicet annuntiationis, visitationis, assumptionis, nativitatis, conceptionis, presentationis et purificationis, ac ea, que in honorem sui nominis dedicata sunt, loca eo solemnius a Christi fidelibus convenit venerari, quo ipsa de utero matris

[1]) Gz. — Cod. cupientes

sue procedens fecundavirtutibus et Spiritu sancto repleta, caliginanti mundo ignorantie tenebris obducto et etiam populo in tenebris ambulanti habitantibusque in regione umbre mortis lucem ineffabilem, videlicet dominum nostrum Jesum Christum redemptorem omnium, eiusdem Spiritus sancti cooperante virtute, ex suis purissimis visceribus genuit et ab angelo annuntiata inter omnes mulieres benedicta predicatur et congrue incomparabiliter virgo Maria benedicta dicitur, quia mater filii dei effecta suscepit gloriam et integritatis sue servavit coronam, et vere est benedicta in mulieribus, que sine exemplo muliebris conditionis cum decore virginitatis gavisa est honore parentis, idcirco affectantes, ut omnes ecclesie in honore et sub invocatione nominis eiusdem gloriosissime dei genetricis Marie de monte Carmeli per universum orbem fundate et constructe ac deinceps, que divina annuente clementia edificabuntur, congrua devotione a Christi fidelibus venerentur ac, que imperfecte sunt, ad operis complementum deducantur et complete conserventur necnon paramentis et aliis ad divinum cultum inibi necessariis debite ornentur . . . . ., omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui in conceptionis, presentationis, nativitatis, annuntiationis, purificationis, visitationis et assumptionis dicte gloriosissime dei genetricis Marie festivitatibus a primis vesperis usque ad occasum solis dierum festivitatum huiusmodi dicti ordinis de monte Carmeli predictas ecclesias ubilibet constitutas necnon per 7 dies predictas festivitates immediate sequentes ac etiam in diebus vocabulorum earundem ecclesiarum devote visitaverint annuatim, ... 30 annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuo valituris. Et quia difficile admodum foret presentes litteras ad singulas provincias et loca originaliter destinare, volumus . . ., quod transumptis earum notarii publici subscriptione et pro tempore existentis dicti ordinis protectoris vel alicuius archiepiscopalis seu episcopalis aut generalis auditoris causarum camere apostolice vel alterius ecclesiastice curie seu dicti ordinis generalis magistri sigillo munitis ea prorsus in judicio et extra, ubicunque exhibita fuerint vel ostensa, fides habeatur indubia, ac si ipse originales littere forent exhibite vel ostense. Datum Rome kal. aprilis anno 6.

Orig. i Rom (Archivio di S. Chrisogono Nr. 29); trykt i Bullarium Carmelitanum P. 1 (Romae 1715) p. 346—49.

[Ogsaa daarlig Afskrift i Notarialinstrument, undertegnet og beseglet af den pavelige Kammerauditør Johannes Aloysius. i Helsingør Karmeliterklosters Arkiv; derefter i] Resens Atlas (Uldall 186 Fol., 432—43).

2691. **19. April 1477.**

Kanniken i Roskilde og Odense Otto Jensen (Foged) faar Tilladelse til at lade sig indvie til de højere Grader i Rom.

Cum Otto Johannis, in artibus magister, ecclesiarum Roskildensis et Ottoniensis canonicus, ad sacros ordines suscipiendos acri mentis desiderio ac devotionis causa et obtentorum beneficiorum ferventer anhelat, supplicat igitur, quatenus sibi, ut post diligentem in camera apostolica factam examinationem a quocunque catholico antistite eligendo in Romana curia residente in temporibus a jure statutis seu etiam extra tempora a jure [statuta ad ordines] sacros prefatos se promoveri facere, eidemque antistiti, ut ordines huiusmodi sibi conferre possit, apostolica auctoritate licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Et quod sola presentis supplicationis signatura sufficiat. Et examinetur in camera apostolica. Concessum. Jo. Vasionensis. Datum Rome 13. kal. maji anno 5.

Suppl. 743 fol. 143 v.

2692. **29. April 1477.**

Paven stadfæster den Omdannelse af Benediktinerklostret i Odense til et sekulært Domkapitel, der var foretaget af Ærkebiskop Jens Brostrup i Lund og Biskop Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde i Henhold til Bullen af 21. April 1474 (Nr. 2582).

Ad perpetuam rei memoriam. Super universas orbis ecclesias [etc.]. Dudum siquidem per Cristiernum Dacie regem nobis exposito, quod Ottoniensis ecclesia, monasterium s. Canuti nuncupata, ordinis s. Benedicti et totus alius clerus Ottoniensis secularis erat, et propterea circa celebranda inibi divina officia inter personas predicte et aliarum ecclesiarum notabilis erat diversitas et differentia, et quod persone civitatis Ottoniensis, que se ad diversarum litterarum studia non absque gravi sumptu ac continuis laboribus in dies conferebant, pro eo, quia in ipsa ecclesia consequi non poterant aliquos canonicatus et prebendas, dimissis propriis laribus ad alia prefati regis loca proficiscebantur, quo fiebat, ut civitas ac diocesis Ottoniensis litteratis et peritis viris penitus destituta remaneret, et in eadem expositione subjuncto, quod, si dignitates regulares, si que erant, necnon dictus ordo ac conventualitas in ipsa ecclesia supprimerentur, illaque in secularem ecclesiam sub invocatione eiusdem s. Canuti regis et martiris erigeretur ac omnibus insignibus cathedralibus decoraretur, et inibi dignitates et officia necnon canonicatus et prebende ac alia beneficia de novo crearentur et

instituerentur, profecto divinus ibidem cultus oportunum susciperet incrementum, ac plures persone scientia litterarum decorate inibi suam eligerent residentiam. Nos tunc, prefati regis, asserentis optare nonnulla beneficia ad suam presentationem spectantia mense capitulari dicte ecclesie, postquam in secularem erecta foret, pro augmento fructuum illius uniri, in ea parte supplicationibus inclinati, archiepiscopo Lundensi et episcopo Roskildensi, eorum propriis nominibus non expressis, per alias nostras litteras dedimus in mandatis, ut ipsi super premissis expositis omnibus se informarent et, si per informationem huiusmodi ita esse repperirent, dictum ordinem s. Benedicti ac illius dignitates et conventualitatem, si qua esset in prefata ecclesia, penitus supprimerent necnon provectis et valitudinariis monachis, qui ad alia monasteria sive regularia loca commode transferri non possent, congruas pensiones sive portiones, ex quibus in aliquo condecenti loco apud dictam ecclesiam constituto decenter sustentari possent, reservarent et constituerent ac juniores monachos ad ea, in quibus voluntarios receptores invenirent, eiusdem ordinis monasteria sive loca transferrent ipsamque ecclesiam in secularem cum omnibus cathedralis secularis ecclesie insignibus ad instar aliarum secularium cathedralium ecclesiarum illarum partium sine quavis differentia necnon preposituram, que inibi maior post pontificalem, ac decanatum, qui secunda, et cui cura animarum dicte ecclesie immineret, necnon cantoriam, que tertia, et cui cura regendi chorum incumberet, in dignitates ac etiam officia necnon canonicatus et prebendas ac alia beneficia, prout facultates et redditus dicte ecclesie suppeterent et eisdem archiepiscopo et episcopo condecens et oportunum visum foret, crearent et dotarent ac illis congruentia qualitates et onera adjicerent omnesque fructus, deductis portionibus monachorum huiusmodi, mense capitulari dicte erigende ecclesie[1]) inter prepositum, decanum, cantorem et canonicos ac beneficiatos, qui forent pro tempore, prout eis videretur, dividendos perpetuo applicarent et, quod prepositus pro tempore existens omnimodam jurisdictionem haberet in canonicos ipsius ecclesie in hiis, que divinum cultum et capitulum ac honestatem vite concernerent, quodque ipse et decanus, cantor et capitulum archa comuni, sigillo ac omnibus aliis cathedralibus insignibus . . . et privilegiis aliarum cathedralium eccle-

[1]) Gz. — Cod. ecclesie et

siarum regnorum predictorum tam in habitibus ecclesiasticis quam alias gauderent, statuerent ac pro commodiori et decentiori sustentatione prepositi, decani, cantoris et capituli predictorum unum, duo aut tria beneficia . ., cuiuscunque qualitatis essent, de eius jure patronatus, dummodo illius ad hoc expressus accederet assensus, prefate mense capitulari . . . . unirent, ita quod, cedentibus vel decedentibus tunc unienda beneficia huiusmodi obtinentibus seu illa alias quomodolibet dimittentibus, liceret preposito et capitulo predictis per se vel alios corporalem possessionem beneficiorum uniendorum . . propria auctoritate libere apprehendere illorumque fructus in suos, prout archiepiscopus et episcopus statuerent, per equales portiones vel aliter, prout censerent expedire, usus convertere et retinere, diocesanorum locorum et cuiuslibet alterius licentia super hoc minime requisita; ac pro pleniori premissorum executione eisdem archiepiscopo et episcopo statuta et ordinationes in dicta ecclesia, licita tamen et honesta et a jure comuni non discrepantia, [ordinandi][1]) ac omnia, que divini cultus in eadem ecclesia concernerent augmentum et illius felicem ac prosperum statum et honestatem, venustatem et decorem conspicerent, perpetuo vel ad tempus faciendi facultatem concessimus, ac regi predicto eiusque successoribus jus patronatus et presentandi personas idoneas ad prepositurам Romano pontifici infra quatuor mensium spatium a die illius vacationis computandum ac [ad][1]) decanatum et cantoriam predictos necnon etiam ad sex canonicatus et totidem prebendas, quos in ipsa ecclesia creari contingeret, tam prima vice quam, quotiens illos vacare contingeret, loci ordinario reservavimus necnon statuimus, ut aliorum canonicatuum et prebendarum, qui ultra dictum numerum sex canonicatuum et prebendarum superessent, ac beneficiorum creandorum huiusmodi collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio ad episcopum Ottoniensem necnon prepositum, decanum et capitulum ecclesie huiusmodi tam prima vice quam, quotiens illos vacare contingeret imposterum, communiter spectaret . . . Et deinde, sicut exhibita nobis nuper pro parte prepositi et capituli dicte ecclesie Ottoniensis petitio continebat, Johannes archiepiscopus Lundensis et Olauus episcopus Roskildensis ad executionem dictarum litterarum procedentes illarum forma servata in dicta ecclesia ordinem s. Benedicti predictum et collegium ac

[1]) add. Gz.

dignitates et officia regularia penitus suppresserunt necnon ecclesiam ipsam in secularem et in ea unam prepositnram maiorem post pontificalem et unum decanatum ac unam cantoriam, dignitates ac quindecim canonicatus et totidem prebendas pro totidem canonicis necnon vicarias et alia officia ad instar aliarum cathedralium secularium ecclesiarum cum plenitudine juris canonici ac aliis juribus et jurisdictionibus et cum omnibus . . privilegiis bonorum subditorum loco et ecclesie Ottoniensi predictis concessis erexerunt ac illis nonnulla parrochiales ecclesias, preposituras et alia beneficia, fructus quoque, jura, jurisdictiones, res et bona perpetuo univerunt . . . ac nonnulla divinum cultum ac felicem statum dicte ecclesie concernentia statuerunt, prout in processibus seu instrumentis publicis desuper confectis sigillis Johannis archiepiscopi et Olaui episcopi predictorum munitis plenius dicitur contineri. Quare pro parte prepositi et capituli predictorum nobis fuit supplicatum, ut suppressioni, . . unioni . . . ., statuto ac aliis premissis per dictos Johannem archiepiscopum et Olauum episcopum gestis et factis . . omnibus in instrumentis seu processibus predictis contentis pro eorum subsistentia firmiori nostre confirmationis robur adjicere et, ne quispiam, cuiuscunque status existat, infringere, mutare aut variare quicquam quoad dignitates, personatus, administrationes et officia, vicarias et beneficia in dicta ecclesia erecta et ordinata ac illis annexa, parrochiales ecclesias et bona cum administratione vini spectantia ac beneficia per Johannem archiepiscopum et Olauum episcopum executores predictos [erecta], et quibusvis, presertim episcopo Ottoniensi pro tempore existenti, ne de agris, pratis, pascuis, piscaturis et silva, Wberwt nuncupata, et duobus molendinis ac curia solite residentie quondam prioris et monachorum aliisque bonis communibus mense capitulari dicte ecclesie pro cottidianis distributionibus personis dicte ecclesie divinis pro tempore interessentibus in eadem faciendis per dictos Johannem archiepiscopum et Olauum episcopum executores predictos specialiter deputatis se intromittere quoquomodo presumant, inhibere, et quod parrochiales ecclesie et alia beneficia, que ad collationem prioris et capituli dicte ecclesie ante suppressionem predictam pertinebant, ad prepositi et etiam capituli predictorum collationem [etc.] de cetero pertineant sicut prius, ipsique ecclesia, prepositus et capitulum . . . privilegiis a sede apostolica ac regibus et principibus aliisque auctoritatem habentibus dicte ecclesie et illius personis regularibus concessis pariformiter in futurum gaudere debeant,

ac quecunque possessiones et bona, que ecclesia predicta ante suppressionem predictam habebat, eidem ecclesie firma et illibata permaneant, quodque vicarias et beneficia alia in dicta ecclesia ante et post erectionem predictam instituta et fundata nunc et pro tempore obtinentes divinis in dicta ecclesia singulis horis canonicis sub pena per prepositum et capitulum predictos moderanda et limitanda interesse et ecclesiarum regularium, etiam mendicantium ordinum, priores, guardiani ac fratres tempore solemnium festivitatum dicte ecclesie in eorum ecclesiis divina tempestive celebrare teneantur, ut populus ad ecclesiam ipsam confluere et illam congruis honoribus venerari possit, ac quod parrochialium ecclesiarum Ottoniensis civitatis rectores et vicarii et in illis beneficiati pro tempore existentes diebus solemnium festivitatum earundem ad ecclesiam ipsam accedere et inibi processionibus et divinis interesse similiter sint astricti sub pena, ut prefertur, moderanda, statuere . . . dignaremur. Nos igitur, qui ecclesiarum quarumlibet, quarum cura generaliter nobis est commissa, presertim cathedralium, decorem et venustatem et in illis divinum cultum florere et augeri nostris presertim temporibus cupimus et earundem ecclesiarum incommodis, quantum possumus, obviamus, ac dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia aliis uniri tenerentur exprimere verum valorem tam beneficii uniendi quam illius, cui unio fieri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interest, et idem in unionum huiusmodi confirmationibus observari voluimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, suppressionem, erectionem, unionem, . . . statuta et ordinationes huiusmodi per dictos archiepiscopum et episcopum facta et, prout illa concernunt, omnia in prefatis instrumentis seu litteris contenta tenore presentium confirmamus . . . . . ., ac prefato moderno et pro tempore existenti episcopo Ottoniensi et quibusvis aliis, cuiuscunque status existant, ne quicquam quoad dignitates, personatus, administrationes et officia, canonicatus et prebendas, vicarias et beneficia in dicta ecclesia erecta et ordinata et illis annexa et applicata, parrochiales et bona, administrationem vini ac beneficia per executores predictarum litterarum nostrarum [erecta] infringere vel variare nec de agris, pratis, pascuis, piscaturis et silva, Wberwt nuncupata, ac aliis silvis et duobus molendinis ac curia solite residentie quondam prioris et monachorum dicte ecclesie aliisque bonis communibus mense capitulari dicte ecclesie pro quotidianis distri-

butionibus personis dicte ecclesie divinis pro tempore interessentibus in eadem faciendis per dictos executores specialiter deputatis quoquomodo se intromittere presumant, inhibemus necnon, quod parrochiales ecclesie et alia beneficia, que ad collationem prioris et capituli dicte ecclesie ante suppressionem predictam pertinebant, ad prepositi et capituli predictorum collationem [etc.] de cetero pertineant, ipsique ecclesia, prepositus et capitulum . . . privilegiis a sede predicta ac regibus et principibus aliisque auctoritatem habentibus dicte ecclesie illiusque regularibus personis concessis pariformiter in futurum gaudere debeant sicut prius ac quecunque possessiones et bona, que ecclesia predicta ante suppressionem huiusmodi habebat, ipsi ecclesie firma et illibata permaneant, quodque vicarias et beneficia alia in dicta ecclesia Ottoniensi ante et post erectionem huiusmodi instituta et fundata nunc et pro tempore obtinentes divinis in dicta ecclesia singulis horis canonicis sub pena per prepositum et capitulum predictos moderanda et limitanda interesse et regularium, etiam mendicantium ordinum, ecclesiarum Ottoniensium priores, guardiani et fratres sub simili pena tempore solemnium festivitatum dicte ecclesie Ottoniensis in eorum ecclesiis divina tempestive celebrare teneantur, ut populus ad ecclesiam ipsam Ottoniensem confluere et illam congruis honoribus venerari possit, quodque parrochialium ecclesiarum Ottoniensium rectores et vicarii ac in illis beneficiati pro tempore existentes diebus solemnium festivitatum earundem ad ecclesiam ipsam accedere et inibi processionibus et divinis interesse similiter sint astricti sub pena, ut prefertur, moderanda, statuimus. Datum Rome 3. kal. maji anno 6.

Jo. CXXXX. Gerona.

Reg. Lat. 777 fol. 228 v. Ogsaa Supplik (Fiat de confirmatione. F. og med Tilføjelserne Et cum statuto, quod electio episcopi cessantibus reservationibus apostolicis spectet ad prepositum et capitulum . . . . Et in forma gratiosa de omnibus) i Suppl. 743 fol. 175.

Mense capitulari [ecclesie Ottoniensis] de monasterio ordinis s. Benedicti in cathedralem secularem erecte omnes fructus dicti monasterii ac etiam una domus et tria beneficia, cuiuscunque valoris existerent, sub data 3. kal. maji anno 6 Sixti IV perpetuo uniri concessa fuerunt, et de quindennio etc. lib. 8 annatarum Sixti IV fol. 8.

Arm. 33 vol. 2 fol. 351.

2693. **14. Maj 1477.**

Kong Christiern faar bevilget Aflad til dem, der paa tre Festdage besøger St. Knuds Kirke i Odense.

Ut ecclesia Ottoniensis sub invocatione et in honorem s. Canuti regis et martiris fundata, que non diu[tius] est monasterium, ordinis s. Benedicti existens in cathedralem et secularem instante Cristierno rege Dacie erecta extitit, turri, sacrestia, libris, paramentis et aliis ecclesiasticis ornamentis, quibus indiget, decorari cum Christi fidelium suffragiis, quibus indigere dinoscitur, commodius possit et in suis structuris aliis debite reparari et manuteneri valeat, necnon Christi fideles eo libentius ad ipsam ecclesiam causa devotionis confluant . . . ., supplicat dictus rex, qui ad ecclesiam ipsam specialem gerit devotionis affectum, quatenus omnibus Christi fidelibus utriusque sexus presentibus et futuris, qui eandem ecclesiam in quinque festis sive diebus in confectione litterarum eligendis a primis vesperis usque ad secundas vesperas devote visitaverint annuatim et ad huiusmodi reparationem et manutentionem manus porrexerint adjutrices, triginta annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis perpetuo relaxare et nihilominus, ut saluti animarum Christi fidelium ad prefatam ecclesiam confluentium salubrius consulatur, preposito et capitulo ipsius ecclesie Ottoniensis pro tempore tot confessores idoneos seculares vel regulares, quot videbitur oportunum, qui, ipsorum confluentium confessionibus diligenter auditis, eos ab omnibus peccatis enormibus et excessibus, etiam in casibus episcopalibus, occultis et manifestis, absolvere et pro commissis penitentiam salutarem injungere libere valeant, [eligendi] plenam licentiam concedere dignemini. Fiat in tribus festis. F. Et de indulgentia triginta annorum et totidem quadragenarum in quinque diebus exprimendis, ut prefertur . . . Et quod indulgentia huiusmodi perpetuo duret. Fiat ut supra. F. Datum Rome pridie id. maji anno 6.

Suppl. 743 fol. 280 v.

2694. **14. Juni 1477.**

Optegnelse om, at Odensekanniken Otto Jensen (Foged) lover at betale Annater af alle Embeder i det nyoprettede Odense Kapitel.

[1477] Dicta die [ɔ: 14. mensis junii] Otto Johannis canonicus ecclesie Ottoniensis nomine suo proprio et ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine prepositi et capituli ecclesie Ottoniensis, noviter de monasterio or-

dinis s. Benedicti in cathedralem secularem auctoritate apostolica erecte, pro omnium fructuum dicti monasterii integra annata ac etiam unius, duorum aut trium beneficiorum cum cura vel sine cura, cuiuscunque qualitatis essent, etiam de jure patronatus unitorum et aplicatorum mense capitulari dicte ecclesie perpetuo. Et mandatur uniri per modum confirmationis dictarum erectionis sive erectionum ac unionis sive aplicationum sub data Rome 3. kal. maji anno 6. Et promisit solvere camere apostolice pro compositione annate dictorum fructuum ac beneficiorum predictorum facta cum camera apostolica fl. auri de camera 80 infra decem menses proxime et immediate sequentes sub penis camere etc. Juravit etc. Restituta de mandato mensarii.

Solvit pro jocali 25.

Tilføjet nedenunder: Fructus nec nomina beneficiorum non exprimuntur. *Overstreget og i Margen:* Die 10. martii 1478 solvit pro annata integra dictorum fructuum et beneficiorum unitorum et uniendorum ex compositione facta cum camera fl. 80 per manus dicti Ottonis Johannis. Patet per cedulam depositarii . . . . *Med anden Haand:* Vide obligationem particularem factam per societatem de Medicis ad 10 menses proxime sequentes pro dictis 80 fl. +

Annate 1477—78 fol. 8 (Archivio di Stato).

2695. **18. Juni 1477.**

Lundekanniken Hans Urne, der har byttet sit Kanonikat med Laurens Andersen, faar denne Ombytning stadfæstet. Kanonikatet har tidligere tilhørt Oluf Nielsen, der nu er gaaet i Kloster.

Pridem Laurentius Andree *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 273).* Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 14. kal. julii anno 6.

Suppl. 746 fol. 201.

2696. **1. Juli 1477.**

Paven overfører, efter Kong Christierns Bøn, den Plenaraflad, som tidligere var tildelt Trefoldigheds Kapel i Roskilde Domkirke, men aldrig traadt i Kraft, til Slesvig Domkirke; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Omnipotentis dei [etc.]. Dudum siquidem, cupientes, ut capella s. Trinitatis, sita in ecclesia Roskildensi et per Cristiernum Dacie regem fundata, congruis honoribus frequentaretur ac in suis structuris repararetur et conservaretur, ... omnibus utriusque

sexus Christi fidelibus, qui in die dominica, qua in ecclesia cantatur *Letare Jerusalem*, a primis vesperis usque ad secundas vesperas capellam predictam devote visitaverint annuatim et ad reparationem et conservationem manus porrigerent (!) adjutrices, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et veniam concessimus, prout in nostris inde confectis litteris, quas perpetuo valere voluimus, plenius continetur. Cum autem littere predicte nullum hactenus effectum consecute fuerint, ac ecclesia Slesvicensis, que inter ecclesias cathedrales illarum partium insignis admodum et solemnis reputatur, et ad quam prefatus rex singularem gerit devotionis affectum, ad quam etiam Christi fideles cum maiori commoditate accedere poterunt, in suis structuris reparationibus indigeat non modicum sumptuosis et alias multas magnasque necessitates patiatur, ad quas reparationes faciendas et necessitates sublevandas ipsius ecclesie Slesvicensis proprie facultates non suppetunt, sed ad hec pia Christi fidelium suffragia sunt quam plurimum oportuna, nos, cupientes, ut ecclesia ipsa Slesvicensis in suis structuris huiusmodi debite reparetur et conservetur ac ab eisdem necessitatibus congrue sublevetur . . . ., indulgentiam et veniam supradictas de dicta capella ad ecclesiam eandem Slesvicensem tenore presentium transferimus et ad festum et dies infrascripta commutamus necnon . . . omnibus Christi fidelibus predictis utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam Slesvicensem a primis vesperis festi nativitatis b. Marie virginis usque ad vesperas tertie diei festum ipsum immediate sequentis devote visitaverint annuatim et ad reparationem, conservationem et sublevationem predictas manus porrexerint adjutrices, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem tenore presentium elargimur, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Preterea, ut fideles predicti indulgentie et remissionis huiusmodi deo propitio facilius capaces efficiantur, preposito, archidiacono et capitulo eiusdem ecclesie viginti confessores idoneos seculares vel quorumvis ordinum regulares eligendi et deputandi, qui in festo et diebus predictis fidelium ad ecclesiam ipsam Slesvicensem causa indulgentiarum huiusmodi consequendarum pro tempore confluentium confessiones audire ac eis in singulis etiam sedi apostolice reservatis casibus, exceptis quinque per nos excipi solitis, debitam absolutionem impendere et penitentiam salutarem injungere valeant, plenam et liberam tenore prefato concedimus facultatem. Volumus autem, quod predicte littere

quoad eandem capellam nullius sint penitus roboris vel momenti. Datum Rome 7. kal. julii anno 6.

CC.

Reg. Vat. 668 fol. 189.

2697. **22. Aug. 1477.**

Paven befaler Provsterne i Slesvig og Ejdersted og Kantoren i Slesvig at overdrage Kanonikat og større Præbende i Haderslev til Klerken Gregers Sørensen fra Odense Stift.

Slesvicensi et Sderstedensi (!) Slesvicensis diocesis prepositis ac cantori eiusdem Slesvicensis ecclesie. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et una ex maioribus prebendis ecclesie b. Marie Haderszleuensis Slesvicensis diocesis, in qua nonnulle maiores et alie prebende fore noscuntur, quos Petrus Iuari obtinebat, per obitum eiusdem Petri[1]) vacent ad presens, licet Nicolaus Sterk[2]), qui se gerit pro clerico, pretextu certe optionis de illis, ut premittitur, vacantibus in uno ex mensibus, in quibus Nicolaus papa V canonicatuum et prebendarum ac aliorum beneficiorum in illis partibus pro tempore vacantium collationem ad Romanum pontificem, non obstantibus quibusvis statutis de optando, per suas litteras pertinere voluit, per eundem Nicolaum Sterk[2]) contra tenorem earundem litterarum facte canonicatum et prebendam predictos per annum et ultra citra tamen biennium[3]) detinuerit, prout detinet, indebite occupatos, nos, Gregorio Seuerini clerico Ottoniensis diocesis specialem gratiam facere volentes, ... discretioni vestre mandamus, quatenus . . ., si, vocatis dicto Nicolao Sterk et aliis, qui fuerint evocandi, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] vacare repereritis, illos . . ., dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum, eidem Gregorio auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 11. kal. sept. anno 6.

X

X

Reg. Vat. 577 fol. 143 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 749 fol. 56 v.

2698. **14. Okt. 1477.**

Paven indsætter Biskoppen i Verden, Provsten i Lübeck og Skolastikeren i Breslau til Værneherrer for Ærkebiskoppen og Kapitlet i Bremen samt Landet

---

[1]) II tilføjer defuncti in mense jan. [2]) II: Serk

[3]) non obstante quod sit lapsum biennium

Ditmarsken og befaler dem at vaage over, at det pavelige Privilegium af 14. Marts (Nr. 2689) bliver overholdt.

Episcopo Verdensi et preposito Lubicensis ac scolastico Vratislaviensis ecclesiarum. Nuper a nobis emanarunt *(Bolten, Ditmars. Gesch. III, 86—87; Reg. 4616)*. Datum Rome pridie id. oct. anno 7.

XXX.

Orig. med Bulle i Hampesnor i Gemeinschaftl. Arch. I, 6 b; indtaget i Brev fra Skolastikeren i Breslau, Friedelus de Corbeke af 24. Nov. (tr. Bolten III, 89—98).

2699. **5. Nov. 1477.**

Pavens Kammermester erklærer fra Marinus de Fregeno at have modtaget 215 Gylden 22 Bajocher, indsamlede i de nordiske Riger; Kammeret udbetaler Pengene til Hospitalerne i S. Spiritus in Saxia og S. Salvator ved Lateranet som Arvinger for den afdøde Notar Philippus de S. Miniato.

Universis etc. Guillermus [episcopus Ostiensis s. Romane ecclesie cardinalis Rothomagensis, pape camerarius] universitati etc., quod Marinus de Fregeno apostolice sedis prothonotarius, fructuum etc. apostolice camere in regnis Dacie etc. collector hodie de pecuniis per ipsum ex dicta collectoria exactis realiter et cum effectu solvit dicte camere fl. auri de camera 215 et baiochos 22 per manus egregii viri domini Antonii de Eugubio, pape procuratoris fiscalis, nuntii sui ad id deputati, Petro de Aranda electo episcopo Calagurritano pape generali vicethesaurario pro ipsa camera recipiente; qui pro ipsa camera numerati fuerunt quondam Filippo de s. Miniato, olim eiusdem Marini in predicto officio collectorie notario per dictam cameram deputato, pro totali et integra satisfactione salarii, quod in predicto officio notariatus meritus erat, et pro ipso presidentibus hospitalium s. Spiritus in Saxia et s. Salvatoris Lateranensis, quos papa prefatus voluit ei succedere loco pauperum in eius testamento designatorum . . . De quibus quidem florenis . . . ipsum Marinum collectorem eiusque heredes ac successores ac eorum bona quecunque auctoritate nostri camerariatus officii harum serie quietamus . . . In quorum etc. Datum Rome in camera apostolica anno 1477 die vero 5. nov. pontificatus etc. anno 7. Tax. fl. 1 gr. 2.

Div. Sixti IV — Quietantie — 1471—84 fol. 40 v (Archivio di Stato).

Introitus nov. 1477. Dicta die [ɔ: 5] [Petrus de Aranda electus Calagurritanus, Sixti pape IV vicethesaurarius] habuit similiter

fl. 215 auri de camera boloninos 22 a Marino de Frigeno in regno Dacie etc. collectore ex pecuniis exactis per eum, per manus Antonii de Eugubio procuratoris fisci, ad exitum Filippo de s. Miniato olim notario dicti collectoris. Ad exitum hospitalibus s. Salvatoris Lateranensis et s. Spiritus in Saxia . . . . fl. 224, 19.

Exitus nov. 1477. Dicta die [ɔ: 5] [Petrus de Aranda electus Calagurritanus, Sixti pape IV vicethesaurarius] solvit similiter de mandato per introitum et exitum facto die 1 oct. fl. auri de camera 215 boloninos 22 Filippo de s. Miniato, olim notario Marini de Frigeno in regno Dacie etc. collectoris, pro eius integro salario temporis, quo servivit dicto collectori, et pro eo hospitalibus s. Salvatoris Lateranensis et s. Spiritus in Saxia de Urbe . . . . . fl. 224, 19.

Introitus et Exitus 495 fol. 60 v og 226. Trykte Dipl. Norv. XVII, 591—93.

2700. **12. Nov. 1477.**

Kong Christiern faar Supplikken af 18. Jan. 1477 (Nr. 2685) udfærdiget med en mindre Rettelse.

Reformatio Cristierni regis Dacie.

In supplicatione, cuius copia supraponitur, per inadvertentiam fuerit [ɔ: scriptum fuerat], quod Hamburgensis et Bremensis ecclesie invicem canonice unite sunt in dominio regis Dacie, cum re vera Hamburgensis sit in quodam ducatu prefato regi subjecto, videlicet in ducatu Stormarie et Holtzatie, et Bremensis ecclesia sit extra dominium prefati regis et sub dominio temporali archiepiscopi Bremensis pro tempore existentis. Dignetur igitur s. v. litteras desuper conficiendas cum expressione premissorum expediri mandare. Fiat. F. Datum Rome pridie id. nov. anno 7.

Suppl. 753 fol. 91.

2701. **12. Nov. 1477.**

Paven befaler Biskopperne i Lübeck og Slesvig og Kantoren i Slesvig at sørge for, at Ærkebiskoppen af Bremen for Fremtiden kalder sig Ærkebiskop af Hamburg og Bremen, og at Hamburgs Mariekirke bliver kaldt Metropolitankirke og ikke Kollegiatkirke. Kong Christiern havde som Hamburgerkirkens verdslige Overherre og Patron klaget over, at den i saa Henseende blev forurettet, endskønt dens Provst, Dekan, Skolastiker og Kapitel plejede at deltage i Valget af Ærkebiskop, og flere tidligere Ærkebiskopper havde kaldt sig »af Hamburg og Bremen«.

Lubicensi et Slesvicensi episcopis ac cantori ecclesie Slesvicensis. Cum sit una ecclesia *(Staphorst, Hist. eccl. Hamburg. I. 4. 154—55: Reg. 4617[1]).)* Datum Rome pridie id. nov. anno 7.

Jo. XXXX. Gerona.
Reg. Lat. 779 fol. 282.

2702. **13. Nov. 1477.**

Optegnelse om Udfærdigelsen af Bullen af 14. Marts (Nr. 2689).

[1477] Die 13. dicti mensis nov. una bulla pro archiepiscopo et capitulo Bremensibus et advocatis maioribus et judicibus patrie Dithmargensis super confirmatione commitatus Dithmargiensis alias facta ecclesie et capitulo dicte ecclesie Bremensis. Patet per bullam sub data pridie id. martii anno 6. Solvit jocale.

Annate 1477—78 fol. 225 (Archivio di Stato).

2703. **19. Jan. 1478.**

Paven befaler Biskoppen i Lübeck at overdrage Kong Christierns Sekretær Albertus Clitzing fra Havelberg Stift Provstiet i Hamburg, hvortil Kongen ifølge sin Patronatsret havde præsenteret ham.

Episcopo Lubicensi. Dignum arbitramur etc. Cum itaque prepositura ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis, que de jure patronatus Cristierni regis Dacie ratione sui ducatus Holtzatie et Stormarie ex privilegio sedis [apostolice], cui non est hactenus in aliquo derogatum, existit, et quam Johannes Rode notarius noster obtinebat, per obitum eiusdem Johannis, qui etiam litterarum apostolicarum corrector extitit, vacet ad presens, nos, Albertum Clittzingk[2]) clericum Hauelbergensis diocesis, quem idem Cristiernus rex ad dictam preposituram, ut prefertur, vacantem vigore dicti privilegii infra tempus debitum, prout quodam publico documento constat, nobis litteratorie presentavit, ... consideratione dicti regis, pro ipso Alberto dilecto suo secretario nobis super hoc supplicantis, gratioso favore prosequi volentes, fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Albertum ad hoc idoneum esse reppereris, preposituram predictam, que in dicta ecclesia dignitas principalis existit, et cui cura imminet animarum [fructus 8 mr.], prefato Alberto auctoritate nostra conferas. Datum Rome 14. kal. febr. anno 7.

N. XXV. 11. kal. febr. anno 8. Garriliati.
Reg. Lat. 784 fol. 61 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 757 fol. 297 v.

[1]) Reg. 4618 er kun et forkortet Uddrag af samme Brev. [2]) II: Clytznigh

2704. **21. Jan. 1478.**

Gentagelse af det forrige Brev.

Episcopo Lubicensi. Dignum etc. *(som forrige Brev, men)* Datum Rome 12. kal. febr. anno 7.

Jo. XXX. 9. kal. febr. anno 7. Gerona.
Reg. Lat. 785 fol. 135; ogsaa Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 756 fol. 135 v.

2705. **21. Jan. 1478.**

Paven befaler motu proprio Skolastikeren i Breslau og Officialerne i Münster og Paderborn at overdrage den 22aarige Conradus Rethberg Provstiet i Hamburg uden Hensyn til Kong Christierns Patronatsret.

Scolastico ecclesie Wratislaviensis et Monasteriensi ac Padeburnensi officialibus. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ecclesie Hamburgensis, que inibi dignitas maior post pontificalem et de jure patronatus Crist[i]erni regis Dacie ex speciali privilegio, cui non est hactenus derogatum, existit, et quam Johannes Roden obtinebat, per obitum eiusdem Johannis, qui illam obtinens corrector et abbreviator litterarum apostolicarum erat, vacet ad presens, nos, juri patronatus huiusmodi hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogantes ac volentes Conrado de Rethberch canonico Coloniensi, qui in vicesimo secundo vel circa sue etatis anno constitutus et de comitum genere ex utroque parente et prefati regis consanguineus ac Francisci s. Marie nove diaconi cardinalis familiaris continuus commensalis existit, gratiam facere specialem, motu proprio . . . discretioni vestre mandamus, quatenus preposituram predictam [fructus 30 mr.] prefato Conrado auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 12. kal. febr. anno 7.

Jo. XXXV. 9. kal. febr. anno 7. Gerona.
Reg. Lat. 780 fol. 16.

2706. **26. Jan. 1478.**

Præsten Jens Madsen (Brun) fra Odense Stift faar Kanonikat og Præbende i København.

Alias certis canonicatu et prebenda Wandoss ecclesie collegiate b. Marie virginis de Haffnia Roskildensis diocesis per obitum Johannis Petri vacantibus, Johannes Matheus [ɔ: -thei] de Hintzegaulis presbiter Ottoniensis diocesis illos vigore gratie sue expectative sibi per s. v. concesse ac processuum desuper factorum dictos canonicatum et prebendam per procuratorem suum in partibus infra terminum legitimum acceptavit et de illis in forma sibi obtinuit provideri, et ad maiorem cautelam eosdem

canonicatum et prebendam auctoritate ordinaria similiter idem procurator acceptavit et de illis extitit investitus, possessione subsecuta. Cum autem dictus Johannes dubitet acceptationem, provisionem, possessionis adeptionem ac inde secuta quecunque tam vigore expectative quam collationis ordinarii viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 7. kal. febr. anno 7.

Suppl. 757 fol. 209 v.

2707. **14. Febr. 1478.**

Paven, der tidligere (Nr. 2686 og 2687) havde befalet Biskopperne i Halberstadt og Merseburg at paadømme Sagen mellem Dronning Dorothea og Sten Sture, og nu ved Klage fra Dronningen har erfaret, at det paa Grund af Usikkerhed ikke er muligt at bringe Sten Sture Stævningen, befaler dem at indkalde ham for deres Domstol ved offentlig Stævning, der skal opslaas paa de nærmest mulige Steder, og derefter fælde Dom i Sagen.

Alias exposito nobis *(Aarsberetn. fra Geheimearch. IV, 371—72: Reg. *7419).* Datum Rome sub anulo piscatoris die 14. febr. anno 7.

Udskrift: Halberstadensi et Merseburgensi episcopis.

Orig. paa Perg. med Spor af paatrykt Segl i Gemeinschaftl. Arch. I, 7 (R. A.).

10. Marts 1478.

Se 14. Juni 1477 (Nr. 2694).

2708. **11. Marts 1478.**

Odense Domkapitel betaler Annater af det nedlagte Benediktinerklosters og de nye gejstlige Værdigheders Indtægter.

Universis etc. Petrus [pape vicethesaurarius] etc. universitati etc., quod prepositus et capitulum ecclesie Ottoniensis pro integra annata omnium fructuum monasterii dicte ecclesie Ottoniensis ac etiam unius, duorum aut trium beneficiorum cum cura vel sine cura, cuiuscunque qualitatis etc., de jure patronatus [unitorum][1]) et applicatorum mense capitulari dicte ecclesie, in quibus etc., ratione unionis etc., fl. auri de camera 80 ipsi camere, depositariis ut supra recipientibus die date presentium etc. per manus societatis de Spanochis etc. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum etc. die 11. martii anno 7.

Div. Sixti IV 1476—79 fol. 139 (Archivio di Stato).

[1]) add. Gz.

Dicta die [ɔ: 11. martii 1478] Petrus de Aranda electus Calaguritanus, Sixti pape IV vicethesaurarius habuit similiter fl. 80 auri de camera a preposito et capitulo ecclesie Ottoniensis pro integra annata fructuum dicte ecclesie et beneficiorum eidem annexorum per manus societatis de Spanochis. 83—24.

Introitus et Exitus 495 fol. 122 v.

2709. **14. Marts 1478.**

Paven befaler Abbeden i Holme Kloster at stadfæste Oprettelsen af et Helligaandskloster i Faaborg og dets Forening med Klostret i Nakskov.

Abbati monasterii de Insula dei Ottoniensis diocesis. In sacra Petri sede, meritis licet insufficientibus, divina dispositione constituti, ad ea nostre mentis continue diffundimus cogitatus, per que hospitalium et aliorum piorum locorum pro Christi pauperum sustentatione propagatio cum religionis observantia procuretur ac in illis divinus cultus vigeat et augeatur, et illa, que propterea provide facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo et illibata permaneant, libenter, cum a nobis petitur, apostolice confirmationis munimine roborari mandamus, illos quoque gratioso favore prosequimur, quos religionis zelus et alia virtutum merita laudabiliter commenda[n]t. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Olaui preceptoris domus s. Spiritus in Nakschow membri hospitalis nostri s. Spiritus in Saxia de Urbe ordinis s. Augustini Ottoniensis diocesis petitio continebat, quod olim Fridericus Barsbeck et Nicolaus Kamstorp[1]) ac Andreas Jacobi[2]) laici de Feonia necnon Britha eiusdem Friderici uxor, de propria salute recogitantes ac temporalia in spiritualia et transitoria in eterna felici commercio commutare cupientes, quedam funda, terras et loca, in opido Foberg eiusdem diocesis posita[3]), ad ipsos legitime pertinentia, ad effectum, ut ibidem quoddam hospitale cum ecclesia seu quedam domus sub invocatione s. Spiritus pro habitatione aliquorum fratrum et sororum sub regulari observantia dicti hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe degentium ac receptione pauperum egrotorum et aliarum miserabilium personarum ad illud pro tempore confluentium erigeretur, prefato Johanni tunc presbitero seculari ac provisori hospitalis s. Spiritus civitatis Ottoniensis pro ipso ordine recipienti donaverunt . . ., et deinde Carolus episcopus Ottoniensis, Cristierni Dacie regis ac Friderici, Nicolai, Andree et Berche (!)

---

[1]) II: Kranstorp [2]) II: A. J. de oppido Femborgh de Feonia.

[3]) II: in territorio dicti oppidi juxta suos confines situata

predictorum necnon consulatus et universitatis dicti opidi Foborch precibus inductus, donationes predictas ac alia circa hoc facta, ita tamen, quod erigendum hospitale huiusmodi omnibus privilegiis et indulgentiis dicti hospitalis nostri gauderet et sub eius observantia regulari regeretur, ordinaria auctoritate confirmavit ac statuit, quod extunc de cetero sacra religio, que in hospitali nostro predicto tenetur, in eodem erigendo hospitali cum ecclesia observaretur et continuaretur; postmodum vero Innocentius Flauius dicti nostri hospitalis preceptor et ipsius ordinis generalis magister donationem, statutum et alia premissa confirmavit, acceptavit et approbavit, domum sive hospitale erigendam vel erigendum huiusmodi cum eius bonis presentibus et futuris hospitali nostro et ordini prefatis auctoritate prefata perpetuo incorporavit atque submisit[1]) illamque et illud prefato Johanni per eum, quoad viveret, una cum dicta domo in Nakschow juxta ipsius hospitalis nostri regularia instituta regendum eadem auctoritate concessit et commisit[1]) . . . . Quare pro parte Innocentii et Johannis predictorum nobis fuit supplicatum, ut donationem, confirmationem, statutum, incorporationem, submissionem et commissionem et alia supradicta confirmare ac pro potiori cautella ipsi Johanni domum sive hospitale huiusmodi in fundis et terris prefatis edificandi et inibi fratres et sorores predicti ordinis[2]), qui sub observantia predicta vivere debeant, instituendi licentiam concedere ac pro illius dote bona donata huiusmodi et nonnulla alia bona[3]) per eundem Johannem ex provisione et questu dicti hospitalis Ottoniensis in civitate Ottoniensi acquisita[3]) et specialiter unum fundum a cimaterio (!) usque ad torrentem versus aquilonem cum omnibus edificiis per ipsum Johannem constructis perpetuo applicare aliasque in premissis oportune providere dignaremur. Nos igitur, de premissis certam notitiam non habentes . . . discretioni tue mandamus, quatenus, si et postquam de donatione, confirmatione, statuto, incorporatione, submissione, commissione et aliis premissis tibi legitime constiterit, illa ac, prout ea concernunt, omnia in litteris et instrumentis predictis contenta auctoritate nostra et ex certa sci-

[1]) II: et postmodum Johanni Olaui dicti hospitalis et ordinis professo domum seu hospitale predictum erigendum ac domum seu hospitale s. Spiritus in Hakschanu (!) dicte diocesis erectum dudum simul per eundem regendum, quoad vixerit, contulit . . . [2]) II: fratres dicti ordinis [3]) II: cum omnibus hedificiis per ipsum Johannem constructis ratione lucri per ipsum facti ex provisione et questu hospitalis s. Spiritus Ottoniensis emptis et quesitis

entia confirmes . . ., et nichilominus, si confirmationem huiusmodi per te vigore presentium fieri contigerit, ut prefertur, pro potiori cautella prefato Johanni domum sive hospitale huiusmodi cum ecclesia et cimiterio in fundis et terris donatis predictis construendi . . . et inibi fratres et sorores predicti ordinis, qui sub eadem observantia vivere debeant, instituendi licentiam dicta auctoritate nostra et ex certa scientia concedas necnon pro domus seu hospitalis erigende vel erigendi huiusmodi dote donata prefata et alia bona per eundem Johannem ex provisione [et] questu[1]) dicti hospitalis Ottoniensis in dicta civitate, ut prefertur, acquisita et specialiter fundum a cimiterio usque ad torrentem cum edificiis ibidem per ipsum Johannem constructis huiusmodi eadem auctoritate nostra et ex certa scientia perpetuo appropries, aliqua promissione seu oblatione dicti Johannis patronis nomine dicti hospitalis Ottoniensis facta quacunque firmitate roboratis non obstantibus. Nos enim, si confirmationem, concessionem et approbationem huiusmodi per te vigore presentium fieri contigerit, ut prefertur, eidem Johanni, ut erigendum hospitale seu erigendam domum una cum domo sive hospitali in Nakschow huiusmodi [amborum fructus 4 mr.] juxta regularia instituta supradicta, quoad vixerit, regere libere valeat, concedimus per presentes. Datum Rome pridie id. martii anno 7.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 586 fol. 269; ogsaa (II) Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 759 fol. 155.

2710. **19. Marts 1478.**

Paven befaler Dekanen i Ribe, Provsten i Barvidsyssel og Ribekanniken Peder Friis at overdrage Klerken Esger Jensen fra Slesvig Stift Kapellerne i Ødis og Taps i samme Stift.

Decano Ripensi et preposito in Baricsysel Slesvicensis diocesis ac Petro Friis canonico Ripensis ecclesiarum. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque Mathias Swartzmar, rector duarum capellarum, Odes et Tap[2]) nuncupatarum, invicem canonice unitarum dicte [Slesvicensis] diocesis, capellas huiusmodi, quas obtinet, sponte resignare proponat, nos, votis ipsius Mathie in hac parte favorabiliter annuentes ac Eschero Johannis clerico Slesvicensis diocesis specialem gratiam facere volentes, ... discretioni vestre mandamus, quatenus . . . . ab eodem Mathia vel procuratore suo resignationem huiusmodi, si illam in vestris ma-

---

[1]) Cod. questis [2]) II: Torp

nibus sponte facere voluerit, auctoritate nostra hac vice dumtaxat admittatis eaque per vos admissa capellas predictas, que sine cura sunt [fructus 6 fl. auri de camera], eidem Eschero eadem auctoritate conferre curetis . . . . Ceterum, cum non sit verissimile, quod quis beneficia sua multis forsan laboribus acquisita, ex quibus percipit vite subsidium, absque magna causa resignet, attente provideatis, ne in resignatione huiusmodi, si fiat, ex parte Escheri et Mathie predictorum aliqua pravitas interveniat seu etiam corruptella. Datum Rome 14. kal. aprilis anno 7.

Jo. Gratis pro deo. 3. id. aprilis anno 7. Gerona.

Reg. Lat. 782 fol. 280; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis) i Suppl. 759 fol. 277 v.

2711. 1. April 1478.

Præsten Niels Kletkomp fra Slesvig Stift faar Vor Frue Kirke i Flensborg.

Cum parrochialis ecclesia b. Marie virginis in Vlensborch Slesvicensis diocesis vacet et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat igitur Nicolaus Kletkomp presbiter eiusdem diocesis, quatenus sibi de dicta parrochiali [fructus 6 mr.], ut premittitur aut ex eo, quod quidam Nicolaus Beck illam per biennium detinuit nec ad sacros et maxime presbiteratus ordines, nulla sedis apostolice licentia desuper obtenta, se promoveri minime fecit, vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. cardinalis Tirasonensis. Datum Rome kal. aprilis anno 7.

Suppl. 760 fol. 166 v.

2712. 14. April 1478.

Niels Kletkomp lover at betale Annater af Sognekirken i Flensborg.

[1478] Dicta die [ɔ: 14. mensis aprilis] Nicolaus Kletkomp presbiter Slesvicensis diocesis principalis obligavit se camere apostolice pro annata parrochialis ecclesie in Vlensborch dicte diocesis [fructus 6 mr.], vacantis per non promotionem Nicolai Buk ad sacerdotium infra annum. Et mandatur provideri dicto Nicolao Buk (!) et vocatis vocandis aliis sub data Rome kal. aprilis anno 7. Et promisit solvere annatam dicte parrochialis ecclesie camere apostolice hic in curia infra sex menses immediate a die habite possessionis computandos sub penis camere etc. Juravit etc. Restituta de mandato, quia in bulla narrat intrusus.

Annate 1478–79 fol. 10 (Archivio di Stato).

2713. **2. Maj 1478.**

Paven befaler Biskoppen i Viborg at overdrage Børglumkanniken Niels Styggesen (Rosenkrantz) Provstiet sammesteds, som Kapitlet tidligere havde tildelt ham.

Episcopo Vibergensi. Dignum etc. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis maiores post pontificales vacantes et inantea vacaturas dispositioni nostre reservavimus. Et deinde, prepositura ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, per liberam resignationem Andree Jacobi in manibus capituli eiusdem ecclesie sponte factam et per eosdem capitulum admissam vacante, sicut exhibita nobis nuper pro parte Nicolai Stigonis canonici dicte ecclesie petitio continebat, capitulum prefati, ad quos cessantibus reservationibus apostolicis dicte prepositure collatio ac omnimoda dispositio de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine spectare dinoscitur, preposituram ipsam dicto Nicolao auctoritate sua ordinaria licet de facto contulerunt et providerunt etiam de eadem, ipseque Nicolaus, collationis et provisionis earundem pretextu possessionem dicte prepositure apprehendens, illam extunc possedit, prout possidet de presenti, similiter de facto. Cum autem secundum premissa collatio et provisio predicte viribus non subsistant, et dicta prepositura adhuc vacare noscatur . . . ., nos, volentes dictum Nicolaum, qui canonicus dicte ecclesie ordinem ipsum expresse professus existit . . . ., favore prosequi gratioso, fraternitati tue mandamus, quatenus preposituram predictam, cui cura imminet animarum [fructus 4 mr.], prefato Nicolao auctoritate nostra conferas. Datum Rome 6. non. maii anno 7.

N. XXX. non. maii anno 7. ,Garilliati.
Reg. Lat. 787 fol. 101 v.

2714. **26. (27.) Maj 1478.**

Paven stadfæster efter Ansøgning af Biskop Jep (Friis) i Børglum et Brev af 10. Maj fra Franciskanernes Ordensgeneral Franciscus Sanson til Laurens Brandsen og Jens Tidikkesen, hvori han havde befalet disse at tilbagegive Konventualerne de Klostre, de havde udjaget dem af, og indsætter Ærkebiskoppen i Upsala og Biskopperne i Roskilde og Aarhus til at paase, at Brevet bliver rigtig udført.

Ad perpetuam rei memoriam. Pacem et tranquillitatem inter Christi fideles, presertim sub religionis jugo sua altissimo vota persolventes, vigere intensis desideriis affectantes, ea, que contraria sunt, vigilis pastoris solicitudine eradicare conamur et

illa, que pro conservatione mutue caritatis provide processisse comperimus, libenter, cum a nobis petitur, innovamus [et] confirmamus, prout rerum et locorum qualitate pensata id conspicimus in domino salubriter expedire. Sane episcopi[1]) Burglanensis relatione et nonnullorum militum ac aliorum nobilium ac communitatum et civitatum regni Dacie attestatione non sine grandi animi nostri displicentia percepimus, qualiter innocentia vite seu puritas regularis discipline fratrum Minorum sub pia et humili conventualitate in nonnullis partibus regni Dacie degentium detrimentum minus juste sustinent in scandalum universalis ecclesie, ymo in dispersionem filiorum dei, maxime cum surrexerint quidam falsi fratres eiusdem regule et ordinis professores, dicentes se vitam Christi ac regulam s. Francisci professoris eximii pure et perfecte in omnibus immitari necnon extreme absque vitio observare; qui veniunt in vestimentis ovium falsis eorum persuasionibus commovendo totum populum, ita ut auxilio aliquorum dominorum non recta pro tanto sapientium loca quorundam simplicium fratrum conventualiter viventium manu armata et sub brachio seculari non sinceritate regule, sed magis quadam odiosa iniquitate sub privato intrant, fratres quoque ibidem degentes immanissime verberando et spoliando expellunt expulsosque proprium nidum defendendo et malum malo addendo, quantum possunt, undique confundunt, non advertentes, quod dudum tam per Paulum papam II quam per nos . . . . dictis fratribus, de observantia nuncupatis, sub gravibus penis inhibitum extitit, ne loca fratrum s. Francisci sub conventualitate degentium capere aut illos molestare, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quesito colore presumerent, et, si secus agerent, penas excommunicationis late sententie incurrerent. Ex quo Franciscus Sanson eiusdem ordinis et theologie professor, totius ordinis Minorum generalis minister, volens in premissis, quantum in eo erat, providere, Laurentio Branderi et Johanni Tidichini provincie Dacie ordinis Minorum ceterisque fratribus et consociis, de observantia nuncupatis, per suas litteras districte precipiendo mandavit in virtute[2]) sancte obedientie et sub penis rebellionis, excommunicationis et maledictionis eterne ac s. Francisci, ut omnes conventus et loca ab eis post mortem ministri dicte provincie Dacie accepta vel occupata in dicta provincia infra spatium quindecim dierum ab intima-

[1]) H: Jacobi episcopi [2]) Gz. — Cod. veritate

tione litterarum suarum restituere et realiter reassignare fratribus dictorum conventuum seu locorum deberent, assignando eis quinque dies pro primo termino, quinque pro secundo et reliquos quinque pro tertio et ultimo termino peremptorio, quo elapso voluit et decrevit, si obedire suis mandatis contemnerent, penas prefatas eos incurrisse, neque imposterum aliqua recipere sub eisdem penis deberent, prout tam in Pauli predecessoris ac nostris quam litteris prefati generalis ministri suo sigillo munitis, quas in cancellaria nostra diligenter inspici et examinari ac presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dictorum fratrum s. Francisci sub conventualitate degentium nobis fuit supplicatum, ut in premissis oportune providere dignaremur. Nos igitur, volentes in premissis tantam temeritatem ea, qua decet, juris severitate compescere, . . . ex certa scientia tam Pauli, quarum initium est *Superne dispositionis arbitrio,* quam nostras, que incipiunt *Dum singulos regulares ordines,* innovantes ac effectum perpetuo et inviolabiliter sortiri debere illisque contravenientes seu contravenientibus dantes auxilium, consilium vel favorem penas in eis contentas incurrere volentes, litteras generalis ministri huiusmodi presentibus insertas confirmamus ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus, ... non obstantibus . . . . quibuscunque litteris contemplatione regum seu principum etiam motu proprio et scientia simili cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis a nobis vel predecessoribus nostris . . . . forsan emanatis, quas . . . ., si supradictis litteris Pauli et nostris contradicunt seu in aliquo derogant, pro infectis, nullis et invalidis nulliusque roboris vel momenti haberi volumus . . . . . Tenor autem litterarum generalis ministri huiusmodi de verbo ad verbum sequitur et est talis:

In Christo sibi carissimis fratribus Laurentio Branderii et Johanni Tidichini provincie Dacie ordinis Minorum ceterisque confratribus et consociis Franciscus Sanson eiusdem ordinis, sacre theologie professor ac totius dicti ordinis Minorum generalis minister et servus salutem in eo, qui est errantium via et reductor deviantium singulorum, et pacem in domino sempiternam. Inter nostri redemptoris pro nostra salute exhibita humano generi documenta illud vel precipuum fuit, ut pax et paterna in omnibus caritas servaretur, quod a religiosis viris et maxime Christi vitam sectantibus debet totis viribus et assiduo studio custodiri. Que quidem pax et fraterna concordia in nonnullis a vobis interrupta et suffocata est, siquidem tempore generalatus . . .

pape Sixti ac etiam mei immediati predecessoris preter ordinis morem et instituta fratres dicte provincie Dacie ab aliquibus vestrum diffamati fuerunt, quod a regulari vita relapsati viverent, et quod in eis quasi extincta esset vita religiosa, cuius oppositum multiplici fidedignorum tam prelatorum quam secularium personarum et communitatum testimonio intellexi. Super omnia quoque hec non sine gravi molestia et dolore michi relatum est, quosdam ex nostris fratribus post obitum . . ministri provincie nostre Dacie prenominate preter juris ordinem et religionis honestatem, nulla ordinis auctoritate suffultos, invasisse quosdam conventus et expulsis inde nativis fratribus cum brachio seculari, fractis conventuum foribus, novos ex nostris fratres introduxisse, non sine religionis scandalo, pauperum fratrum inde ejectorum injuria atque nostri officii generalatus contemptu contra formam et tenorem litterarum pape Pauli II confirmatarum a . . . Sixto papa IV super pace et concordia servanda in nostra religione, ex qua re magna conturbatio in dicta provincia exorta esse dicitur. Admiratus sum vehementer hanc vestram presumptionem et audaciam, utpote, qui potissimum pacem custodire et conservare debuissetis, operante humani generis inimico discordiarum noxia semina in agro sancte religionis projecistis. Quare volens, prout ex debito nostri generalatus officii astringor, huiusmodi insolentiis et rebus maleactis obviare et providere, ne ad deteriora procedatur, tenore presentium nostri prefati officii generalatus auctoritate precipio vobis districte in virtute sancte obedientie sub penis rebellionis, excommunicationis et maledictionis eterne ac beatissimi patris nostri Francisci, ut omnes conventus et loca a vobis post mortem ipsius ministri dicte provincie Dacie accepta vel occupata in dicta provincia infra spatium quindecim dierum ab intimatione presentium restituere et realiter reassignare fratribus dictorum conventuum seu locorum debeatis, assignando vobis quinque dies pro primo termino, quinque pro secundo et reliquos quinque pro tertio et ultimo termino peremptorio, quo elapso volo et decerno exnunc, prout extunc, si obedire hiis nostris mandatis, quod absit, contempseritis, penas prefatas incurrisse, neque imposterum aliqua recipere sub eisdem penis debeatis. Valete in domino Jesu Christo et orate pro me. Datum Rome apud s. Salvatorem pontis Sixti anno 1478 die 10. mensis maji.

Datum Rome 7. kal. junii anno 7.

Simili modo archiepiscopo Vpsalensi et Roskildensi ac Arusiensi episcopis. Hodie a nobis emanarunt littere subsequentes *(Hovedbrevet).* Quocirca fraternitati vestre mandamus, quatenus . . . ., presentes litteras, quotiens pro parte prefatorum fratrum s. Francisci sub conventualitate degentium fueritis requisiti, solemniter publicantes eisque efficacis defensionis auxilio assistentes ac facientes ipsos innovationis, confirmationis ac voluntatis nostrarum huiusmodi pacifica possessione gaudere, non permittatis eos contra tenorem litterarum earundem per antedictos fratres, de observantia nuncupatos, seu quoscunque alios molestari, impediri seu quomodolibet perturbari, molestatores, impedientes ac perturbatores, contradictores quoque et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis . . . . . Datum ut supra.

Jo. XXX. X. Gerona.

Reg. Lat. 778 fol. 130; ogsaa (II) Supplik motu proprio (Fiat. F.) i Suppl. 762 fol. 117 v[1]).

2715. **29. Maj 1478.**

Aarhuskanniken Christiern Nielsen faar Provstiet sammesteds, som Biskoppen tidligere havde overdraget ham.

Olim prepositura ecclesie Arusiensis, que prepositura inibi dignitas secunda post pontificalem existit, illique cura imminet animarum, per obitum Michaelis Petri nuper defuncti vacante, episcopus Arusiensis de consensu capituli dicte ecclesie de dicta prepositura Cristierno Nicolai canonico prebendato dicte ecclesie Arusiensis auctoritate ordinaria providit, possessione subsecuta. Cum autem ab aliquibus de provisione huiusmodi et aliis inde secutis dubitari possit illamque et alia inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur dictus Cristiernus, quatenus sibi . . . . de dicta prepositura, que curata et forsan electiva existit, cui[que] prebenda muneralis annexa est [fructus 4 mr.], de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Vasionensis. Datum Rome 4. kal. junii anno 7.

Suppl. 762 fol. 237 v.

---

[1]) II med Tilføjelserne Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam — Et cum deputatione conservatorum, quatenus opus sit, samt Datum 6. kal. junii anno 7.

2716. **25. Juni 1478.**

Sognepræsten Svend Stulpe i Kvidinge i Lunde Stift, som har slaaet sin Husholderske Christine, der nyligt havde født ham en Søn, og derved forvoldt hendes Død, faar Absolution herfor; dog maa han ikke gøre Tjeneste ved Alteret.

Nuper Sueno Stulpe *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 314).* Fiat citra ministerium altaris. F. Datum Rome 7. kal. julii anno 7.

Suppl. 764 fol. 32 v.

2717. **6. Juli 1478.**

Præsten Jens Madsen (Brun) fra Odense Stift, som er Pønitentiar ved Peterskirken, faar Kanonikat og Præbende i Hamburg mod at opgive Kirken i Collignola i Verona Stift.

Motu proprio Johanni de Dacia[1]) presbitero Ottoniensis[1]) diocesis, in basilica principis apostolorum de Urbe penitentiario ordinario et sacre theologie professori, de canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis, per obitum Theodorici Clinckerode in Romana curia defuncti vacantibus [fructus 40 fl. auri de camera], dummodo in eventum assecutionis huiusmodi canonicatus et prebende ecclesiam collegiatam s. Marie de Colonogla cum cura Veronensis diocesis [fructus 20 fl. similium], quam obtinet, prout dimittere volumus et exnunc vacare decernimus, dimittat, providemus . . . Fiat. F. Datum Rome pridie non. julii anno 7.

Suppl. 764 fol. 40 v.

2718. **9. Juli 1478.**

Johan Breyde faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Theodericus Clinckrode.

Alias coram Petro de Ferrera vestri sacri palatii causarum auditore inter quendam Theodericum Clinckrode et Johannem Breda archidiaconum Slesvicensem reum et possessorem de archidiaconatu Slesvicensi rebusque aliis in actis cause latius expressis orta materia questionis, et causa huiusmodi usque ad nonnullorum terminorum substantialium (!), citra tamen conclusionem, introducta, dictus Theodericus lite huiusmodi indecisa pendente in Romana curia . . . diem vite sue clausit extremum. Ne igitur prefato Johanni oratori et possessori novus in huiusmodi causa detur adversarius, recurrit ad pedes s. v. suppli-

[1]) Tidligere stod »Dalmatia« og »Numburgensis«, der er »correctum de mandato Salernitani«.

cando, quatenus ipsum in omni jure, si quod predicto Theoderico in dicto archidiaconatu competierit, surrogare sibique de dicto archidiaconatu [fructus 6 mr.], sive adhuc per obitum Conradi Conradi sive premisso aut quovis modo vacet, in forma simplicis aut nove provisionis . . . cum extinctione dicte litis providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Salernitanus.

Et quod maior valor usque ad 10 mr., quatenus opus sit, possit exprimi. Concessum. P. Salernitanus. Datum Rome 7. id. julii anno 7.

Suppl. 764 fol. 216.

2719. **7. Aug. 1478.**

Klerken Didrik Stin fra Slesvig Stift faar ny Provision paa en Kommende i Hamburg.

Pridem commenda in capella s. Georgii prope muros Hamburgenses Bremensis diocesis sita per obitum Luderi Rotermund vacante, Theodericus Stin clericus Slesvicensis diocesis, ad eandem per consules Hamburgenses, de quorum jure patronatus existit, ordinario loci presentatus, ab eodem investiri et sibi de eadem provideri obtinuit, possessione subsecuta. Verum idem Theodericus orator dubitat provisionem huiusmodi et inde secuta viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus sibi de dicta commenda [fructus 2 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. cardinalis Tirasonensis. Datum Brachiani Sutrine diocesis 7. id. aug. anno 7.

Suppl. 764 fol. 118.

2720. **24. Aug. 1478.**

Marinus de Fregeno, der er Kong Christierns Sendebud ved Kurien, faar motu proprio Ret til at besidde tre ellers uforenelige Embeder.

Motu proprio cum magistro Marino de Fregeno canonico Stri[n]gnensi, in theologia magistro, notario nostro et camere apostolice clerico ac Cristierni Dacie Svecie etc. regis ad nos et sedem apostolicam oratori destinato, ut cum quocunque curato seu alio incompatibili beneficio, quod forsan obtinet, vel de quo sibi concessum provideri aut provisum extitit vel alia quavis auctoritate foret, ac cum illo, si illud assecutus sit aut in futurum assequetur, duo alia vel sine illo ac per eum illo non assecuto tria quecunque curata seu aliter invicem incompatibilia beneficia . . . . . ., si sibi canonice conferantur . . . ., recipere et

insimul, quoad vixerit, retinere illaque . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia tria dumtaxat invicem incompatibilia etiam recipere et similiter etiam, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensamus. Concessum in presentia pape. Pe. Salernitanus. Datum Brachiani Sutrine diocesis 9. kal. sept. anno 7.

Suppl. 765 fol. 207 v.

2721. **26. Aug. 1478.**

Kong Christiern faar pavelig Bekræftelse for Danmark paa Privilegiet de non evocando med Calixtus III's Stadfæstelse (Nr. 2091), men ikke bevilget Udvidelsen af Privilegiet til ogsaa at omfatte Holsten.

Dudum Nicolao pape pro parte Cristierni Dacie etc. regis exposito, quod regnum Dacie, sue regie dictioni subditum, fluctuationibus et inundationibus marinis undique insitum et circumdatum erat, et habitatoribus dicti regni nimis sumptuosum et grave existebat ad prosequendum causas, quas contra eos pro tempore moveri contingebat, extra dictum regnum [se conferre], idem Nicolaus predecessor sue irrefragabilis constitutionis edicto ordinavit, quod extunc inantea nullus ex huiusmodi habitatoribus in beneficialibus, matrimonialibus, testamentariis et aliis quibuscunque causis ad quorumvis instantiam, apostolica vel alia quavis auctoritate, vigore seu pretextu quarumvis litterarum apostolice sedis vel legatorum eius, etiam si in eis de ipsorum statutis et ordinationibus plena et expressa mentio fieret, extra dictum regnum in prima instantia quomodolibet trahi vel evocari posset sive in causam conveniri, sed quod huiusmodi cause coram competentibus judicibus in ipso regno in huiusmodi prima instantia decidi deberent ac etiam terminari, decernendo omnes processus ac quasvis [sententias], etiam censuras ecclesiasticas in se continentes, necnon totum id, quod contra ipsius statuti, ordinationis et decreti tenorem et formam haberi contingeret, irritum et inane. Successive vero etiam pro parte dicti Cristierni regis Calisto pape III exposito, quod judices delegati seu conservatores in partibus Alamanie, quibus per sedem apostolicam importunitate petentium causarum decisiones contra prefatos incolas regni Dacie contingebat persepius delegari, constitutionem seu decretum prefati predecessoris, etiam requisiti, minime advertentes et penitus non curantes, ipsos ad eorum tribunalia magnis sumptibus, expensis et periculis ac sepius naufragiis

vocari, citari, comparere, ipsorum quoque judicio sisti compellebant, in ipsorum, immo regni predicti, dampnum et gravamen, idem Calistus, prefati Nicolai litteras secundum omnem suum tenorem ratas et gratas habens, eidem [ɔ: easdem] edicto irrefragabilis constitutionis confirmavit ac ex certa scientia sua quoscunque processus, sententias, etiam censuras aliasque penas quascunque, post dictas Nicolai et suas litteras per quoscunque judices delegatos seu conservatores auctoritate apostolica sive legatorum eius deputatos contra ipsarum tenores decretas et fulminatas necnon extunc in posterum decernendas et fulmnandas tamquam iniquas et temerarias [ac][1]) nulliter et de facto presumptas extinxit . . . illisque per regnum Dacie predictum vel ubicunque locorum nullatenus stari [voluit][1]), inhibendo quibuscunque judicibus et conservatoribus, cuiuscunque conditionis existerent, sub pena excommunicationis late sententie, ne aliquem ex indigenis et incolis dicti regni extra ipsum regnum ad eorum tribunalia citare seu quovis modo in prima instantia ad judicium evocare presumerent, certis executoribus et conservatoribus, qui contradictores et rebelles quomodolibet per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia et invocationem brachii secularis ac promulgationem sententie interdicti in locis, in quibus forent, [vel] ad que applicarent, usque ad satisfactionem plenariam etiam ultra duas dietas et cum potestate citandi per edictum publicum compellerent, per eundem Calistum predecessorem desuper deputatis . . . . Cum autem incolis et indigenis ducatus Holtzatie, qui eiusdem regis dictioni et potestati suppositus est, valde dispendiosum et incommodum existat, si pro eorum causis tractandis extra dictum ducatum ad judicium evocentur, supplicat igitur Cristiernus rex, quatenus indultum huiusmodi Nicolai et Calisti predecessorum prefatorum incolis . . . . regni prefati Dacie concessum . . . . ad incolas ducatus predicti, ita quod judices et conservatores dictis inhabitatoribus et indigenis regni Dacie in prefatis litteris deputati etiam eisdem habitatoribus et indigenis ducatus predicti in premissis efficacis defensionis presidio assistere et omnia facere et exequi possint, sicut prefatis habitatoribus prefati regni Dacie assistere possunt, extendere dignemini. Fiat de confirmatione. F. Et quod littere expediantur in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Et cum insertione Nicolai

---

[1]) add. Gz.

et Calisti litterarum. Fiat ut supra. F. Datum Brachiani Sutrine diocesis 7. kal. sept. anno 8.

Suppl. 766 fol. 41.

2722. **29. Aug. 1478.**

Marinus de Fregeno faar motu proprio Dispensation til med sine andre Embeder at forene en Kommende under Cluniacenserordenen.

Motu proprio cum Marino de Fregeno canonico Stergiensi [ɔ: Strengnensi], magistro in theologia. notario nostro et camere apostolice clerico ac Cristierni Dacie et Svecie etc. regis ad nos et sedem apostolicam oratori destinato, ut decentius sustentari et statum suum deducere valeat . . . ., quod quecunque duo alia curata et electiva, secularia vel quorumvis ordinum, etiam Cluniacensis, regularia . . . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul per eum, quoad vixerit, in commendam [accepta][1]), ita quod liceat sibi de illarum fructibus disponere etc., in eandem commendam retinere ipsaque duo secularia vel regularia . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et commende huiusmodi cedere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat secularia vel quorumvis, etiam Cluniacensis, ordinum regularia, etiam recipere et insimul per eum, quoad vixerit, in eandem commendam retinere libere valeat, dispensamus, privilegiis eiusdem ordinis Cluniacensis, quibus inter cetera caveri dicitur, quod illius beneficia nullis nisi ipsum ordinem professis commendari nequeant, et quibusvis aliis [ɔ: que alias] in suo robore permanere volumus, ac [quibus] pro hac vice expresse derogamus, [non obstantibus]. Fiat de uno regulari in commendam. F. Datum Brachiani Sutrine diocesis 4. kal. sept. anno 8.

Suppl. 766 fol. 79 v.

2723. **1. Okt. 1478.**

Birgittinerklostrene i Maribo, Mariager og Mariencrone faar Tilladelse til at optage Piger med det fyldte 9de Aar, som dog først skal aflægge Ordensløftet med det fyldte 13de Aar.

Cum tam ex institutis et consuetudinibus [ɔ: constitutionibus] quam statutis et consuetudinibus ordinis s. Salvatoris, vulgariter s. Brigide nuncupati, auctoritate forsan apostolica confirmatis, caveatur expresse inter cetera, quod abbatisse et priorisse ac conventus nullam virginem, cuiuscunque status fuerint, in earum monasteriis et locis aliis a suarum claustris recipere

[1]) add. Gz.

possint aut teneantur, nisi decem et octo annos sue etatis compleverint, et modernis temporibus prochdolor in tantum malitia hominum crev[er]it, quod, antequam dicte virgines [ad] etatem decem et octo annorum pervenerint, aut carnis ille[ce]britate aut diaboli instigatione seducte, deflorentur vel, ad statum matrimonialem aspirantes, earum animum a religione penitus revocant, unde monasteria, loca et c[l]a[u]stra dicti ordinis sepe numero personarum defectum patiuntur, et inde divinum servitium diminuitur; ad obviandum igitur hiis inconvenientiis, et ut ipse ordo, sufficientibus personis instructus, latius possit divinum servitium peragere, supplicant abbatisse, priorisse, conventus, confessores et fratres monasteriorum et locorum Maribo [et] Mariagher Ottoniensis et Arusiensis diocesium in Dacia necnon prope muros opidi Sunth Zwerinensis diocesis in Almania prefati ordinis s. Salvatoris, [quatenus] ad perpetuam rei memoriam statuere ac sibi concedere, quod premissis non obstantibus in perpetuum liceat eis ac eorum successoribus pro tempore existentibus in earum monasteriis et locis quascunque virgines, cuiuscunque status fuerint, sepedictum ordinem ac monasteria et loca huiusmodi ingredi volentes, cum nonum annum sue etatis compleverint, in earum sorores recipere aliarumque virginum eiusdem ordinis numero et consortio aggregare possint (!), ita tamen quod annus probationis in dicto ordine virginibus et fratribus ipsis dari solitus non citius incipere intelligatur, quam postquam duodecim annos sue etatis antedicte virgines, sicut premittitur recipiende, compleverint, et deinde professionem per sorores dicti ordinis emitti solitam emittere et alia circa ea necessaria facere et exercere valeant in omnibus, ac si ingredientes ipse juxta premissa decimum octavum etatis annum complevissent, dignemini. Fiat. F. Et ad perpetuam rei memoriam. Fiat. F. Datum Rome kal. oct. anno 8.

Suppl. 767 fol. 4 v.

2724. **1. Okt. 1478.**

Paduakanniken Raphael de Medicis faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Hamburg, som Jens Madsen (Brun) opgiver.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesie collegiate b. Marie Hambergensis Bremensis diocesis per obitum Theodorici Clinckerode in Romana curia defuncti vacantibus, nos Johanni de Dalmatia [ɔ: Dacia][1]) presbitero Numburgensis [ɔ: Ottoniensis][1]) dio-

---

[1]) Jfr. Brevet Nr. 2717.

cesis, sacre theologie professori ac in basilica principis apostolorum de Urbe penitentiario ordinario nostro, proviso, quod dictus Johannes ecclesiam collegiatam cum eius cura b. Marie de Collognolla Veronensis diocesis, quam obtinet, dimitteret, gratiose providimus. Cum autem dictus Johannes dictam ecclesiam collegiatam dimittere nolit, ymo provisioni sibi per nos facte necnon juri eidem Johanni provisionis huiusmodi per nos facte vigore competenti in nostris manibus resignare proponat, prout resignat, motu proprio et ex nostra certa scientia resignationem predictam admittimus, necnon motu simili Raphaeli de Medicis canonico Paduano, secretario et familiari nostro continuo commensali, canonicatum et prebendam predictos, per resignationem huiusmodi vacantes [fructus 4 mr.], conferimus et de illis etiam providemus. Fiat. F. Et sub data concessionis eidem Johanni per nos facte. Fiat. F. Datum Rome kal. oct. anno 8.

Suppl. 766 fol. 232.

2725. **3. Okt. 1478.**

Paven tilstaar efter Ansøgning af Fru Hilleborg Ottesdatter (Skinkel) Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Husby Kirke i Odense Stift; Brevet gælder for al Fremtid.

Universis etc. Pium apud deum et meritorium existimamus fabricis ecclesiarum manus adjutrices porrigere, ne aut vetustate vel incuria ipsarum structure deveniant ad ruinam. Quapropter Christi fideles ad porrigendum fabricis eisdem adjutrices manus spiritualibus muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus, frequenter invitamus, ut per auxilia temporalia, que illis prebuerint, eterna premia valeant promereri. Cupientes igitur, ut parrochialis ecclesia s. Nicolai in Husby Ottoniensis diocesis, ad quam tam nobilis mulier Hydburgh Ottonis domicella[1]) dicte diocesis quam alii Christi fideles illarum partium singularem gerunt devotionis affectum, et in qua nonnulle decem[2]) millium martirum reliquie fore perhibentur, in suis structuris reparetur et manuteneatur necnon libris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis ad divinum cultum necessariis muniatur, ipsorumque fidelium devotio ad dictam ecclesiam augeatur . . . . ., omnibus fidelibus ipsis vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam predictam in illius dedicationis ac eorundem decem millium mar-

[1]) II: Hyldeburgh filia quondam Ottonis [2]) II: undecim

tirum[1]) festivitatibus devote visitaverint necnon ad reparationem, manutentionem et munitionem predictas manus porrexerint adjutrices, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 5. non. oct. anno 8.

P. L. de Varris.

Reg. Lat. 789 fol. 37 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat in duobus festis. F.) i Suppl. 766 fol. 208 v.

2726. **15. Okt. 1478.**

Kong Christiern anbefaler til Paven sin Sekretær og Afsending Jacobus de Wetteringe.

Post devota pedum oscula beatorum obedientiam filialem pariter et devotam . . Ad v. s. mitto latorem presentis Jacobum de Wetteringe secretarium continuumque commensalem meum, michi fidelem et sinceriter dilectum, in meis specialibus negotiis eidem v. s. oretenus explicandis et negotiandis, affectuose rogando, quatenus ipsa v. s. eundem Jacobum secretarium meum in huiusmodi meis negotiis gratiose audire illique in referendis et mei ex parte ista vice negotiandis fidem integram et creditivam uti michi, si personaliter coram loquerer, adhibere seque in hiis gratiosam et benivolam exhibere velit et dignetur, michi in singularissimam pergratissimamque complacentiam et honorem, debitis obsequiis erga v. b. et sedem apostolicam sedulo promerendos, quam v. b. altissimus longe sanam pro mea singulari consolatione votive conservet. Datum in monasterio meo Omicloster die jovis 15. mensis oct. anno 1478 regali meo sub secreto presentibus impresso.

Cristiernus R *(egenhændigt)*.

Cristiernus . . Dacie Svecie Norvegie rex, dux Slesvicensis ac Holtzatie Stormarie etc. dux etc.

. . . Sixto . . pape IV, sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici domino clementissimo.

Orig. med Spor af paatrykt Segl i Statsarkivet i Venedig (Danica).

2727. **27. Okt. 1478.**

Birgittinerklostrene i Vadstena, Marienkrone, Maribo og Mariager faar tilstaaet samme Aflad til dem, der besøger disse Klostre, som ellers Pilgrimme i Rom faar.

---

[1]) II: in annuntiationis et assumptionis b. Marie virginis ac undecim millium martirum necnon dedicationis dicte ecclesie festivitatibus

Supplicant abbatissa et confessor generalis ceterique fratres et sorores s. Salvatoris et s. Brigide monasteriorum Wastenensis Lincopensis, Marienkrone extra muros opidi Stralsund Zwerinensis, Maribo Ottoniensis et Mariager Arusiensis diocesium ordinis s. Augustini sub regulari observantia necnon perpetua clausura inibi degentes, quatenus eis et eorum successoribus pro tempore existentibus, quod omnes vere confessi et contriti in quadragesimalibus et aliis diebus, in quibus stationes in et extra Urbem Romanam celebrantur, easdem indulgentias et gratias ac peccatorum suorum remissionem consequantur et consequi mereantur et habeant, quas alii Christi fideles, easdem stationes realiter et corporaliter visitantes et in locis illis personaliter existentes, consequantur, dum coram summo eorum altari septem psalmos penitentiales et totiens orationem dominicalem et angelicam salutationem genibus flexis devote dixerint vel legerint vel eorum vere infirmi in locis piis et honestis sibi possibilibus dixerint vel legerint, dignemini concedere perpetuis temporibus duraturas. Fiat. F. Datum Rome 6. kal. nov. anno 8.

Suppl. 767 fol. 96 v.

2728. **14. Nov. 1478.**

Paven befaler Biskoppen i Camin, Ærkedegnen i Viborg og Provsten i Vestervig at overdrage Præsten Jens Christiernsen fra Viborg Stift Sognekirkerne Aasted og Selde i samme Stift.

Episcopo Caminensi et archidiacono Vibergensi ac preposito Westerumgsensi (!) Burglanensis diocesis ecclesiarum. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Cristierni presbiteri Vibergensis diocesis petitio continebat, quod olim, parrochiali ecclesia s. Johannis in Astez, cui parrochia[lis] ecclesia, Selda nuncupata, canonice est annexa, dicte diocesis per liberam resignationem Andree Petri in manibus Canuti episcopi Vibergensis sponte factam et per ipsum episcopum auctoritate ordinaria admissam vacante, idem episcopus dictam ecclesiam . . . eidem Johanni dicta auctoritate contulit et providit etiam de eadem, ipseque Johannes collationis et provisionis predictarum vigore ecclesiam predictam cum eius annexa extitit pacifice assecutus illamque extunc possedit, prout possidet. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et ecclesia ipsa adhuc, ut prefertur, vacare noscatur, nos, dicto Johanni specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . ecclesiam

predictam [cuius et annexe huiusmodi fructus 4 mr.] cum annexa huiusmodi eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 18. kal. dec. anno 8.

P. XX. 8. kal. dec. anno 8. de Varris.
Reg. Lat. 797 fol. 82 v.

2729. **20. Nov. 1478.**

Optegnelse om, at Paven efter Indstilling af Kardinal Raphael (Riario) udnævner Viborgkanniken Niels Glob til Biskop sammesteds.

[1478] Die veneris 20. mensis nov. idem sanctissimus dominus noster in suo concistorio (!) secreto ad relationem cardinalis s. Georgii providit ecclesie Vibergensi in Dacia de persona Nicolai Glob canonici dicte ecclesie, vacanti per renuntiationem seu resignationem Kanuti absque pensione aliqua.

Oblig. 83 fol. 58.

2730. **20. Nov. 1478.**

Paven udnævner Viborgkanniken Niels Glob i Viborg til Biskop sammesteds efter Knud Mikkelsens Resignation.

Nicolao Glob electo Vibergensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem provisiones omnium ecclesiarum apud sedem apostolicam tunc vacantium et inantea vacaturarum dispositioni nostre reservavimus . . ., et deinde, ecclesia Vibergensi ex eo, quod Kanutus nuper episcopus Vibergensis regimini eiusdem ecclesie, cui tunc preerat, in manibus nostris sponte cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, apud sedem predictam vacante, nos . . . . ad te, ipsius ecclesie canonicum, in subdiaconatus ordine et etate legitima constitutum, . . . direximus oculos nostre mentis . . . [ac] de persona tua . . . eidem ecclesie . . . providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem . . . . . . Datum Rome 12. kal. dec. anno 8.

Simili modo Capitulo ecclesie Vibergensis.
Clero civitatis et diocesis Vibergensis.
Populo — - — —
Universis vasallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Cristierno Dacie regi.

Jo. XX. X. X. X. X. X. X. Gerona.
Reg. Lat. 793 fol. 14.

2731. **20. Nov. 1478.**

Paven reserverer motu proprio Kanonikat og Præbende i Viborg for Præsten Dr. Jens Madsen (Brun) fra Odense Stift.

Johanni Matthei de Dacia presbitero Ottoniensis diocesis, decretorum doctori. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Vibergensis, quos Nicolaus electus Vibergensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad dictam ecclesiam obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, nos, tibi, qui bone memorie Franchette de Ruuere secundum carnem sororis nostre capellanus fuisti, specialem gratiam facere volentes . . ., motu proprio . . . canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], cum illos . . . quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendos tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome 12. kal. dec. anno 8.

Simili modo Civitatis Castelli et Ottoniensi episcopis ac Luciano Cole canonico Firmano.

XII.

Reg. Vat. 592 fol. 175; ogsaa Supplik (Fiat. F. Et quod motu proprio littere expediantur) i Suppl. 768 fol. 33 v.

2732. **21. Nov. 1478.**

Paven tillader den udvalgte Biskop Niels Glob i Viborg, der kun er Subdiakon, at lade sig indvie af hvilken Biskop, han vil.

Nicolao electo Vibergensi. Cum nos pridem [etc. som Nr. 861]. Datum Rome 11. kal. dec. anno 8.

Jo. XXVIII. Gerona.

Reg. Lat. 793 fol. 16.

2733. **23.—25. Nov. 1478.**

Biskop Niels Glob i Viborg lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1478] Die 23. [mensis] nov. Steffanus de Catiis canonicus Novariensis ut principalis et privata persona ac nomine Nicolai Glob electi Vibergensis obtulit camere apostolice et collegio cardinalium pro communi servitio dicte ecclesie ratione provisionis et prefectionis de persona dicti electi per bullas sub data Rome 12. kal. dec. anno 8 fl. auri de camera 33 cum uno tertio, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem etc. . . .

Die 25. dicti mensis bulle dicte ecclesie date fuerunt parti, que satisfecit de omnibus juribus. Patet per cedulas depositarii.

Oblig. 84 A fol. 19.

2734. **25. Nov. 1478.**

Den udvalgte Biskop Marinus de Fregeno i Camin[1]) faar Lov til at lade sig indvie i Rom af hvilken Biskop, han vil.

Supplicat Marinus de Frigeno electus Caminensis, qui clericali caractere insignitus existit et cupit ad omnes alios sacros et presbiteratus ordines promoveri et in illis promotus altissimo perpetuo famulari, quatenus sibi specialem gratiam facientes, ut a quocunque catholico antistite maluerit in Romana curia residente aliquo seu aliquibus diebus dominicis vel festivis etiam extra tempora ad hoc a jure statuta simul vel successive ad dictos sacros et presbiteratus ordines rite se promoveri facere libere valeat, eisdem antistiti conferendi et ipsi recipiendi ordines huiusmodi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus.

Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat .... Datum Rome 7. kal. dec. anno 8.

Suppl. 768 fol. 88 v.

2735. **3. Dec. 1478.**

Jens Madsen (Brun), forhen Kapellan hos Pavens Søster Franchetta de Rovere, faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Viborg.

Motu proprio. Cum Banutus (!) episcopus ecclesie Vibergensis dictam ecclesiam in manibus nostris sponte resignare ac omni juri sibi ad illam quomodolibet competenti cedere proponat, et propterea ad dictam ecclesiam Nicolaus Glob eiusdem ecclesie canonicus a capitulo ipsius electus fuerit, nos eundem promovere debemus, et [cum] sic dictum canonicatum et prebendam, quos idem Nicolaus ante electionem eandem possidebat, vacare debeant, eosdem canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] Johanni Matthei de Dacia, bone memorie Franchette de Ruuere secundum carnem sororis nostre capellano, conferimus et de illis etiam providemus, ita, ut idem Johannes in assecutione dictorum canonicatus et prebende omnibus cuiuscunque status, etiam si nobiles ex utroque parente vel baronum seu militum genere procreati, etiam si familiares nostri continui commensales

---

[1]) Udnævnelsesbullen af 16. Nov. 1478 findes i Reg. Lat. 793 fol. 49.

vel alicuius s. Romane ecclesie cardinalis fuerint aut priores in data et diligentiores in processibus fuerint, preferatur. Fiat motu proprio F. Datum Rome 3. non. dec. anno 8.

Suppl. 768 fol. 174.

2736. **11. Jan. 1479.**

Præsten Laurens Nielsen fra Ribe Stift faar Dispensation til at have et Alter, han har grundet i Vor Frue Kirke i Haderslev, sammen med et evigt Vikariat i samme Kirke.

Cum Laurentius Nicolai presbiter Ripensis diocesis, qui unus ex quatuor vicariis capelle b. Marie virginis site in collegiata ecclesia eiusdem b. Marie virginis opidi Hadersleue diocesis Slesvicensis existit, ad[1]) laudem et gloriam omnipotentis dei et gloriosissime virginis Marie et s. Andree apostoli ac pro sua et progenitorum suorum animarum salute unum altare sub invocatione eiusdem s. Andree apostoli in dicta collegiata ecclesia b. Marie virginis cum licentia ordinarii loci fundaverit [et] construxerit sive fundare [et] construere proponat, supplicat, quatenus dignemini secum, ut dictum altare . . ., postquam sibi de eodem canonice provisum fuerit, una cum dicta vicaria sive capella b. Marie virginis in eadem collegiata ecclesia b. Marie virginis, quoad vixerit, insimul retinere possit, dispensare . . . Concessum in presentia pape. Pe. Salernitanus. Datum Rome 3. id. jan. anno 8.

Suppl. 769 fol. 273.

2737. **14. Jan. 1479.**

Kong Christierns Hofmester Erik Ottesen (Rosenkrantz) faar Tilladelse til at faa sin Datter og to andre Smaapiger optagne i Klostrene i Mariager eller Maribo, naar de er fyldt 9 Aar; dog skal de ikke aflægge Klosterløftet før efter det fyldte 12te Aar.

Cum tam ex institutis et constitutionibus [*etc. som Nr. 2723 til* revocant], et quia gratiosus miles Ericus Ottonis magister curie Cristiani Dacie etc. regis quandam suam filiam et unam vel duas alias sibi attinentes puellas virgines zelo et fervore devotionis erga deum suamque intemeratam genitricem virginem Mariam et s. Birigiatam (!) ad unum vel plura et diversa monasteria et claustra antedicti ordinis dare et ponere proponat, ut altissimo deo ibi perpetuo famulentur, supplicat idem Ericus miles, quatenus, huiusmodi constitutionibus, statutis et ordinationibus antedicti ordinis pro hac vice derogantes, abbatissis,

---

[1]) Gz. — Cod. et ad

priorissis et monialibus claustrorum ac monasteriorum Mariager Arusiensis et Maribo Ottoniensis diocesium prefati ordinis statuere ac mandare dignemini, ut, dum a prefato Erico milite requisite fuerint, antedictas virgines, ipsius Erici militis filiam et attinentes, cum nonum annum etatis attingerint (!), ad earum monasteria et claustra recipiant easque aliarum virginum et sororum eiusdem monasterii numero et consortio aggregent, ita tamen, quod annos [ɔ: -nus] probationis in dicto ordine sororibus dari solitus prefatis virginibus usque post duodecimum annum ipsarum reservetur, et deinde professionem per tales fieri solitam emittere possint et alia necessaria facere valeant in omnibus, ac si puelle ipse singule decimum octavum annum complevissent, dignemini. Fiat. F. Et per breve v. s. Fiat. F. Datum Rome 19. kal. febr. anno 8.

Suppl. 770 fol. 23.

2738. **14. Jan. 1479.**

Kong Christiern faar bevilget, at den Aflad, der er tilstaaet dem, der besøger hans Kapel i Roskilde, maa blive flyttet til andre Dage.

Dudum pro parte Cristierni Dacie Svecie Norvegie Sclauorum Gothorumque regis inter cetera exposito, quod ipse ad sancte et individue Trinitatis, gloriosissime Marie, s. Anne ac trium regum totiusque triumphantis curie exaltationem, laudem et gloriam ac pro sua et progenitorum suorum animarum salute unam ecclesiam sive capellam sub invocatione eiusdem s. Trinitatis in ecclesia Roskildensi, obtenta prius ab ordinario loci super hoc licentia, fundaverat [et] construxerat, s. v. ad supplicationem prefati regis, cupientis, ut predicta ecclesia sive capella erecta congruis frequentaretur honoribus ac eo libentius utriusque sexus fideles ad dictam erectam ecclesiam sive capellam confluant [ɔ: -erent] . . ., omnibus vere penitentibus et confessis, eandem erectam ecclesiam sive capellam in nativitatis domini nostri Jesu Christi ac assumptionis eiusdem b. Marie virginis festivitatibus necnon eandem die Cene domini devote annuatim visitantibus et ad reparationem ac manutentionem edificiorum dicte ecclesie sive capelle erecte necnon illius librorum, calicum et casularum aliorumque ornamentorum ecclesiasticorum divino cultui dedicatorum fulcimentum manus adjutrices porrigentibus, pro singulis festivitatibus et die predictis indulgentiam centum annorum et totidem quadragenarum inter cetera concessit . . . . Verum, quia in predictis festivitatibus et die Cene

concursus populi pro huiusmodi indulgentiis centum annorum et totidem quadragenarum [consequendis minime habeatur, supplicat predictus rex, quatenus] de dictis festivitatibus et die Cene domini ad festum Epiphanie et dedicationis eiusdem ecclesie sive capelle ac dominicam, qua in ecclesia dei cantatur *Jubilate,* dies transferre dignemini. Fiat. F. Datum Rome 19. kal. febr. anno 8.

Suppl. 770 fol. 23 v.

2739. **14. Jan. 1479.**

Paven flytter efter Ansøgning af Kong Christiern den Aflad, som var tilstaaet dem, der besøger hans Kapel i Roskilde paa Jesu Fødselsdag, Mariæ Himmelfartsdag og Skærtorsdag, hen til Helligtrekongersdag, Kapellets Indvielsesdag og Søndagen Jubilate, da der paa de førstnævnte Dage ikke indfinder sig nogen.

Ad perpetuam rei memoriam. Benigno *(Dipl. Chr. I, 338—391)* [1]*; Reg. 4624 = *7474).* Datum Rome 19. kal. febr. anno 8. XXX.

Orig. med vedhængende Bulle i Silkesnor i Sjælland—Møen 65 (R. A.).

2740. **16. Febr. 1479.**

Kong Christierns Sekretær Jacobus de Wettringe faar Sognekirken i Oldenburg, skønt Kapitlet i Hamburg tidligere ved falske Opgivelser havde opnaaet en Bulle, som lagde Kirken ind under Kapitelsbordet.

Alias s. v. ad supplicationem Cristierni regis Dacie in Veden et in Hilgenstedt parrochiales ecclesie [ɔ: -as] Bremensis diocesis mense capitulari ecclesie b. Marie Hamburgensis dicte diocesis perpetuo univit per alias suas litteras, in quibus continetur e. s. v. unionem huiusmodi fecit [ɔ: fecisse] ad [supplicationem] Cristierni regis Dacie; et deinde, dicta (!) ecclesia in Oldeneburden per obitum Petri Bentz vacante, Jacobus de Wetteringhe clericus Verdensis diocesis, dicti regis secretarius continuus commensalis, illam vigore quarundam litterarum gratie expectative per s. v. sibi concessarum acceptavit et de illa sibi provideri obtinuit, decanus vero et capitulum prefate ecclesie Hamburgensis eiusdem parrochialis ecclesie possessionem pretextu litterarum predictarum apprehenderunt. Cum autem prefatus rex in veritate numquam supplicaverit beatitudini vestre, ut uniret prefatas ecclesias prefate mense, prout s. v. per litteras eiusdem regis certificata extitit, et decanus et capitulum prefati, ut creditur, id suggesserint v. s., ut facilius unionem predictam ex-

[1]) Her dog med det urigtige Aar 1478.

torquere possent ab eadem, supplicat s. v. rex prefatus, quatenus litteras unionis predictas surreptitias et invalidas fuisse et cum inde secutis nullius roboris vel momenti existere ac dictis decano et capitulo et mense illarum pretextu nullum jus queri potuisse in prefatis parrochialibus ecclesiis aut posse sicque per quoscunque in quavis causa judicari et interpretari debere, sublata omnibus quavis aliter interpretandi facultate et auctoritate ac irritum et inane etc. decernere, et nichilominus dicto Jacobo, quod dubitat acceptationem et provisionem predictas viribus non subsistere, de dicta parrochiali in Oldenbburden [fructus 6 mr.], sive ut premittitur sive alias quovis modo sive ex eo, quod suas acceptationem et provisionem non publicavit aut alias diligentias requisitas non fecit, vacet, ... dicto Jacobo providere dignemini. Concessum, constito de assertis in presentia pape. P. Salernitanus . . . . Datum Rome 14. kal. martii anno 8.

Suppl. 771 fol. 143.

2741. **9. Marts 1479.**

Præsten Jens Madsen (Brun) fra Odense Stift fritages for at betale Annater af Pensioner af Kanonikat, Præbende og Vikariat i Hamburg og Kirken i Nigenkerken.

[1479] Die 9. eiusdem mensis [ɔ: martii] unum par bullarum pro Johanne Mathei presbitero Ottoniensis diocesis super pensione annua 24. duc. auri de camera, videlicet 8 super canonicatus et prebende ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis et 8 super perpetue vicarie ad altare ante faciem s. Salvatoris nuncupatum, situm in eadem ecclesia et etiam 8 super parrochialis ecclesie in Nigenkerken terre Dittmertie dicte Bremensis diocesis fructibus etc. eidem assignata etc. Patet per bullas sub data Rome 6. non. martii anno 8. Restituta de mandato. Bulle restitute absque obligatione.

Annate 1478—79 fol. 231 v (Archivio di Stato).

2742. **16. Marts 1479.**

Paven udnævner Kanniken Jens Madsen (Brun) i København til pavelig Nuntius og Kollektor i de nordiske Riger (Provinserne Lund, Trondhjem, Upsala og Riga).

Johanni Mathei de Dacia canonico ecclesie b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis, decretorum doctori, in regnis Dacie, Svecie et Norvegie necnon in Lundensi, Nidrosiensi, Vpsalensi et Regensi provinciis eorumque civitatibus et diocesibus aposto-

lice sedis nuntio ac jurium [et] fructuum camere apostolice debitorum collectori. Ex fideli et solicita ac diligenti prudentia *(Dipl. Norv. XVII, 1073—76).* Datum Rome 17. kal. aprilis anno 8. Non taxata.

Reg. Vat. 657 fol. 220.

2743. **29. Marts 1479.**

Optegnelse om, at Viborgkanniken Jens Madsen (Brun), der er udnævnt til Kollektor i de nordiske Riger, aflægger Løfte om ærlig Regnskabsførelse m. m. under en Bøde af 500 Kammerdukater.

[1479] Die 29. martii Johannes Matthei canonicus Vibergensis, collector deputatus in regnis Dacie, Svecie, Norvegie etc., prout in bulla latius continetur, principalis principaliter se obligavit in forma camere et omnia bona sua quecunque, quod ipse fideliter exercebit officium huiusmodi sue collectorie et bonam rationem et fidelem computum reddet camere apostolice de pecuniis, quas continget eum recipere in dicta collectoria juxta formam commissionis sibi desuper facte sub pena 500 duc. auri de camera eidem camere applicandorum. Et Lucianus de Firmo abbreviator apostolicus ad requisitionem et instantiam dicti Johannis collectoris fidejussit pro [eo] et se obligavit in solidum pro supradictis omnibus in forma. Et juraverunt, renuntiaverunt, constituerunt, promiserunt etc. in camera apostolica . . . . .

Dicta die Petrus de Parma acolitus apostolicus et rector ecclesie s. Silvestri de Gambaretulo Parmensis diocesis accessit supradicte obligationi in forma predicta[1]).

Dicta die Marinus de Fregeno episcopus Caminensis accessit supradicte obligationi in forma predicta.

Libri officialium 1478—92 fol. 14 (Archivio di Stato). Trykt Dipl. Norv. XVII, 596.

2744. **19. April 1479.**

Kollektoren Jens Madsen (Brun) faar Tilladelse til at have Rejsealter.

Dignetur s. v. Johanni Mathei de Dacia, ex utroque parente nobili, decretorum doctori, collectori apostolico in regnis Dacie etc., olim bone memorie Franchete de Ruere s. v. secundum carnem sororis capellano, [concedere, ut] devotionis causa extra

---

[1]) Dette er overstreget og i Randen sat: Cassata, quia noluit promittere.

Urbem altare suum portatile secum ad partes deferre possit. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus.

Et quod sola signatura sufficiat. Concessum. P. Salernitanus. Datum Rome 13. kal. maji anno 8.

Suppl. 773 fol. 160 v.

2745. 20. April 1479.

Paven udsteder Pas og Anbefalingsskrivelse for sin Nuntius og Kollektor til de nordiske Riger, Kanniken Jens Madsen (Brun) i København, med 12 Ledsagere.

Universis etc. Cum Johannes Mathei de Dacia *(Dipl. Norv. XVII, 982—83*[1]*) og 1084—85*[2]*).)* Datum Rome 12. kal. maji anno 8.

Reg. Vat. 670 fol. 146 v.

2746. 21. April 1479.

Paven befaler Biskopperne i Lebus og Brandenburg at paadømme en Sag om nogle Pengefordringer, som Dronning Dorothea har overfor en Del Klostre i Camin Stift.

Lubucensi et Brandeburgensi episcopis. Humilibus supplicum etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dorothee Dacie Svecie et Norvegie regine petitio continebat, quod Colbatzensis, in Hilda, Dargum, Bucowensis, Puddeglauensis et Bebulck abbates et per prepositos gubernari solitorum Grampezowensis et Jasenitze prepositi Cisterciensis et Premonstratensis ac s. Augustini ordinum Caminensis diocesis monasteriorum de quibusdam pecuniarum summis, in quibus eidem regine efficaciter obligati existunt, ipsi regine satisfacere indebite recusarunt hactenus et recusant in animarum suarum periculum et ipsius regine prejudicium non modicum et gravamen. Quare pro parte eiusdem regine nobis fuit supplicatum, ut omnes, quas ipsa regina adversus abbates et prepositos predictos super dictis pecuniarum summis et illarum occasione movere intendit, causas aliquibus prelatis in partibus illis committere . . . . dignaremur. Nos itaque . . . fraternitati vestre mandamus, quatenus . ., vocatis abbatibus ac prepositis predictis ac aliis, qui fuerint evocandi, auditisque hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione

---

[1]) Her dog med den urigtige Dato 20. April 1449. [2]) Her dog med den urigtige Dato 20. Aug. 1479.

remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Rome 11. kal. maji anno 8.

Jo. X. Gerona.
Reg. Lat. 788 fol. 135.

2747. **6. Maj 1479.**

Paven paalægger, efter Kong Christierns Ansøgning, de Gejstlige i Kongens Riger at hjælpe ham med at paase, at ingen ulovlig bemægtiger sig Vraggods, som skal tilfalde Kongen, og straffe de ulydige med Ban, hvis de ikke giver det tagne Gods tilbage.

Cristierno Dacie Svecie et Norvegie regi. Devotionis tue sinceritas *(Dipl. Christierni I, 343—44; ogsaa Dipl. Norv. XVII, 1076—77; Reg. *7489).* Datum Rome pridie non. maji anno 8.

X.

Orig. med vedhængende Blybulle i Silkesnor i Danske gejstlige Sager 18 (R. A.). *Paa Ryggen, med samtidig Haand:* Pawen bywder alle biscoper oc prelater i Danmark at the lægge them alle dag fore, ehwo som helst the ere, som nogen wrag hiemligh tagit eller forryckt haffue, at the thet igien antworde ko. eller hanss embitzmæn inden sex dage sub pena excommunicationis. Afskrift i Reg. Vat. 670 fol. 101. Samtidig Oversættelse: Ældste Archivreg. I, 80—82.

2748. **6. Maj 1479.**

Paven befaler Biskopperne i Camin, Slesvig og Ratzeburg at tillade Biskop Albert Krummedige at beholde et Kapel udenfor Pløen og to Beneficier i Kiel og Oldenburg sammen med sit Stift.

Caminensi et Slesvicensi ac Raseburgensi episcopis. Personam Alberti episcopi Lubicensis . . paterna benivolentia prosequentes, illa sic libenter concedimus, que suis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Alberti episcopi petitio continebat, quod, olim capella s. Ulpirici ante opidum Plone ac uno in Kile necnon alio, vicaria nuncupato, in Oldenborgh opidorum Lubicensis et Bremensis diocesium parrochialibus ecclesiis perpetuis beneficiis, que de jure patronatus comitis Holsatie et Stormarie pro tempore existentis fore noscuntur, tunc successive vacantibus, prefatus Albertus episcopus, illorum sic vacantium de expresso consensu Cristierni regis Dacie ac Holsatie et Stormarie comitis possessionem, nullo sibi suffragante titulo, de facto apprehendens, illa extunc detinuit, prout detinet, occupata, nullos tamen fructus percipiens ex eisdem. Cum autem capella et beneficia predicta adhuc vacare noscantur ad presens, nos, eidem Alberto episcopo, ut statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius

tenere valeat, de alicuius subventionis auxilio providere volentes, fraternitati vestre mandamus, quatenus . . . . capellam et in Kile [quorum fructus 50 fl. auri de camera] necnon in Oldenborgh [fructus 24 fl. auri de camera] beneficia predicta, que et dicta capella sine cura sunt, eidem Alberto episcopo per eum, quoad vixerit, una cum ecclesia Lubicensi, cui preest, ac omnibus beneficiis, que obtinet et imposterum obtinebit, tenenda, ita quod, debitis et consuetis capelle et vacantium beneficiorum predictorum supportatis oneribus, liceat sibi de residuis illorum fructibus disponere, sicuti illa in titulum obtinentes de eis disponere potuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium penitus interdicta, auctoritate nostra commendare curetis . . . . Volumus autem, quod, antequam ad executionem presentium in aliquo procedatis, prefatus Albertus capellam et vacantia beneficia predicta in manibus vestris realiter et omnino dimittat. Datum Rome pridie non. maji anno 8.

Jo. XXXXV. Gerona.
Reg. Lat. 792 fol. 100.

2749. **25. Maj 1479.**

Klerken Mads Boesen fra Roskilde Stift faar Tilladelse til at lade sig præstevie ved Kurien.

Supplicat Mathias Boetii clericus Roskildensis diocesis, capellanus perpetuus ad altare s. Marie Gestmodensis (!) diocesis, quatenus sibi, ut, a quocunque maluerit catholico antistite, in Romana curia residente, in tribus dominicis aut aliis festivis diebus etiam extra tempora ad hoc a jure statuta ad omnes sacros etiam presbiteratus ordines se facere promoveri ipseque antistes in dictis diebus et extra tempora illos sibi conferre possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Salernitanus.

Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et examinetur in camera apostolica. Datum Rome 8. kal. junii anno 8.

Suppl. 775 fol. 76 v.

2750. **11. Juni 1479.**

Paven udnævner Franciskaneren, Lektor Kanutus Johannis fra Stockholm til Inkvisitor mod Kætteriet i Danmark, Sverige og Norge. Han skal indsende Tredjedelen af det, han opkræver af Kætterne, til det pavelige Kammer.

Kanuto Johannis de Stikholin (!), ordinis fratrum Minorum professori, in theologia lectori, heretice pravitatis in Dacie,

Svecie et Norvegie regnis inquisitori. Dum tuam integritatem *(Dipl. Norv. XVII, 1078—79).* Datum Rome 3. id. junii anno 8.

Reg. Vat. 657 fol. 246.

2751. **20. Juni 1479.**

Paven giver sin Nuntius i de nordiske Riger, Biskop Marinus de Fregeno i Camin, Tilladelse til at give 30 Par indenfor hans Nuntiaturs Omraade Lov til at indgaa Ægteskab i forbudte Grader, endvidere Tilladelse til at tilstaa 25 Adelige Rejsealter, hvor de kan lade holde Messe ogsaa før Daggry, til at udnævne 30 ugifte Personer, der ikke er Præster, til Notarer og til at bortgive 30 Embeder, som dog ikke maa være de øverste i Kirkerne og ikke maa have en Aarsindtægt paa mere end 50 Kammergylden.

Marino episcopo Caminensi, apostolice sedis nuntio. Personam tuam *(Dipl. Norv. XVII, 1079—83).* Datum Rome 12. kal. julii anno 8.

Reg. Vat. 591 fol. 42.

2752. **26. Juni 1479.**

Biskop Albert Krummedige i Lübeck faar Tilladelse til at lægge Reinfeld Kloster i Lübeck Stift ind under Biskopsbordet, saa længe han lever.

Licet monasterium in Reymeruelde in ducatu Holtzatie Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis satis insigne per modum illarum partium et in suis redditibus competenter dotatum existat, tam[en] propter incuriam et malum regimen nonnullorum abbatum eiusdem monasterii, qui hactenus fuerunt, inter quos et monachos eiusdem ac inter ipsos monachos divisiones, contentiones et partialitates et scandala oriuntur, nobiles et laici illarum partium monasterium ipsum gravant et affligunt, propter que proventus illius passim diminuuntur, divinus cultus negligitur et de totali desolatione ipsius monasterii, presertim cum modernus illius abbas senio confectus et viribus sui corporis destitutus existat, verisimiliter formidari potest. Verum, si monasterium ipsum [fructus 200 fl. auri de camera] mense episcopali Lubicensi ad vitam Alberti episcopi Lubicensis dumtaxat uniretur, profecto ipse Albertus episcopus ex datis sibi ab illarum largitore virtutum donis seditiones et rixas tollere, [pacem][1]) parare et unionem consiliare (!), prolapsa reformare ac monasterium ipsum in spiritualibus et temporalibus feliciter regere posset ac etiam ex hoc in suis necessitatibus aliquod relevamen susciperet. Quare supplicat Cristiernus rex Dacie etc. illustrissimus, sub cuius temporali dominio ratione sui ducatus Holtzatie dictum

[1]) add. Gz.

monasterium consistit, quatenus . . . monasterium prefatum eidem mense ad vitam dicti Alberti episcopi dumtaxat, seu quamdiu ecclesie Lubicensi prefuerit, unire [dignemini][1]), ita quod, cedente vel decedente dicto moderno abbate seu alias monasterium ipsum quomodolibet dimittente, liceat ipsi Alberto episcopo . . . monasterii predicti corporalem possessionem propria auctoritate libere apprehendere illiusque fructus etc. in suos ac mense et monasterii predictorum usus convertere, cuiusvis super hoc licentia minime requisita, non obstante regula cancellarie, qua cavetur, quod in unionibus fructus exprimantur. Et fiat commissio ad partes. vocatis etc. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Et in forma gratiosa. Datum Rome 6. kal. julii anno 8.

Suppl. 776 fol. 174 v.

2753. **5. Juli 1479.**

Paven lægger Reinfeld Kloster ind under Biskopsbordet i Lübeck, saa længe Biskop Albert Krummedige lever, og befaler Abbeden i Doberan og Biskoppen i Camin at sørge for, at Bullen bliver bragt til Udførelse.

Ad futuram rei memoriam. Ex superne maiestatis providentia [etc.]. Cum, sicut coram nobis propositum est, monasterium Reynwelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis, causantibus dissensionibus, que retroactis temporibus fuerunt inter illius pro tempore abbatem et monachos ac inter ipsosmet monachos, plurima in temporalibus et spiritualibus perpessum fuerit hactenus detrimenta et continue patiatur, nos, ne monasterium ipsum tot exponatur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes ac sperantes, quod, si monasterium ipsum mense episcopali Lubicensi, quamdiu Albertum episcopum Lubicensem[2]) ecclesie Lubicensi preesse contingeret, uniretur, ipse Albertus episcopus sua providentia et circumspectione contentiones et litigia huiusmodi de medio summoveret, ipsumque monasterium ad votive reformationis statum reduceretur et grandia in eisdem temporalibus et spiritualibus susciperet incrementa cum divini cultus augmento et animarum salute, habita super hiis cum fratribus nostris s. Romane ecclesie cardinalibus deliberatione matura, licet dudum inter alia voluerimus, quod petentes beneficia aliis uniri tenerentur exprimere verum valorem . . . tam beneficii uniendi quam illius, cui unio fieri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interest, ... monasterium ipsum . .

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. Albertus episcopus Lubicensis

mense prefate, quam diu prefatus Albertus episcopus dicte ecclesie preerit, ... presentium tenore unimus, ita quod [*etc. som forrige Brev til* requisita], rogantes et hortantes attente abbatem monasterii in Dobrano prefati ordinis Zwerinensis diocesis, cui dictum monasterium Reynwelde ut patri abbati ex institutis dicti ordinis per sedem predictam approbatis subesse dinoscitur, sibique mandantes, quatenus eundem episcopum et monasterium sue mense predicte unitum, postquam unio predicta suum debitum sortita fuerit effectum, habeat pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis et sic eos favoris sui presidio prosequatur, quod idem episcopus in commisso sibi dicti monasterii regimine se deo propitio utilius exercere valeat, ipseque pater abbas divinam misericordiam ac dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi mereatur. Et nichilominus episcopo Caminensi . . . . mandamus, quatenus, si dictus modernus abbas regimini dicti monasterii ad effectum unionis predicte in eius manibus sponte cedere voluerit, cessionem ipsam ab eodem moderno abbate vel procuratore suo . . . auctoritate nostra hac vice dumtaxat recipiat eaque per ipsum recepta decernat unionem huiusmodi extunc suum effectum sortitam fuisse, necnon a conventu dicti monasterii obedientiam et reverentiam, ab illius vero vassallis et aliis subditis fidelitatem et consueta servitia atque jura ab ipsis dicto monasterio debita prefato episcopo Lubicensi libere impendi et exhiberi ac sibi de ipsius monasterii fructibus [et] juribus integre responderi faciat. Datum Rome 3. non. julii anno 8.

LX.

Reg. Vat. 591 fol. 190.

2754. **26. Juli 1479.**

Paven fornyer og stadfæster alle de Privilegier, der tidligere var tilstaaede Dominikanerne og Franciskanerne, især med Hensyn til Aflad, Velynderes Gaver og Begravelse i Ordensdragten, kirkelige Beneficier og Inkvisitorer, samt udvider alle Privilegier, der er indrømmede andre Tiggerordener, til ogsaa at gælde de to nævnte Ordener.

Ad perpetuam rei memoriam. Sacri Predicatorum et Minorum fratrum ordines *(Wadding, Annales Minorum XIV, 224—29; Dipl. Norv. IX, 346—53).* Datum Rome 7. kal. aug. anno 8.

Indtaget i Pavebrev af 2. Okt. 1482, der er afskrevet i [Nic. Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D, 159—71.

2755. **12. Aug. 1479.**

Dominikanermunken Hemming Pedersen Quitzow faar fornyet Tilladelse til at prædike og døbe i Kong Christierns Lande og Provinserne Sachsen og Polen. Tilladelsen skal meddeles ham i en Bulle og ikke som før i et Brev.

Licet alias s. v. ad supplicationem Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis per suas certi tenoris litteras in forma brevis Hemingo Petri Swytzaw (!) ordinis Predicatorum, ut in prefati regis dominiis et regnis ac Polonie et Saxonie provinciis verbum dei cum duobus sociis per ipsum oratorem eligendis predicare libere posset, licentiam concesserit ac omnibus dicti ordinis Predicatorum prelatis ac monasteriorum guardianis, ne ipsum oratorem quoquo modo desuper impedire auderent, immo eundem oratorem benigne recipere et tractare deberent, mandaverit, ipseque orator juxta sibi a munerum omnium largitore domino tributam gratiam et facultatem sibi a e. s. v. concessam in nonnullis civitatibus et terris prefati regis dictum verbum dei predicaverit et non parvum fructum cum huiusmodi suis predicationibus in partibus illis et presertim in confinibus Ruthenorum fecerit et quamplures, qui nondum baptisati erant, ad suscipiendum sacrum baptisma induxerit, nichilominus, quia de huiusmodi licentia sibi concessa [non][1]) aliter quam per dictas litteras in forma brevis et non per bullam plumbeam [certitudinem] facere poterat, quamplures difficultates per non habentes notitiam de validitate dictarum litterarum sibi facte extiterunt, et propterea, ut ipse orator, qui sexagenarius est et nullum aliud optat nisi animarum salutem, sublatis difficultatibus et impedimentis occasione premissorum sibi factis et imposterum fiendis, eius desiderium commodius adimplere et saluti animarum evangelicam doctrinam in dictis suis predicationibus exponendo consulere et providere valeat, supplicat e. s. v., quatenus sibi, ut in dictis regnis, provinciis et dominiis verbum dei huiusmodi juxta facultatem sibi in dicto brevi concessam predicare possit, licentiam concedere litterasque apostolicas desuper expediri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Et quod littere expediantur in forma gratiosa. Concessum. P. Salernitanus. Datum Rome pridie id. aug. anno 8.

Suppl. 778 fol. 47 v.

2756. **12. Aug. 1479.**

Paven giver, efter Kong Christierns Ansøgning, Dominikaneren Hemming Pedersen Quitzow, der nu er 60 Aar, med Held har prædiket Kristendommen

---

[1]) add. Gz.

i Kongens Lande, særlig i Nærheden af Russernes Grænser, og døbt ikke faa Hedninger. Tilladelse til sammen med to Ledsagere at fortsætte sin Missionsvirksomhed i Kongens Lande samt Provinserne Polen og Sachsen.

Heningo Petri Quitzaw ordinis fratrum Predicatorum professori. Religionis zelus, vite ac morum honestas *(Dipl. Norv. XVII, 596—97)*. Datum Rome pridie id. aug. anno 8.

N. XVI. Garilliati.
Reg. Lat. 791 fol. 292.

2757. 14. Dec. 1479.

Paven befaler Kantoren i Slesvig at overdrage Klerken Jens Tetens fra Slesvig Stift Sognekirken i Mildsted med Kapellet i Husum.

Cantori ecclesie Slesvicensis. Dignum etc. Cum itaque Hurricus (!) Schriuer, rector[1]) parrochialis ecclesie in Milstede Slesvicensis diocesis, qui Martini pape V familiaris continuus commensalis fuit, ecclesiam predictam, quam obtinet, sponte resignare proponat, nos, votis ipsius Hurrici (!) favorabiliter annuentes ac Johannem Tetenssen clericum dicte diocesis in artibus magistrum gratioso favore prosequi volentes, . . . discretioni tue mandamus, quatenus ab eodem Hurrico (!) . . . resignationem huiusmodi recipias eaque per te recepta ecclesiam predictam, cui capella Husen eiusdem diocesis canonice est annexa [cuius et dicte capelle fructus 4 mr.], cum capella annexa huiusmodi eidem Johanni auctoritate nostra conferas. Nos enim, qui dudum inter alia voluimus, quod, si quis in infirmitate constitutus resignaret aliquod beneficium sive simpliciter sive ex causa permutationis et postea infra viginti dies de ipsa infirmitate decederet, ac ipsum beneficium conferretur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla esset, ipsumque beneficium nichilominus per obitum vacare censeretur, volumus, quod, si forsan ipse Hurricus (!) tempore resignationis per eum faciende huiusmodi in aliqua infirmitate, ex qua ipsum infra viginti dies post dictam resignationem decedere contingat, constitutus fuerit, nichilominus collatio et provisio ipsi Johanni de dicta ecclesia per huiusmodi resignationem per te faciende valide et efficaces existant, ipsaque ecclesia non per obitum, sed per resignationem huiusmodi vacavisse censeatur. Datum Rome 19. kal. jan. anno 9.

N. Garilliati.
Reg. Lat. 801 fol. 96 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. F.) i Suppl. 781 fol. 67.

[1]) II: rector sive vicarius curatus

2758. **14. Dec. 1479.**

Klerken Jakob Bartoldsen fra Odense Stift faar Absolution for den Del, han har haft i, at hans Herre Hans Poyske (til Berridsgaard) har ladet en Kvinde, som havde dræbt sit Barn, brænde.

Exponitur pro parte Jacobi Bertoldi clerici Ottoniensis diocesis, quod, cum ipse olim nobilis viri Johannis Poscke dicte diocesis obsequiis insisteret, et quedam mulier eiusdem diocesis, dum in humanis ageret, sue anime salutis immemor proprium puerum suum interfecisset[1]) et propter huiusmodi scelus carceribus mancipata fuisset et ab eisdem carceribus auffugisset, ipseque orator cum certis castrensibus sive dicti nobilis Johannis familiaribus dictam mulierem sic profugam in quadam villa latentem reperisset ipsamque capi et ad castrum dicti nobilis reduci et in carceribus remancipari, non animo, ut ad mortem, sed ad aliquam pecuniarum summam sive congruentem penam condempnaretur, fecisset, tamen idem nobilis, antequam ipse orator ad castrum reverteretur, eandem mulierem sententialiter igne cremari fecit. Cum autem prefatus orator in morte sive sententia dicte mulieris culpabilis, ut premittitur, non fuerit ac de premissis doleat ab intimis et intendat facere penitentiam de per eum commissis cupiatque ex magno devotionis fervore ad omnes sacros ordines etiam presbiteratus promoveri et in illis altissimo famulari, quare pro parte dicti oratoris supplicatur, quatenus eum ab huiusmodi reatu absolvere omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam quomodolibet penitus abolere ac secum super irregularitate modo premisso per eum contracta, quod ipse ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines promoveri et in illis, huiusmodi per eum susceptis ordinibus, ministrare libere valeat, dispensare dignemini. Fiat citra ministerium altaris. F. Datum Rome 19. kal. jan. anno 9.

Suppl. 781 fol. 152 v.

2759. **14. Dec. 1479.**

Kong Christiern faar Privilegiet de non evocando (Nr. 2127) udvidet til ogsaa at omfatte Holsten.

Dudum Nicolao pape V pro parte Cristierni Dacie etc. regis exposito [*etc. som Nr. 2721 indtil* evocentur]. Supplicat igitur Cristiernus rex prefatus, quatenus huiusmodi Nicolai et Calixti . . privilegium et indultum suo regno Dacie concessum . . . ex certa

---

[1]) Gz. — Cod. interfecerit

scientia confirmare et de novo concedere dictumque indultum et privilegium cum omnibus censuris et penis in contrarium facientes promulgatis ac decretis omnibusque aliis in litteris predictis contentis ad incolas . . . ducatus predicti, ita quod judices et conservatores dictis habitatoribus et indigenis regni Dacie in prefatis litteris deputati etiam eisdem habitatoribus et indigenis ducatus predicti in premissis efficacis defensionis presidio assistere et omnia exequi possint, sicut prefatis habitatoribus et indigenis prefati regni Dacie assistere possint, extendere dignemini. Fiat. F. Et quod littere expediantur ad futuram sive perpetuam rei memoriam in forma gratiosa. Fiat. F. [Datum Rome 19. kal. jan. anno 9.]

Suppl. 781 fol. 66.

2760. 14. Dec. 1479.

Kong Christiern faar bevilget, at hans Sekretær, Slesvigkanniken Enwald Søvenbroder, faar Provstiet i Slesvig mod at udrede en Pension til den afgaaende Provst Johan Embeke.

Item, cum Johannes Eanche(!) prepositus ecclesie Slesvicensis prepositurам ipsius ecclesie, que inibi dignitas post pontificalem maior et de jure patronatus regis Dacie etc. ex privilegio per s. v. dicto regi concesso existit, et quam ipse Johannes obtinet, in manibus s. v. seu alterius ad id potestatem habentis resignare proponat, supplicat prefatus rex tam in personam dicti Johannis quam etiam Enwaldi de Sauenbrader canonici eiusdem ecclesie Slesvicensis et ipsius regis secretarii, quatenus, resignationem huiusmodi admittentes ipsique Enwaldo specialem gratiam facientes, de dicta prepositura [fructus 6 mr.] eidem Enwaldo in eventum resignationis et admissionis huiusmodi per eiusdem regis litteras s. v. presentato providere dignemini ac eidem Johanni, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam tertie partis fructuum etc. dicte prepositure eidem Johanni, quoad vixerit, per dictum Enwaldum et successores suos annis singulis in terminis de partium consensu statuendis ac sub censuris in talibus apponi consuetis integre persolvendam reservare, et nichilominus, si ipse Johannes tempore resignationis huiusmodi in aliqua infirmitate, ex qua ipsum post huiusmodi resignationem infra viginti dies decedere contingat, constitutus fuerit, quod nichilominus collatio et provisio de dicta prepositura eidem Enwaldo faciende huiusmodi valide et efficaces sint, ipsaque prepositura non per obitum, sed

resignationem vacare censeatur, decernere dignemini. Fiat. F. [Datum Rome 19. kal. jan. anno 9.]

Suppl. 781 fol. 66 v.

2761. **18. Dec. 1479.**

Lundekanniken Peder Poulsen faar ny Provision paa Dekanatet i Lund, der med Patronens, Kong Christierns, Samtykke er tildelt ham efter Ærkedegnen i Roskilde Jens Pedersen, Kongens Kansler, der havde opgivet Embedet.

Decanatu ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 342)*. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 15. kal. jan. anno 9.

Suppl. 781 fol. 152 v.

2762. **20. Dec. 1479.**

Provsten Johannes Poldenbughe i Doberan faar et Beneficium i Sognekirken i Goldberg i Schwerin Stift, efter at Klerken Anton Antonsen fra Slesvig Stift havde opgivet det.

Cum perpetuum beneficium situm in parrochiali ecclesia opidi Goltberch Zwerinensis diocesis, quod de jure patronatus laicorum existit, per obitum Didrici Poylen vacet ad presens, supplicat Johannes Poldenbughe prepositus secularis monasterii Dobbertinensis dicte diocesis ordinis Cisterciensis, quatenus sibi, ad cuius nominationem sive petitionem ratione prepositure sue Dobbertinensis, quam obtinet, patroni dicti beneficii personam idoneam presentare teneantur, de dicto beneficio, quod sine cura existit [fructus 2 mr.], sive ut premittitur seu per liberam . . . cuiusdam Anthoniy Antonii clerici Slesvicensis diocesis nuper ad dictum beneficium ad nominationem sive petitionem dicti Johannis prepositi per patronos ipsius beneficii presentati . . . sponte factam resignationem vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 13. kal. jan. anno 9.

Suppl. 781 fol. 114.

2763. **31. Dec. 1479.**

Paven stadfæster Oluf Jensen som Abbed i Sorø Kloster, hvortil han tidligere var valgt af Kapitlet og stadfæstet af Abbed Peder i Esrom.

Olano[1]) abbati monasterii de Sora Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis. Solicite considerationis intuitum, prout pastoralis officii cura requirit, circa statum ecclesiarum et monaste-

[1]) II: Olavus Johannis

riorum omnium, que vacationis incommoda deplorare noscuntur, salubriter dirigendum extendentes operose diligentie studium libenter impendimus, ut singulis ecclesiis et monasteriis, ne diuturne vacationis incommoda sustineant, de salubris provisionis remedio salubriter consulatur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod alias, monasterio de Sora Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis ex eo, quod Petrus[1]) monachus, tunc abbas dicti monasterii, regimini illius, cui tunc preerat, in manibus Petri abbatis monasterii de Esrom ordinis et diocesis predictorum sponte cessit, ipseque Petrus abbas monasterii de Esrom, cum ad illius abbatem pro tempore existentem admissio cessionis regiminis dicti monasterii de Sora, que pro tempore fit, ac de persona idonea ipsi monasterio de Sora, dum pro tempore vacat, prefectio et provisio de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertineant, cessionem predictam ordinaria auctoritate duxit admittendam, abbatis regimine destituto, conventus dicti monasterii de Sora de licentia Petri abbatis monasterii de Esrom . . . . . te ordinem ipsum expresse professum in eorum et dicti monasterii de Sora abbatem concorditer elegerunt, tuque electioni huiusmodi illius tibi presentato decreto consensisti ac de persona tua eidem monasterio de Sora provideri teque illi in abbatem prefici per dictum Petrum abbatem monasterii de Esrom juxta statuta dicti ordinis dicta auctoritate obtinuisti ac electionis et provisionis . . . huiusmodi vigore possessionem regiminis bonorum dicti monasterii de Sora assequutus illa extunc laudabiliter exercuisti, prout exerces de presenti. Cum autem dubites electionem, provisionem et prefectionem de te factas huiusmodi viribus non subsistere, et dictum monasterium de Sora adhuc, ut prefertur, vacare noscatur, nos, cupientes eidem monasterio de Sora, ne longe vacationis subjaceat detrimentis, de persona utili et idonea, per quam circumspecte regi et salubriter dirigi valeat, providere . . . ., de persona tua eidem monasterio de Sora [fructus 12 mr.] . . . providemus teque illi preficimus in abbatem . . . . Quocirca episcopo Ortano et Johanni Baptiste de Ferrariis canonico ecclesie Mutinensis ac archidiacono Roskildensi mandamus, quatenus . . . . tibi in apprehendenda possessione regiminis dicti monasterii de Sora assistentes faciant tibi a dictis conventu obedientiam et reverentiam congruentes necnon a vassallis et aliis subditis dicti

[1]) H: Petrus Benedicti

monasterii de Sora consueta servitia et jura exhiberi. Datum Rome pridie kal. jan. anno 9.

L.

Reg. Vat. 630 fol. 288 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum de nova provisione in presentia pape. P. Salernitanus) i Suppl. 781 fol. 222 v.

2764. 31. Dec. 1479.

Odensekanniken Otto Jensen (Foged) faar Lov til at forene Besiddelsen af Præbenden Aasum og et Beneficium i Odense.

Exponitur pro parte Ottonis Johannis canonici Ottoniensis, magistri in artibus, de nobili genere ex utroque parente procreati, quod alias Johannes Lundensis archiepiscopus et Olavus Roskildensis ecclesiarum episcopus, ad instantiam Cristierni Dacie etc. regis judices et executores ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputati, ecclesiam Ottoniensem in cathedralem secularem ecclesiam erexerunt et inibi nonnullas prebendas canonicales instituerunt et inter alia eadem auctoritate apostolica eis concessa cuidam prebende canonicali institute, Aaswin (!) vulgariter nuncupate, quoddam simplex sine cura beneficium, bona vicaria nuncupatum, ad collationem . . episcopi Ottoniensis pro tempore existentis spectans unierunt, ipseque orator prebendam canonicalem institutam et beneficium simplex sibi annexum acceptavit et de illis auctoritate predicta sibi obtinuit provideri possessione subsecuta. Cum autem ex eo, quod episcopus Ottoniensis in unionem predictam expresse non consensit . . ., dubitat ipse Otto unionem ac collationem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus, unionem ac collationem huiusmodi cum inde secutis ratas et gratas habentes, nichilominus de dicta prebenda canonicali Aasin (!) et simplici beneficio, vicaria nuncupato, [fructus insimul 3 mr.] eidem Ottoni de novo provideri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome pridie kal. jan. anno 9.

Suppl. 781 fol. 225.

2765. 21. Jan. 1480.

Enwald Søvenbroder lover at betale Annater af Provstiet i Slesvig.

[1480] Die predicta [ɔ: 21. mensis jan.] honorabilis vir Ludouicus de S. Gemigniano litterarum apostolicarum abbreviator ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine Enwaldi de Savenbrader canonici ecclesie Slesvicensis pro annata prepositure eiusdem ecclesie [fructus 6 mr.], vacature per resignationem Johannis Emeke . . extra Romanam curiam

faciendam. Et mandatur provideri dicto Enwaldo de dicta prepositura sub data Rome 19. kal. jan. anno 9. Et promisit solvere annatam dicte prepositure eidem camere hic in curia infra octo menses proxime sequentes sub penis camere etc. Juravit etc. Restituta de mandato, quia est commissio resignationis ad partes etc.

Annate 1479—80 fol. 152 v (Archivio di Stato).

2766. **13. Febr. 1480.**

Paven giver, efter Ansøgning af Kong Christiern, Ærkebiskop Jens (Brostrup), Biskop Oluf (Mortensen Baden) i Roskilde og Biskop Karl (Rønnov) i Odense samt Guardianerne og Brødrene i Franciskanerklostrene i Odense, Svendborg og Nysted, Observanterne i disse 3 Klostre Lov til at vælge en Vikar af deres egen Midte, som skal staa direkte under den ultramontane Generalvikar for Observanterne. Vikaren skal stadfæstes af Provinsialministeren, men hvis det ikke er sket inden 3 Dage efter Valget, skal dette anses for at være bekræftet af Paven. Biskoppen og Dekanen i Odense samt Provsten i Roskilde indsættes til Eksekutorer.

Ad perpetuam rei memoriam. Quamquam ex debito summi pontificatus officii, nobis licet immeritis dispositione divina commissi, circa quorumlibet fidelium, presertim mundanis abjectis illecebris sub regularis observantie jugo altissimo famulantium, profectus, utilitates et commoda nos deceat intentos existere, ordinem tamen fratrum Minorum eiusque professores tanto potioribus favoribus confovere satagimus, quanto ex illorum scientia, doctrina et virtutibus ac fructuosis operibus maiores etiam ad fidei catholice propagationem ac divini nominis laudem et gloriam fructus in dei ecclesia noscuntur provenire, et ad illa, que eorum paci et quieti ac animarum suarum saluti oportuna fore conspicimus, nos favorabiles et benivolos exhibemus, prout cognoscimus in domino salubriter expedire. Sane pro parte guardianorum et fratrum Ottoniensis, Svinburgensis ac Nistadensis[1]) Ottoniensis diocesis provincie Dacie domorum ordinis fratrum Minorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipsi, cupientes, ut superioribus annis in dicta provincia regularis vigeret vite observantia secundum regulam et instituta b. Francisci, nonnullas litteras desuper a Zanetto de Utino, tunc dicti ordinis generali ministro, impetrarunt, quas a nobis postmodum auctoritate apostolica confirmari obtinuerunt. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, licet guardiani et fratres huiusmodi predictarum litterarum vigore regularem observantiam

[1]) Gz. — Cod. Nistadensis locorum Ottoniensis

inter se voluntarie assumpserint et in illa certis annis perseveraverint, nichilominus propter varias et multiplices inquietationes, perturbationes et molestationes, que eis a nonnullis fratribus reformationi et observantie huiusmodi penitus contrariis incessanter inferuntur, dubitant verisimiliter in futurum in huiusmodi observantia perseverare posse, pro parte tam Cristierni Dacie Svecie et Norvegie regis ac Johannis archiepiscopi Lundensis et Olavi Roskildensis ac Caroli Ottoniensis episcoporum quam guardianorum et fratrum predictorum nobis fuit supplicatum, ut ipsis, quod unum ex eis, scientia, moribus et religione preditum, fratrem in suum possint eligere vicarium provincialem ad instar . . . aliorum fratrum de observantia in provinciis ultramontanis existentium, concedere, ipsosque ac eorum domos predictas ab omni jurisdictionis superioritate, et potestate tam generalis quam provincialis ministrorum totaliter eximere ac eos jurisdictioni et correctioni dicti vicarii per eos pro tempore electi necnon generalis vicarii fratrum familie ultramontane eiusdem ordinis et observantie subjicere et summittere . . . . dignaremur. Nos igitur, qui ad ordinem et illius professores predictos singularem gerimus devotionis affectum et eorundem professorum pacem et quietem intensis desideriis, quantum cum deo possumus, procuramus, Eugenii IV et Pii II ac nonnullorum aliorum Romanorum pontificum vestigiis inherentes, prefatis ac pro tempore existentibus dictarum domorum guardianis et fratribus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus unum ex ipsis, scientia, moribus et religione preditum, fratrem in suum possint eligere vicarium provincialem ad instar . . aliorum fratrum de observantia dicti ordinis, quem sic electum pro tempore ministro provinciali dicti ordinis pro confirmatione electionis huiusmodi obtinenda presentare teneantur, quam electionem, si ipse minister provincialis confirmare recusaverit seu etiam distulerit, electio ipsa post triduum per sedem apostolicam confirmata esse censeatur, tenore presentium concedimus. Et insuper, ut ipsi guardiani et fratres liberius et quietius divinis vacare valeant beneplacitis, ipsos ac eorum domos ab omni jurisdictionis superioritate et potestate predictorum ministrorum penitus eximimus eosque et domos predictas jurisdictioni et correctioni tam provincialis per eos pro tempore electi quam generalis ultramontani vicariorum, [1])etiam tam generalis huiusmodi[1]), qui

---

[1—1]) bør vist udgaa.

in eos ac domos predictas similem potestatem habeant, quam etiam provinciales vicarii ordinis et observantie predictorum in aliis provinciis ultramontanis quomodolibet habent, perpetuo subjicimus, ita quod ipse vicarius sic pro tempore electus in eos ac domos predictas quoscunque ordinem predictum ingredi volentes recipere ac ipsius ordinis habitum exhibere et ad professionem admittere, visitare, corrigere, delinquentes quoscunque punire, incarcerare et a carceribus liberare, a censuris absolvere, congregationes et capitula convocare et generaliter omnia facere, ordinare et disponere possit, que alii vicarii provinciales de observantia ultramontani dicti ordinis de jure, privilegio vel consuetudine facere possunt et consueverunt, dictorum ministrorum provincialis et generalis et cuiusvis alterius licentia vel assensu minime requisitis. Preterea vicario sic electo ac guardianis et fratribus prefatis, ut omnibus privilegiis . . . . et litteris apostolicis aliis domibus de observantia et illarum vicariis, guardianis et fratribus in genere per sedem predictam aut alios quomodolibet concessis, et quibus alie domus et illarum vicarii, guardiani et fratres huiusmodi gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vicarius sic electus ac tres domus et illarum guardiani et fratres pro tempore gaudere etiam possint ac debeant, eodem tenore similiter concedimus, decernentes omnes processus ac executiones aliasque sententias, censuras et penas, quos et quas per prefatos ministros in provincialem vicarium electum ac guardianos et fratres dictarum trium domorum fieri seu promulgari, necnon quicquid super hiis a quoquam quavis auctoritate contigerit attemptari, irrita et inania nulliusque existere roboris vel momenti, moderationibus et aliis constitutionibus alias per Eugenium et Pium predecessores prefatos editis in omnibus semper salvis. Et nichilominus episcopo Ottoniensi ac preposito Roskildensis ac decano Ottoniensis ecclesiarum mandamus, quatenus . . . premissa omnia, ubi et quando expedierit, ac pro parte guardianorum et fratrum Ottoniensis, Svinburgensis et Nystadensis domorum predictarum super hoc fuerint requisiti, solenniter publicantes ipsisque guardianis et fratribus super hiis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant omnia premissa inviolabiliter observari ac ipsos pacifica exemptione aliisque premissis pacifice gaudere, non permittentes vicarium pro tempore electum, guardianos et fratres predictos contra presentium litterarum tenorem per quoscunque, cuiusvis . . . status . . fuerint, impediri, perturbari seu etiam mo-

lestari, impedientes, perturbatores et molestatores necnon contradictores quoslibet et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam et alia oportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis. Non obstantibus . . . . quibusvis privilegiis . . et litteris quibuscunque aliis domibus, locis sive personis dicti ordinis per sedem predictam aut alias quomodolibet, presertim per Paulum II in bulla, que *Concordia* appellatur, aut sub quacunque alia forma etiam per nos quomodolibet concessis, quibus omnibus, inquantum presentibus prejudicent, ... hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus . . . . Datum Rome id. febr. anno 9.

[Orig. med Bulle i Silkesnor, der er indtaget i et Eksekutionsbrev af 16. Maj 1480 fra Biskop Karl Rønnov og Dekanen Claus Andersen (Ulfeld) i Odense; dette atter afskrevet i Nicolaus Jordanis Kopibog, hvorefter] Afskrift i Barth. D, 134—39.

2767. **17. Febr. 1480.**

Paven stadfæster Oprettelsen af et Helligaandskloster i Malmø, efter Ansøgning af Kong Christiern. Denne havde sørget for, at nogle Brødre fra Klostret i København var blevne overførte til Malmø for at indføre den regulære Observans; derpaa havde Ærkebiskop Jens Brostrup stadfæstet Klostret og tildelt det de Privilegier, der tilkom Klostret i København og hele Ordenen, og dennes Stormester Innocentius Flavius de Rovere havde efter Opfordring af den københavnske Prior Christiern Torkilsen og Raadet i Malmø forenet de to Klostre og gjort Christiern Torkilsen til sin Vikar og Visitator i alle nordiske Klostre.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis officii *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 348)*. Datum Rome 14. kal. martii anno 9.

L. XXXX. de Restis pro A. de Petra.

Reg. Lat. 803 fol. 50 v; ogsaa (II) Reformatio af Supplik (Concessum. P. Salernitanus) i Suppl. 782 fol. 196.

2768. **21. Febr. 1480.**

Prioren for Helligaandsklostret i København fritages for at betale Annater af det med dette Kloster forenede Kloster i Malmø.

[1480] Die predicta [ɔ: die 21. mensis febr.] una bulla pro priore hospitalis domus s. Spiritus Affnensis ordinis s. Spiritus Roskildensis diocesis super unione domus sive hospitalis Malmugensis eiusdem ordinis Lundensis diocesis, cuius fructus habentur pro expressis, facta dicto hospitali dicte domus Affnensis in forma confirmationis unionis. Patet per bullam sub data Rome

14. kal. martii anno 9. Restituta de [mandato], quia non ascendit summam, prout probavit etc. per testes.

Bulle restitute sine obligatione.

Annate 1479—80 fol. 249 v (Archivio di Stato). Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 348.

2769. 9. Marts 1480.

Klerken Marcus de Maldorp fra Lunde Stift, der, skønt kun 20 Aar gammel, har opnaaet et Kapellani i Lunde Domkirke og ladet sig præstevie, faar Absolution herfor og Tilladelse til at læse Messe, naar han er 22 Aar.

Vacante nuper certa capellania *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 351)*. Concessum in 22. anno in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 7. id. martii anno 9.

Suppl. 783 fol. 138 v.

2770. 16. Marts 1480.

Paven stadfæster Skovklosters Privilegier og befaler Ærkebiskoppen i Lund og Biskoppen og Provsten i Roskilde at vaage over, at de overholdes.

Ad perpetuam rei memoriam. Sacri apostolatus ministerio divina dispositione presidentes, vota personarum quarumlibet, presertim sub regularis jugo [observantie] altissimo famulantium, benigno favore complectimur et ea, que pro illarum ac ecclesiarum ac monasteriorum eorundem commoditate ac quiete largitione pontificum et secularium principum munificentia eis pie concessa fuisse noscuntur, ut firma perpetuo illibataque persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus. Sane, sicut exhibita nobis nuper pro parte abbatis et conventus monasterii s. Petri de Nestweth, alias Sckowcloster, ordinis s. Benedicti Roskildensis diocesis petitio continebat, licet monasterio prefato nonnulla littere, privilegia . . . ac jura etiam decimandi, conferendi beneficia ac presentandi ad eadem, jurisdictiones quoque et bona mobilia et immobilia per sedem apostolicam et eius legatos ac archiepiscopos, episcopos aliosque prelatos, imperatores, reges, duces, marchiones, comites, milites, barones et alias ecclesiasticas et etiam seculares personas concessa et donata ac alias acquisita fuerint, ac prefati et pro tempore existentes dicti monasterii abbates et conventus a rectoribus, plebanis nuncupatis, parrochialium ecclesiarum, plebium nuncupatarum, s. Petri et s. Martini opidi Nestweth dicte diocesis certum annuum censum singulis annis receperunt(!) ac rectorem sive magistrum scolarium et ministrum dictarum ecclesiarum instituere et destituere

ac luminaria, que ad easdem ecclesias tempore nuptiarum et post puerperia tam per parrochianos quam quoscunque alios portantur, recipere et levare consueverint, tamen abbas et conventus prefati dubitant super premissis omnibus molestari posse tempore procedente. Quare pro parte abbatis et conventus predictorum nobis fuit supplicatum, ut litteras, privilegia, ... jura, jurisdictiones ac jus etiam decimandi et alia premissa pro illorum subsistentia firmiori confirmare . . . dignaremur. Nos igitur, ... litteras, privilegia . . . . ac donationes et concessiones abbati et conventui ac monasterio prefatis facta et concessa ac predictas et quascunque alias consuetudines in abbatis et conventus ac monasterii predictorum favorem introductas, quatinus sint in usu, ex certa scientia tenore presentium confirmamus ac robur perpetue firmitatis obtinere debere declaramus, ... et nichilominus archiepiscopo Lundensi et episcopo Roskildensi ac preposito ecclesie Roskildensis mandamus, quatinus . . . ., eisdem abbati et conventui dicti monasterii efficacis defensionis auxilio assistentes, faciant ipsos litterarum, privilegiorum . . . ., jurium, jurisdictionum, bonorum et consuetudinum ac aliorum premissorum necnon confirmationis nostre huiusmodi pacifica possessione gaudere . . . Datum Rome 17. kal. aprilis anno 9.

L.

Reg. Vat. 671 fol. 398 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum, quatenus sint in usu, in presentia pape. P. Salernitanus) i Suppl. 783 fol. 289.

2771. **16. Marts 1480.**

Paven giver 10 Aars Aflad til dem, der paa 2 bestemte Festdage besøger Skovklosters Kirke; Klostrets Ansøgning gjaldt 50 Aars Aflad paa 8 Festdage.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Gloriosi principis nostri [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, licet in monasterio s. Petri de Nestweth, alias Sckowcloster, ordinis s. Benedicti Roskildensis diocesis regularis vigeat observantia, tamen fructus eiusdem monasterii pro sustentatione monachorum, qui benedicente domino ibidem in satis copioso numero habentur, admodum tenues et exiles, et propterea Christi fidelium elemosine eis plurimum oportune noscuntur. Cupientes igitur, ut ecclesia dicti monasterii congruis frequentetur honoribus, et fideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et pro sustentatione huiusmodi manus porrigant adjutrices, de omnipotentis dei misericordia ac bb. Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi . . . . omnibus vere peni-

tentibus et confessis, qui in celebratione dedicationis eiusdem ecclesie ac eorundem apostolorum festivitate ecclesiam dicti monasterii a primis vesperis usque ad secundas vesperas celebritatis et festivitatis earundem devote visitaverint annuatim ac pro sustentatione predicta manus porrexerint adjutrices, decem annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus[1]), presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 17. kal. aprilis anno 9.

L.

Reg. Vat. 671 fol. 506 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum de indulgentia decem annorum in duobus festis in presentia pape. P. Salernitanus) i Suppl. 783 fol. 289 v.

2772. 16. Marts 1480.

Abbeden og Munkene i Skovkloster faar Tilladelse til at modtage testamentarisk Arv og Tilstaaelse af et Værnebrev.

Quia a nonnullis revocatur in dubium, an modernus et pro tempore existens abbas et conventus monasterii s. Petri de Nestweth, alias Scowecloster, ordinis s. Benedicti Roskildensis diocesis per parentes, consanguineos et affines suos vel alias personas heredes institui possint, ad huiusmodi tollendum dubium supplicant oratores predicti, quatenus . . predictum et pro tempore existentem abbatem monasterii et singulares personas conventus huiusmodi per parentes, consanguineos et affines predictos aliasque personas ad usum ipsius monasterii heredes institui posse perpetuo declarare dignemini. Concessum, prout de jure, in presentia pape. P. Salernitanus. Et quod littere in forma et ad perpetuam rei memoriam expediantur. Concessum. P. Salernitanus.

Dignetur s. v. abbati et conventui ac membris necnon capellis et ecclesiis ac personis monasterii s. Petri in Nestweth, alias Scowcloster, ordinis s. Benedicti Roskildensis diocesis et ipsi monasterio subjectis eorumque rebus et bonis conservato-

[1]) II: quatenus omnibus . . ., qui ecclesiam ipsius monasterii in octo festivatibus . . . . . visitaverint . . . . ., quinquaginta annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxare ac oratoribus predictis [confessores] seculares aut dicti vel alterius ordinis regulares, quot eis expediens videbitur, qui personarum pro consequenda indulgentia huiusmodi ad dictam ecclesiam confluentium dictis festivitatibus etiam a primis vesperis usque ad secundas vesperas confessiones audire et illas in quibuscunque casibus sedi apostolice non reservatis absolvere possint, licentiam concedere dignemini . . .

riam in forma *Militanti* perpetuo concedere. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 17. kal. aprilis anno 9.

Suppl. 783 fol. 289 v—290.

2773. **8. April 1480.**

Paven befaler, efter Ansøgning af Kong Christiern, Biskopperne i Münster og Verden at paase Overholdelsen af den kejserlige Bansdom over Byerne Amsterdam og Leiden samt nogle Lægmænd i Utrecht Stift, som havde plyndret nogle Borgere i Magdeburg, hvis Erstatningskrav senere var gaaet over til Grev Johan af Barby.

Monasteriensi et Verdensi episcopis. Humilibus etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte nobilis viri Johannis comitis de Mulingen, domini loci de Barbi Magdeburgensis diocesis, petitio continebat, quod, licet olim consules et universitates Amsterdam et Leyden oppidorum ac Ludouicus de Wauscleben, Johannes Wilhelmi, Eghardus Sone et Theodericus Brum laici Trajectensis diocesis pro eo, quod quondam Tilonem et Bete Losen[1]) cives Magdeburgenses bonis suis spoliaverant et ei[s] quasdam alias graves injurias irrogaverant, judicio imperialis curie in sententias et penas, forebanni seu superbanni nuncupatas, incidisse, rite declarati fuerint, prout in quibusdam litteris imperialibus desuper confectis plenius dicitur contineri, dicteque sententie ad ipsorum spoliatorum notitiam indubitatam pervenerint, tamen ipsi in reprobum sensum dati sententias ipsas surda aure pretereuntes illas temere spreverunt et ipsas per plures annos animis sustinuerunt induratis, non curantes bona predicta prefato Johanni comiti, ad quem illa ratione cuiusdam cessionis per Petrum et Tilonem Lindow[2]) cives Magdeburgenses, dictorum Tilonis Lose et Bete[3]) heredes, facte pertinent, restituere in ipsius Johannis comitis non modicum detrimentum. Quare pro parte eiusdem comitis nobis fuit supplicatum, ut sententias ipsas citra tamen penam sanguinis, sicut juste late sunt, observari mandare dignaremur. Nos itaque, de premissis eisdem certam notitiam non habentes, consideratione Cristierni regis Dacie, pro eodem comite nobis super hoc supplicantis, ... fraternitati vestre mandamus, quatenus, si et postquam, vocatis spoliatoribus prefatis et aliis, qui fuerint evocandi, de premissis nobis expositis vobis legitime constiterit, sententias predictas, sicut juste late sunt, citra penam sanguinis per censuram ecclesiasticam

---

[1]) Indsat i Steden for: Johannem Lindow civem [2]) Indsat i Steden for: Tilonem [3]) Indsat i Steden for: dicti Johannis Lindow filios et

appellatione remota auctoritate nostra firmiter observari faciatis . . . . . Datum Rome 6. id. aprilis anno 9.

L. XII. de Restis pro A. de Petra.
Reg. Lat. 803 fol. 118 v.

2774. **11. April 1480.**

Paven giver Abbeden og Konventet i Skovkloster de samme Privilegier, som er tilstaaede Bursfelderkongregationen, hvis Regler de følger, skønt de ikke er optagne i den og paa Grund af den lange Afstand ikke møder ved dens Kapitler.

Ad perpetuam rei memoriam. Sacre religionis, qua abbas et conventus monasterii s. Petri de Nestweth, alias Skowcloster, ordinis s. Benedicti Roskildensis diocesis sedulum et devotum exhibent altissimo famulatum, promeretur honestas, ut ipsos, qui sub stricta regulari observantia degunt, specialibus favoribus apostolicis faveamus et eorum vota, per que cum conscientie puritate studio contemplationis ferventius vacare valeant, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum abbatis et conventus petitio continebat, alias Olavvs Daa episcopus Roskildensis[1]), speciali super hoc ab apostolica sede per illius litteras facultate suffultus, illius vigore accersitis ad se nonnullis patribus congregationis Bursfeldensis dicti ordinis et regularis observantie ad monasterium predictum personaliter accedens, abbatem et conventum ac monasterium huiusmodi illiusque monachos secundum canonicas sanctiones et ipsius ordinis instituta ac congregationis et observantie huiusmodi statuta, quantum cum deo potuit, apostolica auctoritate visitaverit et reformaverit, ac ipsi congregationi et illius personis nonnulla privilegia . . . . et indulgentie tam in foro conscientie quam alias per sedem predictam et legatos eius concessa existant, quibus abbas et monachi predicti, si eorum monasterium prefate congregationi unitum esset, et ipsi ad capitula dicte congregationis accedere et in illis convenire possent, gauderent, sed, quia propter locorum distantiam, viarum discrimina et intermedii maris pericula dictum monasterium eidem congregationi unitum non est, ac abbas et monachi prefati ad eadem capitula accedere et in illis convenire nequeunt, ideo privilegiis et aliis premissis non gaudent, nos igitur . . . . ., eorundem abbatis et conventus commoditatibus et conscientie paci providere volentes, tenore presentium statuimus

[1]) II: abbas (!) Roskildensis

ac moderno et pro tempore existenti dicti monasterii abbati necnon eisdem conventui et monachis concedimus, quod ipsi, eis ad accedendum ad predicta capitula legitime impeditis, omnibus privilegiis, . . . indulgentiis et indultis eidem congregationi et illius personis in genere vel in specie, conjunctim vel separatim concessis et concedendis tam in foro conscientie quam alias perpetuo gaudeant, perinde ac si dictum monasterium eidem congregationi unitum foret, ipsique ad capitula predicta personaliter accederent et illis interessent. Datum Rome 3. id. aprilis anno 9.

X
X
X

Reg. Vat. 671 fol. 414; ogsaa (II) Supplik (Concessum eis legitime impeditis, in presentia pape. P. Salernitanus) i Suppl. 784 fol. 209 v.

2775. **13. April 1480.**

Paven stadfæster Haderslev Kantors og Domkapitels Privilegier.

Cantori et capitulo ecclesie b. Marie virginis Hadersleuensis Slesvicensis diocesis. Cum a nobis petitur *(Jensen, Schlesw.-holst. Kirchengesch. II, 351—52; Reg. *7549).* Datum Rome id. aprilis anno 9.

Efter Michelsens Afskrifter fra R. A.

2776. **17. April 1480.**

Laurens Nielsen fra Hejls, evig Vikar i Haderslev, faar Dispensation til med dette Embede at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Laurentius Nicolai de Heylsza perpetuus vicarius altaris b. Marie virginis de Abelelen (?) situati in collegiata ecclesia eiusdem b. Marie virginis Hadersle[ue]nsis Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut una cum dicta vicaria, que sine cura est [fructus 20 fl. auri de camera], quodcunque aliud beneficium sub eodem tecto seu illa dimissa quecunque duo beneficia [curata] seu alias invicem incompatientia sub eodem tecto, si sibi alias canonice conferantur, . . . recipere et, quoad vixerit, retinere illaque . . . . dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat etiam similia sub eodem tecto simul recipere et, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 15. kal. maji anno 9.

Suppl. 785 fol. 9.

2777. **19. April 1480.**

Kapitlet i Haderslev faar tilstaaet Værnebrev, som skal gælde for al Fremtid.

Supplicant cantor, canonici et capitulum collegiate ecclesie b. Marie virginis Hadersleuensis Slesvicensis diocesis, quatenus ipsis conservatoriam perpetuo duraturam in forma concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 13. kal. maji anno 9.

Suppl. 784 fol. 272.

2778. **19. April 1480.**

Paven befaler efter Kong Christierns Ansøgning Biskoppen i Ribe at forene St. Nicolai Nonnekloster udenfor Ribe med Johanniterklostret i Ribe.

Episcopo Ripensi. Pastoralis officii [etc. som Nr. 2050]. Sane pro parte tam Cristierni Dacie regis quam preceptoris et fratrum domus s. Clementis Ripensis hospitalis s. Johannis Jerosolimitani nobis nuper exhibita petitio continebat, quod preceptoria dicte domus in eius edificiis adeo angusta existit, quod preceptor et fratres predicti inibi habitare commode non possunt, et cum etiam juxta litus maris constituta sit, edificia huiusmodi nequeunt ampliari, timendumque est, ne maris inundationibus illam conterentibus (?)[1]) ad totalem ruinam reducatur. Verum, si monasterium monialium s. Nicolai extra muros Ripenses ordinis s. Benedicti, quod de jure patronatus prefati regis ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dinoscitur, quodque parrochiam et jura parrochialia habet, et in quo olim regularis observantia vigebat, nunc vero ibidem adeo refrigescit, ut in eo tres dumtaxat moniales, etiam vitam ab eadem observantia alienam ducentes, existant, et propter ea ac etiam alios earum ritus et mores religioni non convenientes pauce mulieres repperiuntur, que in illo in moniales recipi velint, suppressis in eodem monasterio abbatissali dignitate et dicto ordine cum juribus parrochialibus huiusmodi prefate preceptorie perpetuo uniretur, dicteque moniales ad alia eiusdem vel aliorum ordinum monasteria, in quibus benivolas invenirent receptrices, transferrentur, profecto commodo et utilitati preceptoris et fratrum predictorum plurimum consuleretur, ac eiusdem regis pio desiderio non mediocriter satisfactum foret, ipsisque monialibus pro earum sustentatione, quoad vixerint, ex bonis dicti monasterii portio sufficiens assignaretur, [et][2]) in ecclesia ipsius monasterii divinus cultus celebrius et frequentius perageretur.

[1]) Cod. conentientibus (betegnet som Fejlskrift). [2]) add. Gz.

Quare pro parte Cristierni regis, asserentis, quod ipse ad hospitale predictum et illius fratres precipuum gerit devotionis affectum, necnon preceptoris et fratrum predictorum, asserentium, quod monasterii cum illius parrochiali ecclesia 12 et preceptorie predictorum 20 fl. Renensium fructus valorem annuum non excedunt, nobis fuit supplicatum, ut abbatissalem dignitatem et ordinem huiusmodi in dicto monasterio supprimere illudque cum parrochialibus ac aliis omnibus juribus suis eidem preceptorie perpetuo unire . . . dignaremur. Nos igitur, de premissis certam notitiam non habentes, fraternitati tue mandamus, quatenus, vocatis, quorum interest, de eisdem premissis auctoritate nostra te diligenter informes, et, si per informationem huiusmodi ita esse reppereris, dignitatem abbati[ss]alem et ordinem predictos in prefato monasterio prefata nostra auctoritate penitus supprimas illudque cum parrochialibus ac aliis omnibus juribus supradictis eidem preceptorie perpetuo unias ita, quod liceat extunc preceptori et fratribus predictis per se vel alios corporalem possessionem monasterii juriumque predictorum propria auctoritate apprehendere illudque pro suis usu et habitatione perpetuo retinere necnon eius fructus in suos ac dicte preceptorie usus convertere ac curam animarum parrochianorum eiusdem per unum ex fratribus ipsius preceptorie, alias quemadmodum abbatissa et conventus ipsius monasterii id facere consueverunt, exerceri facere, cuiusvis licentia super hoc minime requisita, prefatas quoque moniales ad alia eiusdem vel quorumvis aliorum ordinum monasteria, ubi benivolas invenerint receptrices, eadem auctoritate transferas ac illis, quoad viverint (!), ex bonis dicti monasterii pro earum sustentatione sufficientem portionem assignare procures, proviso, quod propter suppressionem [et] unionem predictas, si vigore presentium fiant, dictum monasterium et illius ecclesia ad prophanos usus nullatenus reducantur, sed in ipsa ecclesia divina officia congrue celebrentur, ac animarum cura huiusmodi nullatenus negligatur. Datum Rome 13. kal. maji anno 9.

N. L. Garilliaci.

Reg. Lat. 802 fol. 265; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Et quod littere desuper expediantur in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam) i Suppl. 784 fol. 271 v.

2779. 19. April 1480.

Præceptoren i Johanniterklostret udenfor Horsens faar bevilget, at Byens Beboere maa have Sognekirke i St. Jakobs Kapel i Horsens i Stedet for som før at søge til Klosterkirken.

Preceptor preceptorie b. Marie virginis hospitalis s. Johannis Jerusolimitani extra opidum Horsens Arusiensis diocesis curam animarum incolarum prefati opidi habere, et ipsi incole tam quam parrochiani dicte preceptorie ad ipsam ecclesiam pro missis audiendis et aliis ecclesiasticis sacramentis suscipiendis accedere consueverunt. Verum cum parrochiani predicti pro huiusmodi sacramentis suscipiendis non parvum incommodum suscipiant, ac etiam opidum prefatum non ad jactum lapidis [mari] propinquum sit, et sunt (?)[1]) pirrate et latrunculi marritimi pertranseunt, contingere posset, quod, dum incole et alii parrochiani predicti divinis in ecclesia b. Marie interessent, latrunculi et pirrate predicti inde transeuntes, cognoscentes seu presentientes opidum huiusmodi vacare, illud aut depredarentur seu alias inibi diversa dampna et jacturas facerent. Si cura parrochianorum et incolarum predictorum ab eadem ecclesia ad capellam s. Jacobi dicti opidi, que de jure patronatus regis Dacie existit et per fratres dicti hospitalis obtineri consuevit seu ab eadem preceptoria dependet, transferretur ita, ut parrochiani et incole predicti inibi missas audirent, et ipse preceptor eisdem incolis et parrochianis in eadem capella sacramenta ecclesiastica eisdem modis ministraret, quibus in dicta ecclesia ministrare consuevit, commoditati incolarum predictorum consuleretur ac periculis predictis, ne evenirent, obviaretur. Supplicant igitur prior modernus generalis regni Dacie dicti ordinis ac incole prefati necnon modernus preceptor dicte preceptorie ac fratres eiusdem preceptorie, quatenus curam animarum huiusmodi ad ipsam capellam transferre, et quod preceptor predictus illam in ipsa capella perpetuo exercere ac eisdem parrochianis sacramenta ecclesiastica et alia jura parrochialia modo et forma, quibus necessaria dicte preceptorie ministrabat, ministrare possit, statuere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 13. kal. maji anno 9.

Suppl. 785 fol. 9 v.

2780. **28. April 1480.**

Kapitlet i Haderslev faar stadfæstet de Privilegier, som var tilstaaede det af Hertug Gerhard (VI) og Kong Christiern.

Dudum bone memorie Gerardus dux Slesvicensis ob salutem anime sue et suorum progenitorum inter cetera cantorem, canonicos et capitulum ecclesie b. Marie virginis Hadersle[ue]nsis Slesvicensis diocesis ipsamque ecclesiam ac eorum familiam, servi-

[1]) sepe Gz.

tores, colonos et bona ubicunque in suo dominio existentia sub eius protectione suscepit ipsosque ab omnibus solutionibus, oneribus et servitiis etiam ratione excessuum per homines et colonos dicti capituli et maiores [ɔ: in eorum] possessionibus residentes committendorum fiendis immunes et exemptos esse voluit ac omnibus officialibus aliisque personis, cuiuscunque status existerent, ne ipsam ecclesiam et capitulum eorumque colonos et familiam et servitores quoquo modo in premissis inquietare presumerent sive auderent, inhibuit, que omnia, ipso Gerardo ab humanis exempto, licet Cristiernus Svecie, Dacie et Norvegie rex ac prefati ducatus Slesvicensis dux confirmaverit, prout in quibusdam litteris prefatorum dominorum, ipsorum auctenticis sigillis munitis, hec et alia plenius continentur, nichilominus modernus cantor et capitulum prefati ecclesie Hadersle[ue]nsis pro maiori subsistentia premissorum cupiunt predicta ac omnia alia in dictis litteris contenta munita [ɔ: munimine] e. s. v. roborari et confirmari. Supplicant igitur, quatenus dignemini omnia premissa per prefatos regem et ducem concessa et facta et in dictis eorum litteris contenta cum omnibus inde secutis . . . . confirmare ac munimine e. s. v. cum deputatione executorum sive conservatorum, qui in premissis eis contra rebelles in contrarium facientes assistant ac illa observari etiam sub censuris et penis faciant et procurent, roborare, mandantes et inhibentes nichilominus omnibus etiam sub eisdem censuris et penis, ne contra formam et tenorem dictarum litterarum et in eis contentorum aliquid audeant innovare vel attemptare. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Et quod littere expediantur in forma gratiosa ad futuram sive perpetuam rei memoriam, non obstante regula in contrarium edita. Datum Rome 4. kal. maji anno 9.

Suppl. 785 fol. 188 v.

2781. **30. April 1480.**

Optegnelse om, at Johanniterklostret i Ribe fritages for at betale Annater for Indlemmelsen af Nonneklostret udenfor Byen (jfr. Nr. 2778).

[1480] Die ultima mensis aprilis una bulla pro preceptore et fratribus domus s. Clementis Ripensis hospitalis s. Johannis Jerusolimitani super unione monasterii monialium s. Nicolai extra muros Ripenses dicti ordinis [fructus 12 fl. auri Renenses] facta preceptorie dicte domus s. Clementis. Patet per bullam sub data Rome 13. kal. maji anno 9. Restituta de mandato.

Annate 1479—80 fol. 227 ɔ: 262 v (Archivio di Stato).

2782. **9. Maj 1480.**

Præsten Henrik Olufsen fra Ribe Stift faar ny Provision paa Provstiet i Mors og Hanherred, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Viborgkanniken Jens Hogg.

Dudum, prepositura rurali provinciarum Moors [et] Hanhareth Burglanensis diocesis per obitum Johannis Laurentii vacante, Henricus Olaui presbiter Ripensis diocesis de illa sibi auctoritate ordinaria provideri obtinuit possessione subsecuta, et deinde, orta lite inter dictum oratorem et quendam Johannem Hogg canonicum ecclesie b. Marie virginis Vibergensis de dicta prepositura, qua lite sive controversia sic coram certo judice seu auditore indecisa pendente, prefatus Johannes liti et cause ac controversie huiusmodi ac omni juri sibi in dicta prepositura quomodolibet competenti in manibus ordinarii sponte cessit. Cum autem dictus Henricus dubitet provisionem et assecutionem huiusmodi sibi factas viribus non subsistere, dictamque preposituram adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus, cessionem huiusmodi, si rite admissa non fuerit, admittentes causamque sive controversiam huiusmodi ad s. v. advocantes et litem sive controversiam desuper extinguentes, de dicta prepositura [fructus 4 mr.] eidem Henrico de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 7. id. maji anno 9.

Suppl. 785 fol. 267 v.

2783. **12. (18.) Maj 1480.**

Præsten Henrik Olufsen fra Ribe Stift faar ny Provision paa Sognekirkerne i Nors og Tved i Børglum Stift.

Dudum, parrochiali ecclesia in Nors Burglanensis diocesis cum parrochiali ecclesia de Thweth illi perpetuo unita per obitum Johannis Laurentii vacante, Henricus Olaui presbiter Ripensis diocesis de illa cum illius annexa huiusmodi auctoritate ordinaria sibi provideri obtinuit possessione subsecuta. Cum autem dubitet provisionem et assecutionem huiusmodi ac inde secuta viribus non subsistere dictamque ecclesiam cum huiusmodi sua annexa adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta ecclesia cum huiusmodi sua annexa [fructus insimul 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 4 id. maji anno 9.

Suppl. 785 fol. 253 og 786 fol. 49, her dog Datum Rome 15. kal. junii anno 9.

2784. **22. Juni 1480.**

Eksekutorerne af Sognepræsten i Pederstorp Claus Holtsens Testamente faar bevilget, at Testamentet forandres.

Olim quondam Nicolaus Holtsen rector parrochialis ecclesie Preterstorpe terre Imbrie Ottoniensis [diocesis], condens de bonis suis sibi a deo pie collatis in eius ultima voluntate testamentum, inter cetera nonnulla bona et pecuniarum summas tunc expressas ecclesie predicte ac certis beneficiis in illa fundatis ipsiusque ecclesie personis in illa beneficiatis reliquit, ita tamen, quod persone beneficiate huiusmodi singulis diebus ferialibus in honorem gloriose virginis Marie et pro ipsius testatoris et suorum parentium [et] amicorum salute omnes horas canonicaliter cum missa eiusdem cantarent[1]), certis aliis tunc expressis conditionibus et oneribus inibi adjectis, que[2]) quidem bona per certos, quos tunc dicti testamenti deputavit executores, dari voluit, prout in quodam publico instrumento desuper confecto plenius continetur. Cum autem iste persone in dicta ecclesia beneficiate, nolentes[3]) beneficia predicta honeribus (!) huiusmodi gravari, asserentes bona per testatorem eis relicta pro onerum huiusmodi supportatione non sufficere, testamentum et voluntatem dicti testatoris admittere ac onera per ipsum testatorem imposita adimplere nescitur quo spiritu recusaverint et de presenti recusent, quod in maximum salutis anime ipsius testatoris cedit detrimentum, verum, si bona et pecunie aliaque legata ecclesiastica beneficiis et personis predictis relicta ad alias ecclesias sive loca ecclesiastica, quorum persone onera per dictos executores imponenda pro salute anime dicti testatoris subire haberent, transferrentur vel ex eisdem bonis et pecuniis duo beneficia in honorem ipsius virginis gloriose per eosdem executores erigerentur, exinde prefatus testator sua pia voluntate totaliter non frustraretur, sed eius anime saluti oportune consuleretur, supplicant igitur Martinus Bertoldi, Euerhardus Bartoldi, Uuillelmus Westfael et Johannes Laurentii executores, quatenus, saluti anime dicti testatoris in premissis consulentes, necessario voluntatem dicti testatoris et testamentum predictum ad infrascripta commutantes, omnia bona, redditus et pecuniarum summe [ɔ: -mas] per ipsum testatorem ecclesie, beneficiis et personis in ea beneficiatis relicta ad alias ecclesias sive loca ecclesiastica, que executores prefati duxerint secundum eorum conscientiam et viderint saluti anime dicti testatoris expedire, eligenda et deputanda, transferre ipsa[s]que ecclesia[s] et loca ecclesiastica eligenda et deputanda in locum dicte ecclesie Petersorpe (!) et

---

1) Gz. — Cod. cantando 2) Gz. — Cod. cure 3) Gz. — Cod. volentes

illius beneficiorum et personarum predictorum surrogare, et nichilominus, si eisdem executoribus magis placuerit et magis expedire anime saluti dicti testatoris viderint, de bonis, redditibus et pecuniis huiusmodi duo beneficia in una vel duabus ecclesiis sive locis ecclesiasticis, quam seu quas duxerint eligendam seu eligendas, pro duobus capellanis, qui singulis diebus duas missas pro anima ipsius testatoris celebrare teneantur, erigendi illaque de bonis, redditibus et pecuniis predictis dotandi licentiam concedere, et in eventum erectionis et dotationis huiusmodi jus patronatus et presentandi personas idoneas ad dicta beneficia ea prima vice, et quoties illa pro tempore vacare contingerit (!), prefati testatoris heredibus et successoribus in perpetuum reservare, dictosque executores ad dandum seu consignandum bona predicta ecclesie Preterstorpe ac illius beneficiis et personis predictis de cetero non teneri nec obligatos esse . . . decernere dignemini, non obstante testamento predicto, cui hac vice derogare placeat. Concessum, nisi infra mensem, in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 10. kal. julii anno 9.

Suppl. 787 fol. 145.

2785. Før 26. Sept. 1480.

Sten Sture appellerer til Paven angaaende den formentlig uretfærdige Maade, hvorpaa Biskop Tilo i Merseburg, som var den ene af de pavelige Dommere i Sagen mellem ham og Dronning Dorothea, var gaaet frem imod ham, idet denne uden Hensyn til, at Sten Sture havde protesteret og ladet sin Protestskrivelse opslaa paa Kirkedøren i Merseburg, havde indsat Biskop Johannes (Parkentin) i Ratzeburg, som derefter havde bandlyst Sten Sture, til sin Stedfortræder. Paa Grund heraf faar Hr. Sten Kardinal Stephanus (Nardini) af Milano indsat som Dommer med Fuldmagt til at hæve Bandlysningen.

S. v. ad supplicationem domine Dorothee *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. IV, 378—81; Reg. *7585).* Audiat . . . cardinalis Mediolanensis et constito summarie de non tuto ad dictam reginam aditu . . . absolvat per se vel alium etiam ad cautelam, prout de jure. *Uden Dato.*

Indtaget i det følgende Brev.

2786. 26. Sept. 1480.

Kardinal Stephanus (Nardini) befaler som pavelig Dommer Ærkebiskoppen i Lund og Biskoppen i Linköping at hæve Bandlysningen over Sten Sture.

Stephanus . . . tituli s. Marie in Transtiberim s. Romane ecclesie presbiter cardinalis, Mediolanensis vulgariter nuncupatus, . . . a sanctissimo domino nostro papa judex et commissarius

specialiter deputatus . . archiepiscopo Lundensi et episcopo Lincopensi judicibus ad infrascripta . . . . specialiter deputatis . . . . Noveritis (*Aarsberetn. fra Geh. Arch. IV, 378 og 381—83; Reg. 7586*). Datum et actum Rome in domibus nostre solite residentie sub anno 1480 indictione 13, die vero martis 26. mensis sept. pontificatus anno 10.

Danske Kongers Historie Fasc. 2 B Nr. 4 (R. A.).

2787. 3. Okt. 1480.

Paven kasserer den tidligere (Nr. 2753) bestemte Ordning, at Reinfeld Kloster i Lübeck Stift skulde lægges under Biskopsbordet i Lübeck.

Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex variis continue negotiis circumseptus nonnulla interdum petentium importunitate seu alias concedit, que in aliorum noxam tendunt, unde postmodum melius informatus illa quandoque revocat et annullat, prout id maxime in monasteriorum utilitatem et alias conspicit in domino salubriter expedire. Sane dudum, cum monasterium in Reynevelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis causantibus dissensionibus, que retroactis temporibus fuerunt inter illius pro tempore abbatem et monachos ac inter ipsosmet monachos, plurima in spiritualibus et temporalibus passum fuisset detrimenta et continue pateretur, nos tunc, sperantes, quod, si monasterium ipsum mense episcopali Lubicensi, quamdiu Albertus episcopus Lubicensis ecclesie Lubicensi preesset, uniretur, ipse Albertus episcopus sua providentia contentiones et jurgia huiusmodi de medio submoveret, ipsumque monasterium per hoc ad votive reformationis fructum reduceretur ac in eisdem spiritualibus et temporalibus susciperet incrementa, nos tunc, habita super hiis cum s. Romane ecclesie cardinalibus deliberatione matura, monasterium ipsum mense prefate, quamdiu dictus Albertus episcopus eidem ecclesie preesset, de fratrum eorundem consilio univimus ita, quod, cedente vel decedente tunc abbate dicti monasterii seu illius regimen alias quomodolibet dimittente, liceret prefato episcopo per se vel alios regiminis ac bonorum dicti monasterii possessionem propria auctoritate apprehendere illiusque fructus in suos et monasterii ac mense predictorum usus convertere, cuiusvis licentia super hoc minime requisita . . . . Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Johannis abbatis et conventus dicti monasterii petitio continebat, unio predicta in non modicum eorum et dicti monasterii prejudicium cedat, pro parte Johannis abbatis et con-

ventus predictorum nobis fuit supplicatum, ut unionem huiusmodi dissolvere ac illam et litteras desuper confectas predictas revocare dignaremur. Nos igitur, quibus per publica documenta legitima fuit facta fides, quod prefatus Albertus unioni predicte coram Jacobo de Wetteringe et Johanne Cordes clericis Verdensis diocesis et Hauelbergensis civitatis notariis publicis et nonnullis testibus fidedignis sponte renuntiavit, ... unionem predictam tenore presentium penitus dissolvimus illamque et litteras desuper confectas revocamus nulliusque roboris vel momenti fore decernimus ac monasterium predictum in pristinum et eum statum, in quo ante unionem prefatam quomodolibet erat, eodem tenore restituimus. Datum Rome 5. non. oct. 10.

X
X
X
X

Orig. med vedhængende Bulle i Silkesnor i Gemeinschaftl. Arch. I, 10. Afskrift i Barth. C, 641.

2788. **12. Okt. 1480.**

Kong Christierns Sekretær, Slesvigkanniken Enwald Søvenbroder, som er Provst i Barvidsyssel, faar Dispensation til med dette Embede at forene Besiddelsen af et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Enwaldus Souebrodel canonicus ecclesie Slesvicensis, prepositus prepositure ruralis in Berchsusel, quatenus, ipsum, qui regis Dacie secretarius existit, specialibus favoribus prosequentes, secum, ut una cum dicta prepositura in Bersusel, que in dicta ecclesia Slesvicensi personatus curatus et forsitan electivus existit, quam obtinet, quodcunque beneficium incompatibile . . . . ., si sibi alias canonice conferatur . . . ., [recipere] illaque totiens, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere ac totiens, quotiens sibi placuerit, permutare possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 4. id. oct. anno 10.

Suppl. 790 fol. 48 v.

2789. **12. Okt. 1480.**

Slesvigkanniken Enwald Søvenbroder, som er Provst i Barvidsyssel, faar Dispensation til at opnaa to forenelige og to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Enwaldus Souenbroder canonicus ecclesie Slesvicensis ac prepositus prepositure ruralis in Berchsusel, que in dicta ecclesia Slesvicensi personatus curatus existit, quatenus, ipsum, qui etiam regis Dacie etc. secretarius existit, specialibus favoribus prosequentes, secum, ut quecunque duo dissimilis qualitatis, se tamen invicem alias compatientia in quacunque cathedrali etiam metropolitana vel collegiata aut parrochiali vel alia ecclesia seu alio loco ecclesiastico existentia . . . . ., necnon una cum dicta prepositura unum seu absque illa quecunque duo alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, etiam cum potestate tam sub eodem tecto consistentia quam incompatibilia beneficia huiusmodi permutandi totiens quotiens etc. retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 4. id. oct. anno 10.

Suppl. 790 fol. 53.

2790. **31. Okt. 1480.**

Slesvigkanniken Enwald Søvenbroder faar Dispensation til at forene Besiddelsen af Provstiet i Barvidsyssel med Provstiet i Slesvig.

Alias Enwaldus Sovenbroder canonicus Slesvicensis, tunc preposituram, in Brechsusel nuncupatam, in ecclesia Slesvicensi, que inibi personatus existit, et cui cura imminet animarum, obtinens, preposituram eiusdem ecclesie, que dignitas inibi post pontificalem maior, curata et electiva ac de jure patronatus regis Dacie existit, tunc vacantem, auctoritate apostolica sibi collatam, assecutus, illam et dictam preposituram in Brechsusel, nulla per eum super hoc dispensatione obtenta, insimul per mensem citra tamen semestre post et contra constitutionem Johannis pape XXII, que incipit *Execrabilis*, detinuit, prout detinet, occupatas, fructus forsan percipiens ex eisdem, inhabilitatem incurrendo. Cum autem prepositura in Brechsusel per assecutionem prepositure Slesvicensis, ac prepositura Slesvicensis huiusmodi per eandem constitutionem vacare noscantur, supplicat prefatus Enwaldus, qui eiusdem regis secretarius existit, quatenus omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissa occasione contractam penitus abolentes de in Brechsusel [fructus 3 mr.] et in ecclesia Slesvicensi preposituris [fructus 6 mr.] eidem Enwaldo providere ac secum, [ut] cum earum altera unum vel absque illis duo alia quecunque bene-

ficia curata seu alias invicem incompatibilia . . . . . si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere cum potestate totiens quotiens permutandi libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Et quod dispensatio ad duo incompatibilia etiam sub eodem tecto, quatenus opus sit, etiam ad partem expediri possit. Et quod latius exprimi possit, qua auctoritate dictas prepposituras assecutus sit. Datum Rome pridie kal. nov. anno 10.

Suppl. 790 fol. 162 (202).

2791. **18. Jan. 1481.**

Kantoren Didrik Stoveman i Slesvig, der tillige er Kannik i Lübeck, faar Dispensation til ikke at residere.

Supplicat Theodoricus Stouemannus cantor Slesvicensis ac eiusdem et Lubicensis ecclesiarum canonicus prebendatus, quatenus secum (!), ut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo aut in Romana curia commorando vel altero suorum beneficiorum insistendo, que obtinet et in posterum obtinebit . . . . ., fructus tam dicte cantorie quam aliorum suorum beneficiorum . . . . ea integritate percipere possit, ac si in ecclesiis, in quibus beneficia, ut premittitur, qualificata consistunt, personaliter resideret ac horis diurnis et nocturnis interesset, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoad vixerit, recipere libere possit, quodque ipse interim ad residendum in eisdem, etiam si personalem residentiam ex fundatione aut alias requirerent, minime teneatur . . . . ., concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 15. kal. febr. anno 10.

Suppl. 792 fol. 154 v.

2792. **13. Febr. 1481.**

Markvard Juel faar ny Provision paa Prioratet i Hundslund Kloster.

Nuper vacante perpetua rectoria seculari et curata in monasterio monialium sub vocabulo s. Clementis ordinis s. Augustini in Hunslundt Burglanensis diocesis, prioratus nuncupata, per obitum Ergistel (!) . . ., Marquardus Juul de dicta rectoria auctoritate Jacobi moderni episcopi Burglanensis, ad quem ut ad ordinarium collatio et provisio dicte rectorie spectat de jure, sibi obtinuit provideri, possessione eiusdem pacifice subsecuta, prout in litteris dicti episcopi desuper confectis plenius dicitur contineri. Cum autem orator prefatus, qui de nobili genere ex

utroque parente procreatus existit, dubitet collationem et provisionem predictas cum omnibus inde secutis viribus non subsistere et sic rectoriam eandem adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta rectoria, prioratus nuncupata, [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome id. febr. anno 10.

Suppl. 792 fol. 251 v.

2793. **3. Marts 1481.**

Helligaandsordenens Stormester Innocentius (Flavius de Rovere) faar bevilget, at Helligaandsbroderen Poul Nielsen fra Kobenhavns Kloster maa lade sig præstevie i Rom.

Cum cultus divinus in ecclesia hospitalis s. Spiritus Hasvensis (!) ordinis s. Augustini Roskildensis diocesis ab hospitali s. Spiritus in Saxia de Urbe dicti ordinis dependentis propter carentiam fratrum canonicorum eorundem ordinis et hospitalis Hasnensis professorum in presbiteratus ordine constitutorum plurimum diminutus existat, supplicat igitur Innocentius preceptor dicti hospitalis s. Spiritus in Saxia, quatenus, sibi in personam fratris Pauli Nicolai accoliti canonici professi eorundem hospitalis Hasnensis et ordinis specialem gratiam facientes, eidem fratri Paulo, ut a quocunque catholico antistite, quem duxerit eligendum, aliquibus tribus diebus dominicis vel festivis etiam extra tempora a jure statuta ad omnes sacros ordines libere promoveri et in eis postmodum licite ministrare [valeat], ac eidem episcopo dictos ordines sibi conferendi litterasque desuper suo vel alterius de eius consensu sub sigillo dandi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Et presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 5. non. martii anno 10.

Suppl. 793 fol. 223 v.

2794. **8. Marts 1481.**

Paven fratager Kardinal Stephanus (Nardini) af Milano Afgørelsen af Sagen mellem Sten Sture og Dronning Dorothea og overdrager den paany til Biskop Johannes (Parkentin) i Ratzeburg.

Refereret i Notarialinstrument af 15. Sept. 1481 *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. IV, 383—84; Reg. *7617).* Datum Rome sub anulo piscatoris die 8. martii 1481 pontificatus anno 10.

Danske Kongers Historie Fasc. 2 B Nr. 7 (R. A.).

2795. 12. April 1481.

Klerken Johannes Hotjer fra Bremen Stift faar Sognekirken i Garding.

Cum quidam Theodoricus Thetens, qui se gerit pro rectore parrochialis ecclesie in villa Gardanegh Slesvicensis diocesis, [ad] ecclesiam ipsam tunc vacantem, canonice sibi collatam, se non fecerit infra annum, impedimento legitimo cessante, ad sacros ordines promoveri, et, si aliquam dispensationem desuper obtinuit, illa ad certos annos aut certum tempus se extendebat, aut quod pro hac vice expiravit, et eandem ecclesiam per annum et longe ultra detinuit, prout hodie detinet indebite occupatam, supplicat igitur Johannes Hotier clericus Bremensis diocesis, in artibus magister, familiaris Francisci de Aldaciis clerici Imolensis, s. v. familiaris continui commensalis, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia, que de jure patronatus laicorum et, ut asseritur, principis jure ducis Slesvicensis existit [fructus 12 mr.], provideri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Et cum derogatione juris patronatus quorumcunque laicorum pro hac vice. Datum Rome pridie id. aprilis anno 10.

Suppl. 795 fol. 34 v.

2796. 26. Maj 1481.

Klerken Poul Santbeke fra Slesvig Stift faar Kanonikat og større Præbende i Lübeck.

Dudum certis canonicatu et prebenda maiori ecclesie Lubicensis per obitum Johannis Podendorp vacantibus, extitit de eisdem Paulo de Santbecke clerico Slesvicensis diocesis in vim cuiusdam indulti per e. s. v. Marino de Fregeno episcopo Caminensi, ad Dacie, Svecie et Norvegie regna aliaque tunc expressa loca nuntio, cum potestate legati de latere destinato, concessi provisum, illorum possessione subsecuta. Verum quia de viribus provisionis huiusmodi dubitet, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda maiori [fructus 5 mr.], sive ut premittitur vacent aut alias generaliter vel specialiter etiam per obitum Henrici Pomtor, qui illos obtinens in partibus illis fructuum camere apostolice debitorum collector extitit, reservati existant, dignemini de novo providere. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 7. kal. junii anno 10.

Suppl. 795 fol. 161.

2797. **23. Juli 1481.**

Paven tilstaar Medlemmerne af Cistercienserordenen, at den Tilladelse, han paa Ordenens Generalkapitel havde givet dem til at vælge Skriftefader, men senere havde ophævet igen, dog alligevel skal staa ved Magt.

Universis abbatibus, prioribus, monachis, donatis et conversis ordinis Cisterciensis. Concessimus alias vobis et singulis vestrum ad generale capitulum vestri ordinis accedentibus facultatem eligendi confessorem . . . . . Cum autem omnes huiusmodi facultates revocate per nos fuerint, nobis de oportuno confirmationis remedio supplicari curastis. Nos . . tenore presentium, facultatem huiusmodi de eligendo confessore vobis concessam juxta tenorem earundem litterarum confirmantes, eam in suo pristino robore esse declaramus, perinde ac si revocatio nostra huiusmodi quoad illam nullatenus emanasset. Datum Rome sub anulo piscatoris die 23. julii 1481 pontificatus anno 10.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 12 v.

2798. **27. Juli 1481.**

Paven befaler efter Franciskanernes Minister for Provinsen Dacia Stephanus Laurentiis og Kong Christierns Ansøgning, at Laurens Brandsen skal afsættes som Vikar, og Observansen i Klostrene i Odense, Svendborg og Nysted vel vedblive at bestaa, men under Kontrol af Provinsialministeren; han paalægger Ærkebiskoppen i Upsala, Biskoppen i Odense og Provsten i Roskilde at sørge for, at dette Brev overholdes.

Ad perpetuam rei memoriam. Magnitudine negotiorum nostris sane humeris pene intollerabili et varietate rerum immensa, quibus Romanus pontifex continua pulsatur instantia, plerumque contingit ea ad importunam petentium instantiam concedi, que nullatenus emanarent, si per otium et animi quietem illa diligentiori rationis examini subjicere liceret; quo fit, ut interdum necessarium existat, ipsis attentioris diligentie trutina ponderatis justitia mediante moderationis interpretatio aut declarationis apostolice limitatio decretumque novum merito sint imponenda, prout rerum ac temporum qualitas id exigere dinoscuntur. Dudum Jacobi episcopi Burglanensis relatione [necnon][1]) nonnullorum militum ac communitatum et civitatum regni Dacie attestatione non sine grandi animi nostri displicentia percepto, qualiter innocentia vite seu puritas regularis discipline fratrum Minorum sub pia et humili conventualitate in nonnullis partibus regni Dacie degentium detrimenta minus juste sustinerent (!), et aliqui fratres, de observantia nuncupati, auxilio aliquorum dominorum

[1]) add. Gz.

temporalium loca dictorum fratrum conventualiter viventium domus[que][1]) manu armata et sub brachio seculari intrabant ac fratres quoque[2]) ibidem degentes immanissime verberando et spoliando expellebant, non advertentes, quod dudum antea [tam] per Paulum papam II quam [per nos] . . . . . dictis fratribus, de observantia nuncupatis, sub gravibus penis inhibitum extiterat, ne loca s. Francisci fratrum sub conventualitate viventium capere aut illos molestare publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quesito colore presumerent et, si secus agerent, penam excommunicationis late sententie incurrerent, ex quo Franciscus Sanson eiusdem ordinis et theologie professor ac totius ordinis Minorum generalis minister, volens in premissis, quantum in eo erat, providere, Laurentio Branderi et Johanni Tidichin provincie Dacie ordinis Minorum ceterisque fratribus et consociis, de observantia nuncupatis, per suas litteras districte precipiendo mandaverat in virtute sancte obedientie et sub penis rebellionis, excommunicationis et maledictionis eterne ac s. Francisci, ut omnes conventus et loca ab eis post mortem ministri dicte provincie Dacie accepta vel occupata in dicta provincia infra spatium 15 dierum ab intimatione litterarum suarum computandorum restituere et realiter reassignare fratribus dictorum conventuum seu locorum deberent, assignando eis quinque dies pro primo termino, quinque pro secundo et reliquos quinque pro tertio et ultimo termino peremptorio, quo elapso voluerat et decreverat, si obedire suis mandatis contempsissent, penas prefatas incurrisse, neque in posterum aliqua hora [ɔ: loca] conventualium recipere sub eisdem penis deberent, nos[3]) auctoritate apostolica et ex certa scientia tam Pauli predecessoris, quarum initium est *Superne dispositionis arbitrio*, quam nostras, que incipiunt *Dum singulos regulares ordines*, [litteras][1]) innovavimus ac effectum perpetuo et inviolabiliter sortiri debere decrevimus, illisque contravenientes aut contravenientibus dantes auxilium, consilium vel favorem penas in eis contentas incurrere voluimus ac litteras generalis ministri predictas nostris litteris insertas confirmavimus ac viribus perpetuo subsistere debere declaravimus . . . . Et deinde pro parte guardianorum et fratrum Ottoniensis, Swenbergensis et Nistadensis Ottoniensis diocesis provincie Dacie domorum ordinis fratrum Minorum nobis exposito, quod olim ipsi, cupientes, ut superioribus annis in dicta provin-

[1]) add. Gz. [2]) Cod. quosque [3]) Gz. — Cod. necnon

cia regularis vigeret vite observantia secundum regulam et instituta b. Francisci, nonnullas litteras desuper a Zanetto de Utino tunc dicti ordinis generali ministro impetraverant, quas a nobis postmodum confirmari obtinuerunt, et subjuncto, quod, licet guardiani et fratres domorum huiusmodi predictarum litterarum vigore regularem observantiam inter se voluntarie assumpsissent et in illa certis annis perseverassent, nihilominus propter varias et multiplices inquietationes, perturbationes et molestationes, que eis a nonnullis fratribus reformationi et observantie huiusmodi penitus contrariis incessanter inferebantur, dubitabant verisimiliter in futurum in huiusmodi observantia perseverare posse, nos tunc, tam ad Christierni Dacie Svecie et Norvegie regis et Johannis archiepiscopi Lundensis, Olaui Roskildensis et Caroli Ottoniensis episcoporum quam ad guardianorum et fratrum predictorum instantiam, Eugenii IV et Pii II ac nonnullorum aliorum Romanorum pontificum vestigiis inherentes, prefatis ac pro tempore existentibus dictarum domorum guardianis et fratribus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus unum ex eis, scientia, moribus et religione preditum, fratrem in suum possent eligere vicarium provincialem ad instar aliorum fratrum de observantia dicti ordinis, quem sic electum pro tempore ministro provinciali dicti ordinis pro confirmatione electionis huiusmodi obtinenda presentare tenerentur, quam electionem si ipse minister provincialis confirmare recusaret seu etiam differret, electio ipsa post triduum per sedem apostolicam confirmata esse censeretur, per alias nostras litteras concessimus et indulsimus. — Et insuper, ut ipsi guardiani et fratres liberius et quietius divinis vacare valerent beneplacitis, ipsos et eorum domus ab omni jurisdictione, superioritate et potestate predictorum ministrorum penitus exemimus eosque ac domos predictas jurisdictioni et correctioni tam provincialis per eos pro tempore electi quam generalis ultramontani vicariorum [1])etiam tam generalis huiusmodi[1]) qui in eos ac domos predictas similem potestatem haberent, quam etiam provinciales vicarii ordinis et observantie predictorum in aliis provinciis ultramontanis quomodolibet habebant, perpetuo subjecimus, ita quod ipse vicarius sic pro tempore electus in eos ac domos predictas quoscunque ordinem predictum ingredi volentes recipere ac ipsius ordinis habitum exhibere et professionem admittere, visitare, corrigere, delin-

---

[1]—[1]) bør vist udgaa.

quentes quoscunque punire, incarcerare et a carceribus liberare et a censuris absolvere, congregationes et capitula convocare et generaliter omnia facere, ordinare et disponere posset, que alii vicarii provinciales de observantia ultramontani dicti ordinis de jure, privilegio vel consuetudine facere poterant[1]) et consueverant, dictorum ministrorum provincialis et generalis ac cuiusvis alterius licentia desuper minime requisitis. Preterea vicario sic electo ac guardianis et fratribus prefatis, ut omnibus privilegiis . . . ., immunitatibus et litteris apostolicis aliis domibus de observantia et illarum vicariis, guardianis et fratribus in genere per sedem predictam vel alias quomodolibet concessis, et quibus alie domus et vicarii, guardiani et fratres huiusmodi gaudebant seu gaudere poterant quomodolibet in futurum, vicarius sic electus ac tres domus et illarum guardiani et fratres pro tempore gaudere possent et deberent, eisdem auctoritate et tenore similiter concessimus, decernentes omnes processus ac excommunicationes aliasque sententias, censuras et penas, quos et quas per prefatos ministros [contra] provincialem vicarium electum ac guardianos et fratres dictarum trium domorum fieri seu promulgari, necnon quicquid super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti, moderationibus et aliis constitutionibus alias per Eugenium et Pium prefatos editis in omnibus semper salvis. Et nihilominus episcopo Ottoniensi et preposito Roskildensis ac decano Ottoniensis ecclesiarum dedimus in mandatis, ut . . . . . premissa omnia, ubi et quando expediret, ac pro parte guardianorum et fratrum Ottoniensis, Swembergensis ac Nistardensis domorum predictarum super hoc forent requisiti, solemniter publicantes ipsisque guardiano et fratribus super hiis efficacis defensionis presidio assistentes, facerent omnia premissa inviolabiliter observari ac ipsos pacifica exemptione aliisque premissis pacifice gaudere, non permittentes vicarium pro tempore electum, guardianos et fratres predictos contra earundem litterarum nostrarum tenorem per quoscunque, cuiusvis . . . status . . forent, impediri, perturbari seu etiam molestari, impedientes, perturbatores et molestatores necnon contradictores, quoslibet et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam et alia oportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus foret, auxilio bracchii secularis . . .,

[1]) Cod. poterunt

Et deinde, sicut accepimus, postquam Stefanus Laurentii ordinis fratrum Minorum professor et in regnis Dacie, Svecie et Norvegie minister provincialis dicti ordinis apud prefatum regem de diversis injuriis et contumeliis, que sibi per prefatum Laurentium Branderii et nonnullos alios fratres, de observantia se nuncupantes, inferebantur, lamentabili voce querimoniam exposuerat, prefatus rex tamquam pacis et tranquillitatis amator ac justitie fautor voluit et ordinavit, quod dictus Laurentius et alii guardiani domorum et fratrum reformatorum huiusmodi eidem Stefano Laurentii provinciali parerent et intenderent, ac declaravit, quod numquam intentionis sue fuerat, quod per litteras majestatis sue nobis directas Laurentius et alii guardiani domorum reformatarum predictarum a superioritate et obedientia dicti provincialis essent exempti, sed illi in omnibus obedientiam prestarent, prout ex tenore aliarum litterarum dicti regis eidem Laurentio directarum constat manifeste, ipseque Laurentius et alii reformati predicti coram prefato rege promiserunt, licet nimia superbia elati premissa adimplere et observare contempserint. Nos attendentes, quod ut plurimum diabolus tamquam leo rugiens circuit querens, quem devoret, [et][1]) sub specie boni humanam decipit imbeccillitatem, unde necesse est, ut inde mali sequantur effectus, et anime in damnationis periculum dilabantur, quodque obedientia, que ab humilitate procedit, fundamentum est religionis, et, qui novas septas struunt, nihil aliud querunt nisi a suorum superiorum obedientia discedere, ex premissis et aliis causis nobis notis motu proprio . . . . de nostra certa scientia et mera voluntate litteras supradictas sectionem prefati ordinis in dicta provincia Dacie inducentes ac omnia in eis contenta cum executoribus et defensoribus in eis deputatis et inde secuta tenore presentium revocamus, cassamus et annullamus ac juribus totaliter evacuamus nulliusque decernimus esse roboris vel momenti. Et nihilominus prefatum Laurentium ab officiis vicariatus, commissariatus, guardianatus et lectoratus deponimus et perpetuo depositum esse volumus, ipsumque et alios fratres dicti ordinis de observantia reformatorum nuncupatorum Dacie, Svecie et Norvegie regnorum predictorum ac alios clericos et laicos eorum complices, fautores et eis adherentes in virtute sancte obedientie et sub penis excommunicationis necnon maledictionis eterne et, si perseverare videbuntur, quod

---

[1]) add. Gz.

absit, sub incursu heresis et privationis graduum, dignitatum et bonorum ac inhabilitationis ad illos motu simili tenore presentium monemus eisque districte precipiendo mandamus, quatenus suis superioribus, videlicet ministro generali ac provincialibus ministris dicti ordinis, ipsis tamen fratribus reformatis alias in sua observantia remanentibus, juxta piam intentionem regis memorati omnino pareant et intendant eosque tamquam suos superiores admittant et venerentur in omnibus, que ad ministratus officium spectant, absque alicuius excusationis seu more diffugio; alioquin exnunc prout extunc ipsos sententias, censuras et penas antedictas incurrisse declaramus, eosque pro talibus ubilibet publicari et ab omnibus arctius evitari. Mandamus preterea archiepiscopo Vpsalensi et episcopo Ottoniensi ac preposito ecclesie Roskildensis aut quibusvis aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis infra limites dicte provincie Dacie, quos minister dicte provincie duxerit eligendos, motu simili mandamus (!), quatenus per se vel alios premissa omnia, ubi, quando et quotiens expedierit ac pro parte ministri generalis ac provincialium ministrorum predictorum fuerint super hoc requisiti, solemniter publicantes ipsisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant omnia premissa inviolabiliter observari ac [ipsos][1]) litteris nostris huiusmodi cum omnibus in illis contentis clausulis pacifice gaudere, non permittentes ministrum generalem ac provinciales ministros antedictos contra presentium litterarum tenorem per quoscunque, cuiuscunque status . . . . . fuerint, impediri, perturbari seu etiam quomodolibet molestari, impedientes, perturbatores et molestatores necnon contradictores quoslibet et rebelles auctoritate nostra etc., invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis, non obstantibus premissis ac Bonifacii pape VIII, quibus cavetur, quod quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur, seu ne judices a sede predicta deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere aut aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali editis necnon aliis constitutionibus . . apostolicis . . . . . . Datum Rome 6. kal. aug. anno 10.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 612 fol. 59.

1) add. Gz.

2799. **13. Sept. 1481.**

Sognepræsten Lubbert Hayesen i Stuntebüll i Slesvig Stift faar Dispensation til dermed at forene et andet ellers uforeneligt Embede.

Supplicat Lubbertus Hayessen rector, plebanus nuncupatus, parrochialis ecclesie in Stuntebol Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut una cum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, quodcunque beneficium seu illa dimissa quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque et quelibet alia per eum in posterum consequenda beneficia incompatibilia huiusmodi . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia . . . . recipere, quoad vixerit, libere valeat, dispensare dignemini. Fiat. F. Datum Brachiani Sutriensis diocesis id. sept. anno 11.

Suppl. 797 fol. 168.

2800. **Før 25. Sept. 1481.**

Sten Sture forkaster i Processen mellem ham og Dronning Dorothea Biskoppen i Ratzeburg som Dommer og appellerer fra ham til Paven.

Quoniam a citationibus *(Aarsberetn. fra Geheimearch. IV, 385—87; Reg. *7642). Uden Dato*[1]).

Danske Kongers Hist. Fasc. 2 B Nr. 6 (R. A.).

2801. **12. Okt. 1481.**

Paven fordømmer den af en Del lombardiske Gejstlige af forskellige Ordener udtalte Paastand, at Kirkens Højtideligholdelse af Jomfru Marias Undfangelse kun sigter til en aandelig Undfangelse eller Helliggørelse og ikke til hendes Frihed for Arvesynd, hvorom der endog er udgivet Skrifter. Paven bandlyser Tilhængerne af disse falske Lærdomme og befaler, at dette Brev skal bekendtgøres i Kirkerne.

Ad perpetuam rei memoriam. Grave nimis gerimus *(Wadding, Annales Minorum XIV, 310—11; Dipl. Norv. IX, 356—58)*. Datum Rome 4. id. oct. anno 11.

Afskrift i [Nic. Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D, 267—70.

2802. **17. Nov. 1481.**

Klerken Johan Jepsen (Ravensberg) fra Roskilde Stift og Præsten Jakob Pedersen fra samme Stift faar motu proprio Ventebreve paa to Kanonikater og Præbender og eet eller to Beneficier, den første søger tillige Dispensation til at forene tre ellers uforenelige Embeder.

---

[1]) Indtaget i Notarialinstrument af 25. Sept. 1481.

Motu proprio Johanni Jacobi clerico Roskildensi, de militari genere ex utroque parente procreato, et Jacobo Petri magistro in artibus, presbitero Roskildensis diocesis, de duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum duarum cathedralium et[iam] metropolitanarum aut collegiatarum ecclesiarum aut dignita[ti]s, personatus, administrationis vel officii, etiam curati et electivi alterius earundem ecclesiarum necnon de uno vel duobus beneficio seu beneficiis . . . . ., vacantibus vel vacaturis, spectantibus ad collationem etc. quorumcunque collatorum vel collatricum secularium vel quorumvis ordinum regularium per eos in confectione litterarum eligendorum . . . providemus, necnon cum dicto Johanne, ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque et quevis alia per eum in posterum assequenda incompatibilia beneficia huiusmodi . . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere ac loco dimissorum alia beneficia tria dumtaxat invicem incompatibilia recipere et, quoad vixerit, similiter retinere libere valeat, dummodo inter ipsa tria plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie non sint, dispensamus. Concessum motu proprio de expectativa pro utroque in presentia pape. P. Salernitanus. Et sub data 15. kal. nov. [ɔ: dec.] anno 11.

Suppl. 796 fol. 92 v.

2803. 17. Nov. 1481.

Klerken Joakim Ahlefeld fra Slesvig Stift faar motu proprio Ventebrev paa to Kanonikater og Præbender og eet eller to Beneficier.

Motu proprio Joachim de Avenelde clerico Slesvicensis diocesis, nobili ex utroque parente procreato, de duobus canonicatibus quarumcunque duarum cathedralium, etiam metropolitanarum, vel collegiatarum ecclesiarum cum reservatione inibi totidem prebendarum etiam maiorum ac dignitatis, personatus, administrationis vel [officii], etiam curati et electivi, alterius earundem necnon de uno vel duobus beneficiis . . . . ad quorumcunque collatorum vel collatricum secularium vel regularium in expeditione litterarum eligendorum etiam ratione dignitatum etc. collationem etc. pertinentibus, vacantibus vel vacaturis . . . . gratiose providemus, non obstantibus constitutionibus de optando, quibus cavetur, quod nullus in ipsis ecclesiis recipiatur, nisi de minori ad maiorem ascendat etc. Concessum motu proprio in presentia pape. P. Salernitanus. Et sub data 15. kal. dec. anno 11.

Suppl. 796 fol. 105.

2804. **17. Nov. 1481.**

Klerken Jakob Semelbecker fra Slesvig Stift, der studerer ved Kurien, faar motu proprio Ventebrev paa Kanonikat og Præbende i Slesvig og et Beneficium, som hører under Itzehoe Kloster.

Motu proprio Jacobo Germelbecker clerico Slesvicensis diocesis, utriusque juris bacalario, qui studium suum in jure canonico continuando actu in hac curia residet, de uno canonicatu cum reservatione unius prebende, etiam curate, ac dignitatis, personatus, administrationis et officii curati et electivi . . . . ad collationem [etc.] episcopi et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Slesvicensis pertinentium, necnon de uno beneficio . . . ad . . . . . dispositionem abbatisse in Idtzehe Bremensis diocesis, quod per cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem primo vacare contigerit, et dictus Jacobus infra mensem duxerit eligendum, ... providemus . . ., non obstantibus ecclesie Slesvicensis statutis, illis presertim, quibus cavetur, ut nullus supernumerarius acceptetur nec aliquam curatam [prebendam] canonicalem eiusdem ecclesie obtinere possit, nisi in eadem ecclesia resederit et gradatim per optionem et senium ad illam ascendat, quibus placeat pro hac vice derogare. Concessum motu proprio in presentia pape. P. Salernitanus. Et sub data 15. kal. dec. anno 11.

Suppl. 796 fol. 138.

2805. **17. Nov. 1481.**

Klerken Vincens Gertsen fra Roskilde Stift faar motu proprio, skønt kun tolv Aar gammel, Ventebrev paa to Kanonikater og Præbender og eet eller to Beneficier.

Motu proprio infrascriptis de duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum [*etc. som Nr. 2802 til* providemus] et nichilominus cum illis, qui in duodecimo vel circa sue etatis anno constituti existunt, ut canonicatum et prebendam metropolitanarum ac cathedralium ecclesiarum in eodem anno recipere et, quoad vixerint, retinere libere possint, [dispensamus][1]) defectu etatis premisse . . . non obstante. Concessum motu proprio in presentia pape. P. Salernitanus. Et sub data 15. kal. dec. anno 1. Et cum derogatione statutorum de optando, quatenus opus sit . . . .

Vincentius Gerardi clericus Roskildensis diocesis.

Suppl. 796 fol. 148.

---

[1]) add. Gz.

2806. **17. Nov. 1481.**

Klerken Jens Knudsen fra Viborg Stift faar motu proprio Ventebrev paa to Kanonikater og Præbender og eet eller to Beneficier.

Motu proprio Johanni Canuti clerico Vibergensis diocesis de duobus canonicatibus [*etc. som Nr. 2802 til* providemus]. Concessum motu proprio in presentia pape. A. Aleriensis. Et sub data 15. kal. dec. anno 11.

Suppl. 796 fol. 208.

2807. **17. Nov. 1481.**

Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift faar motu proprio samme Bevilling.

Motu proprio Marquardo Poysk clerico Roskildensis diocesis, de nobili et militari genere ex utroque parente procreato, de duobus canonicatibus [*etc. som Nr. 2802 til* providemus]. *Resolution og Dato som Nr. 2806.*

Suppl. 796 fol. 209 v.

2808. **17. Nov. 1481.**

Klerken Jens Juel fra Viborg Stift faar motu proprio samme Bevilling.

Motu proprio Johanni Iwel [ɔ: Juel] clerico Vibergensis diocesis, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, de duobus canonicatibus [*etc. som Nr. 2802 til* providemus]. *Resolution og Dato som Nr. 2806.*

Suppl. 796 fol. 235.

2809. **17. Nov. 1481.**

Klerken Mikkel Jensen fra Odense Stift faar motu proprio samme Bevilling.

Motu proprio Michaeli Johannis clerico Ottoniensis diocesis de duobus canonicatibus [*etc. som Nr. 2802 til* providemus]. *Resolution og Dato som Nr. 2806.*

Suppl. 796 fol. 295 v.

2810. **17. Nov. 1481.**

Klerken Poul Aagesen fra Lunde Stift faar motu proprio Ventebrev paa to Kanonikater, Præbender og Beneficier.

Motu prodrio Paulo Acionis *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 393). Resolution og Dato som Nr. 2806.*

Suppl. 796 fol. 298 v.

2811. **17. Nov. 1481.**

Klerken Mikkel Pedersen Hostorp fra Slesvig Stift faar samme Bevilling samt Ret til at nyde de pavelige Kurialers Privilegier.

Motu proprio Michaeli Petri de Hostorpp clerico Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de duobus canonicatibus [*etc. som Nr. 2802 til* eligendorum] providere, et insuper, ut dictus orator prefate gratie celeriorem consequatur effectum, sibi, ut omnibus ac illis prorsus similibus antelationum privilegiis etc., dignemini (!), non obstante parrochiali ecclesia Warnisz, quam possidet, et de qua sibi canonice provisum fuit [fructus 2 mr.]. Concessum motu proprio in presentia pape. A. Aleriensis. Et sub data 15. kal. dec. anno 11.

Suppl. 823 fol. 10 v.

2812. **17. Nov. 1481.**

Paven giver motu proprio Magister Vincens Erhardsen Ventebrev paa Kanonikater og Præbender i Lund og Roskilde og paa eet Embede, der dog ikke maa høre til de højeste, i een af disse Kirker.

Vincentio Erhardi canonico Lundensi, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 394)*. Et nihilominus episcopo Tricaricensi et decano ecclesie b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis ac officiali Roskildensi . . . . Datum Rome 15. kal. dec. anno 11.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 633 fol. 83.

2813. **18. Nov. 1481.**

Paven reserverer Kanonikat og Præbende i Roskilde og et Beneficium, som hører under Kapitlet i Lund, for Magister Jakob Pedersen.

Jacobo Petri canonico Roskildensi, in artibus magistro. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes tibi gratiam facere specialem, motu proprio . . . . canonicatum ecclesie Roskildensis tibi conferimus et de illo etiam providemus, prebendam vero ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium eiusdem ecclesie necnon beneficium cum cura vel sine cura . . . . ., dummodo aliqua dignitatum in Roskildensi vel metropolitana ecclesia post pontificalem maior aut in collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat [fructus, si cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr., si vero sine cura nec dignitas vel personatus fuerit, 18 mr.], ad collationem . . archiepiscopi Lundensis et prepositi, decani, archidiaconi, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et perso-

narum ecclesie Lundensis . . . . . . pertinens, si que vacant aut cum . . vacaverint . . . ., conferenda tibi . . . donationi apostolice reservamus. Datum Rome 14. kal. dec. anno 11.

Simili modo Caminensi et Mutinensi episcopis et abbati monasterii Ringstadensis [Roskildensis] diocesis.

M. XII. X. 6. non. martii anno 11, Bonattus pro A. de Petra.
Reg. Lat. 819 fol. 149.

2814. Før 22. Febr. 1482.

Sten Sture appellerer atter til Kurien fra Biskop Johannes (Parkentin) i Ratzeburg, der uden Hensyn til den forrige Appel (Nr. 2800) havde dømt til Skade for ham og bandlyst ham.

Johannes episcopus Ratzeburgensis *(Aarsberetn. fra Geheimearch. IV, 388—91; Reg. *7665). Uden Dato.*

Indtaget i Notarialinstrument af 22. Febr. 1482 (Danske Kongers Historie Fasc. 2. B. Nr. 6 (R. A.).

2815. 2. Marts 1482.

Præsten Johan Jepsen (Ravensberg) fra Roskilde Stift, som i sit 18. Aar havde haft Forbindelse med en Skøge, men som ved sin Faders Trusler og heftigt Næseblod havde ladet sig bevæge til alligevel at lade sig indvie til de hellige Grader, faar Absolution herfor og Tilladelse til at fungere, ogsaa ved Altertjenesten.

Exponitur pro parte Johannis Jacobi presbiteri Roskildensis diocesis, de militari genere ex utroque parente procreati, quod alias ipse, tunc in decimo octavo sue etatis anno constitutus, carnis flagilitate (!) ductus, absque tamen patris sui tunc viventis scitu et consensu cum quadam muliere corrupta et meretrice matrimonium contraxerat et illud carnali copula consummavit, quod cum ad notitiam dicti patris devenisset, magna indignatione atque rancore in dictum oratorem affectus atque commotus fuit, et cupiens pater ipse, ut matrimonium huiusmodi dissolveretur, et credens, quod, si dictus orator ad sacros ordines se promoveri faceret, matrimonium ipsum divortiaretur, unde (!) prefatum oratorem variis et magnis minis affecit ac sibi inter alia comminatus fuit, quod, si ad dictos sacros ordines se promoveri non faceret, eum exheredaret seu emanciparet; et, dum animus predicti oratoris super hoc anceps foret, supervenit ei magnus fluxus sanguinis narium, qui tribus diebus et noctibus perseveraverit, et in huiusmodi fluxu existendo quadam inspiratione ductus et fluxu huiusmodi perterritus voverit, quod, si ab huiusmodi fluxu liberaretur, se ad dictos ordines promoveri faceret, et sic voto huiusmodi emisso a dicto fluxu liberatus

fuit; unde dictus orator ratione voti huiusmodi motus ac etiam metu minarum predictarum, que in eum verisimiliter cadere poterant, ad ordines ipsos se fecit, alias tamen rite et legitime, promoveri et in illis, etiam in altaris ministerio, ministravit. Cum autem mulier, cum qua orator contraxit, defuncta sit, ipseque orator deo et hominibus honestius in clericali quam in laicali habitu servire posse credat, supplicat igitur, quatenus.... secum, ut clericali caractere uti ac in susceptis per eum ordinibus, etiam in altaris ministerio, ministrare ac quecunque beneficia cum cura et sine cura se invicem compatientia....., si sibi alias canonice conferantur...., recipere et retinere libere valeat, ac super irregularitate, si quam contraxit, dispensare ab eoque omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam abolere dignemini. Concessum de absolutione et ad unum simplex beneficium in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 6. non. martii anno 11.

Suppl. 801 fol. 123 v.

Lundensis. Johannes Jacobi. Dispensatio ad futuram.

Uddrag i Indice 335 efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixti IV anno 13 lib. 8 fol. 241[1]).

2816. **27. April 1482.**

Markgrev Johan af Brandenburg faar bevilget, at Præsten Laurens Jensen fra Odense Stift faar Dispensation til at modtage og beholde et Beneficium.

Supplicat Johannes marchio Brandenburgensis, quatenus, sibi in personam dilecti sui Laurentii Johannis presbiteri Ottoniensis diocesis ordinis s. Benedicti specialem gratiam facientes, secum, ut quodcunque beneficium ...., si sibi alias canonice conferatur, ... recipere et, donec vixerit, retinere illudque ... dimittere et loco dimissi aliud etiam recipere et, quoad vixerit, libere retinere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus.

Et quod littere desuper conficiende ubique gratis etiam in officio abbreviatorum expediantur. Concessum. P. Salernitanus. Datum Rome 5. kal. maji anno 11.

Suppl. 803 fol. 13 v.

2817. **6. Maj 1482.**

Biskop Albert Krummedige i Lübeck faar Bekræftelse paa, at han, som Kong Christiern havde tilstaaet ham, maa lægge Sognekirken i Oldenburg,

---

[1]) Om dette hører til her, er ikke sikkert.

hvortil Hertugen af Holsten havde Patronatsret, ind under Bispebordet, saa længe han lever

Dudum Cristiernus Dacie etc. rex, Holtzatie atque Stormarie dux, attendens, quod parrochialis ecclesia in Olidenborrch Lubicensis diocesis, cuius jus patronatus ad ducem Holtzatie pro tempore existentem pertinere consuevit, non longe a castro residentie episcopi Lubicensis distat, eiusque possessiones vicine sunt possessionibus mense episcopalis Lubicensis, quodque fructus dicte mense episcopalis adeo tenues sunt et exiles, quod episcopus Lubicensis pro tempore existens ex illis juxta episcopalis dignitatis decentiam statum suum commode tenere et onera ei incumbentia supportare non potest, Alberto moderno episcopo Lubicensi bene inclinatus, de consiliariorum suorum maturo consilio per suas patentes litteras jus patronatus dicte parrochialis ecclesie in Oldenborch, quod ad eum tamquam ducem Holtzatie pertinere dinoscebatur, quatenus dicta parrochialis ecclesia prefate mense episcopali uniretur, a se suisque heredibus et in dicto ducatu Holtzatie successoribus abdicavit et dimisit, ut[1]), si dicta parrochialis ecclesia dicte mense episcopali Lubicensi perpetuo uniretur, episcopus Lubicensis pro tempore existens statum suum commodius et honestius ducere et onera predicta commodius perferre posset. Quare pro parte prefati Alberti episcopi Lubicensis supplicatur, quatenus premissis attentis alicui probo viro in illis partibus residenti mandare dignemini, ut se de premissis informet, et, si per informationem huiusmodi ita esse repererit, prefatam parrochialem ecclesiam [fructus 44 fl. auri de camera] mense episcopali predicte [fructus similiter (!) 180 mr.] uniat ita, quod, cedente vel decedente moderno eiusdem ecclesie rectore seu illam quomodolibet dimittente, liceat moderno seu pro tempore existenti episcopo dicte parrochialis ecclesie corporalem, realem et actualem possessionem propria auctoritate apprehendere et illius fructus [in suos et dicte ecclesie usus convertere] . . . et de consensu dicti regis. Fiat. F. Datum Rome pridie non. maji anno 11.

Suppl. 803 fol. 193 v.

2818. **9. Maj 1482.**

Præsten Laurens Andersen fra Odense Stift, som 20 Aar gammel var bleven forledet til at gaa ind i Johanniterordenen og var bleven præsteviet,

---

[1]) Gz. — Cod. et

men senere udgaaet af Ordenen, faar Absolution herfor og Tilladelse til vedblivende at fungere som Præst.

Exponitur pro parte Laurentii Andree presbiteri Ottoniensis diocesis, quod, cum ipse alias esset etatis viginti annorum, quidam Johannes Johannis frater ordinis s. Johannis Jerusolimitani ipsius oratoris cognatus eundem oratorem ad emittendam professionem in dicto ordine s. Johannis Jerosolimitani seduxit ac, asserens professis ordinis huiusmodi in prefata etate viginti annorum constitutis licere facere se promoveri ad ordines sacros et presbiteratus ordines, eundem oratorem ad dictos ordines promoveri fecit, ipseque orator tamquam simplex et juris ignarus in dictis ordinibus ministravit et contra eius voluntatem habitum per fratres dicti ordinis gestari solitum per duos annos vel circa portavit et demum cognoscens se fuisse per dictum suum cognatum ad premissa facienda seductum, cum non valeret in dicto ordine cum quiete animi sui permanere, dicto habitu dimisso per quinquennium in dictis per eum susceptis ordinibus ut presbiter secularis ministravit et in dicto habitu presbiterorum secularium incessit et apostatavit, penas et censuras contra tales a jure inflictas ac irregularitatis maculam propterea incurrendo. Cum autem non valeat cum salute et quiete anime sue in dicto ordine s. Johannis permanere cupiatque in dictis suis susceptis ordinibus tamquam presbiter secularis ministrare et vota sua altissimo pro salute dicte sue anime et suorum predecessorum reddere, idcirco supplicat, quatenus more pii patris secum agendo dignemini ipsum a censuris et penis, quibus propter premissa ligatus existit, absolvere et super irregularitate per eum forsan contracta dispensare omnemque inhabilitatem et infamie maculam abolere ac secum, ut non teneatur in dicto ordine s. Johannis Jerusolimitani permanere, etiam dispensare, ac quod valeat in dictis suis susceptis ordinibus tamquam presbiter secularis ministrare et secularis in seculo remanere. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 7. id. maji anno 11.

Suppl. 803 fol. 233 v.

2819. **11. Maj 1482.**

Paven befaler Biskoppen i Camin og Dekanen og Kantoren i Odense at overdrage Præsten Peder Nielsen fra Odense Sognekirken i Erst (nu Lejrskov) i Ribe Stift.

Episcopo Caminensi et decano et cantori ecclesie Ottoniensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia ss. Crispini et Crispiani in Erst Ripensis

diocesis ex eo, quod Torstanus parrochialem ecclesiam predictam obtinens quandam aliam parrochialem ecclesiam in dicta diocesi tunc vacantem et canonice sibi collatam extitit assecutus, vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, nos, volentes Petro Nicolai presbitero Ottoniensis diocesis gratiam facere specialem . . . ., discretioni vestre mandamus, quatenus dictam ecclesiam ss. Crispini et Crispiani [fructus 2 mr.] eidem Petro auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 5. id. maji anno 11.

M. Gratis pro deo. 10. kal. junii anno 11. Bonattus pro A. de Petra. Reg. Lat. 812 fol. 318.

2820. **21. Maj 1482.**

Universitetet i København faar motu proprio tilstaaet Provisionsret til nogle Kanonikater og Præbender i alle de danske Stifter undtagen Børglum; Dekanen i København skal være Dr. juris canonici og holde Forelæsninger ved Universitetet. Universitetet faar tilstaaet et Værnebrev.

Motu proprio etc. Cupientes, ut universitas opidi Hossznensis (!) Roskildensis diocesis feliciter conservetur et in dies augeatur, ex certa scientia statuimus, quod de singulo uno in Lundensi et Arusiensi ac in Vibergensi ac Ripensi necnon Ottoniensi ac in Slesvicensi necnon quatuor in Roskildensi ac duobus in collegiata Hossznensi (!) ecclesiis canonicatibus et totidem etiam ex maioribus prebendis, quos per cessum vel decessum aut quamvis aliam dimissionem illos obtinentium extra Romanam curiam in quibusvis mensibus vacare contigerit, ac quatuor decani dicte universitatis eligendos acceptandosque duxerint, etiam si dispositioni apostolice ex quavis causa generaliter reservati fuerint, perpetuis futuris temporibus, quoties illos vacare contingeret, dicte universitatis doctoribus et magistris etiam quecunque beneficia obtinentibus et expectantibus, qui in quatuor facultatibus in eadem universitate publice legere debeant, per rectorem dicte universitatis et quatuor decanos prefatos perpetuis futuris temporibus provideri[1]) possit et debeat, quodque ad decanatum dicte ecclesie Hossznensis (!), qui inibi dignitas principalis existit ac presentationi et nominationi regis Dacie pro tempore existentis pertinet, etiam si curatus et electivus existat, quoties illa [ɔ: -um] per cessum vel decessum aut quamvis aliam dimissionem extra dictam curiam vacare contingerit (!), ad

[1]) Gz. — Cod. conferri

decanum videlicet alius quam doctor in jure canonico idoneus, qui ordinarie de mane hora sexta singulis diebus in dicta universitate in loco ad id deputato vel deputando legat, presentari et in illo[1]) institui non possit, quodque illi, quibus canonicatus et prebende huiusmodi collati, ac illi, qui ad decanatum huiusmodi presentati et in eo[2]) instituti fuerint, residendo in dicta universitate omnes, illorum fructus etc. cum ea integritate percipere possint, cum qua illos perciperent, si in dictis ecclesiis personaliter residerent, nec ad residendum in eisdem compelli possint, in omnibus perinde ac si alique gratie expectative, reservationes et nominandi seu nominatis conferendi facultates et mandata a nobis seu sede apostolica vel eius legatis seu alias eius auctoritate etiam regum, ducum, principum vel prelatorum aut quavis alia consideratione nullatenus emanassent seu in posterum emanarent, decernentes exnunc omnes acceptationes, provisiones, uniones ac alias dispositiones, processus, sententias et censuras desuper necnon totum id et quicquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate contigerit attemptari, [nullius esse roboris vel momenti], necnon canonicatus et prebendas ac decanatum huiusmodi, quos, ut prefertur, vacare et dictis personis conferri contigerit, ut prefertur, graduatorum dicte universitatis nuncupari debere et aliis quam illis conferri non posse et sub predictis vel quibusvis aliis gratiis expectativis, reservationibus, unionibus, extinctionibus et legatis et aliis concessis et concedendis facultatibus non comprehendi; et insuper eidem universitati illiusque doctoribus, magistris, decanis seu officialibus et scolaribus aliisque servitoribus et in ea residentibus conservatoriam in forma *militantis ecclesie* perpetuo duraturam concedimus . . . Concessum motu proprio et de decanatu de consensu patroni et de conservatoria in forma in presentia pape. P. Salernitanus. Et quod littere super premissis omnibus in forma gratiosa et ad perpetuam rei memoriam ac motu proprio et ex certa scientia expediantur. Concessum ut supra. Pe. Salernitanus. Datum Rome 12. kal. junii anno 11.

Suppl. 804 fol. 93.

2821. **27. Maj 1482.**

Raadmanden Esbern Jakobsen Skriver i København appellerer til Paven en Sag, han fører med Kapitlet sammesteds om nogle Ejendomme, der tilhører St. Mikkels Alter.

---

[1]) Gz. — Cod. illis [2]) Gz. — Cod. eo

Per hoc presens publicum instrumentum pateat *(Kbhs. Dipl. IV, 165—67)*. Acta sunt hec anno [1482] indictione [15] die [27] mense [maji] pontificatus [anno 11].

Samtidig Afskrift paa Papir i Københavns Gaarde og Huse 317 (R. A.).

2822. 4. Juni 1482.

Ribekanniken Knud Lund faar bekræftet, at Sognekirken i Farup for bestandig maa lægges sammen med hans Kanonikat og Præbende.

Cum Cristiernus bone memorie episcopus Ripensis cum consensu capituli sive ecclesie Ripensis ad supplicationem Kanuti Rymid (!) canonici et presbiteri dicte ecclesie propter exiguitatem corporis prebende sue ad altare b. Luce [ɔ: Lucii] sub maiori altari [ɔ: turri] in dicta ecclesia [fructus 5 fl. auri de camera] quandam parrochialem ecclesiam s. Nicolai in Fardrop dicte diocesis [fructus etiam 5 fl. auri de camera], quam tunc idem Kanutus pacifice possidebat, sua auctoritate ordinaria univit perpetuo, prout in litteris desuper confectis . . . . plenius continetur, cuius quidem unionis vigore idem Kanutus presbiter in pacifica possessione eiusdem ad triginta annos et ultra continuo permansit, prout de presenti pacificus existit, et ut premissa maioris firmitatis robore solidentur, supplicat Kanutus Lyund, canonicus et presbiter predictus, quatenus unionem predictam et omnia inde secuta rata habentes et grata confirmare dignemini ex certa s. v. scientia, et nichilominus pro ipsius Kanuti et suorum successorum uberiori cautela et tutiori illas perpetuo, quatenus opus sit, invicem de novo unire, ita, quod liceat prefato Kanuto earum possessionem continuare, sibi et pro tempore existenti canonicatum et corpus dicte prebende [et] illarum fructus etc. in suos ac predicte ecclesie et vicarie usus convertere, diocesani loci et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome pridie non. junii anno 11.

Suppl. 804 fol. 222.

2823. 8. Juni 1482.

Paven forbyder Antoniterne at forulempe Helligaandsbrødrenes Svin og Bedere, som kommer med Klokker (i Ørerne og i Hænderne) for at bede om Almisse, og befaler Ærkebiskopperne i Trier og Mainz og Biskoppen i Strassburg at sørge for, at Forbudet overholdes.

Ad perpetuam rei memoriam. Alto divine providentie consilio meritis nostris licet inequalibus summi sacerdotii curam gerentes in terris, licet ad universa pia loca pro illorum felici

statu confovendo nostre vigilantie frequenter dirigamus intuitum, ad hospitale tamen s. Spiritus in Saxia de Urbe ordinis s. Augustini, quod sub visceribus nostris continuo versatur et sedis apostolice preclarissimum opus ac monimentum existit, et alia loca ab eo dependentia attentiori quadam solicitudine mentis nostre consideratione[m][1]) intendimus, ut tam hospitale quam loca predicta, sine quibus, ut experientia docere potest, grandis infantium expositorum et languentium multitudo deperiret, in suis privilegiis et consuetudinibus valea[n]t absque ulla contradictione inviolabiliter observari. Licet a tanto tempore citra, cuius contrarii memoria hominum non existit, in Germania et diversis aliis mundi partibus observatum fuerit et de presenti, consuetudine inviolabili comprobante, observetur, quod fratres ordinis s. Augustini hospitalium et locorum ab eodem hospitali nostro dependentium sub vocabulo s. Spiritus deo militantis, pro subventionibus et elemosinis a Christi fidelibus habendis et in usus necessarios et opportunos infantium expositorum et aliorum infirmorum et languentium convertendis per civitates, villas, castra, oppida et alia loca cum campanellis in manibus dantibus sonitum ad excitandum fideles ipsos ad pias largitiones predictas, libere et sine aliquo impedimento, quotiens eis fuerit opportunum [et][1]) expedire videtur, ire et redire, necnon animalia et presertim porci, qui eisdem fratribus pro similibus sustentatione et piis causis in elemosinam elargiuntur, etiam cum campanellis auribus appensis per easdem civitates, oppida, castra, villas et loca alia, ut simili largitione nutriantur, discurrere tute et libere consueverint, et hospitale nostrum predictum et reliqua loca ab eo dependentia pluribus et diversis tam nostris quam predecessorum nostrorum privilegiis muniantur, tamen non sine gravi nostri animi displicentia nuper ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli preceptores et fratres domorum etiam ordinis s. Augustini et sub vocabulo s. Antonii Viennensis, in partibus illis questuantes seu questus facientes, sive livore seu nimia cupiditate commoti, quamvis per dictos fratres s. Spiritus omnis questuandi percipiatur utilitas, eosdem fratres s. Spiritus super consuetudine eundi per civitates [etc.] cum campanellis in manibus suis Christi fideles ad elemosinas incita[n]tes multipliciter perturbare et, ne porci cum eisdem campanellis per civitates [etc.] discurrant, impedire nituntur in grave prejudicium fratrum s.

---

[1]) add. Gz.

Spiritus et per consequens infantium expositorum et aliorum pauperum et languentium ad hospitalia et loca s. Spiritus huiusmodi declinantium pariter et jacturam. Nos igitur, attendentes antiquam consuetudinem huiusmodi et, quanto favore predecessores nostri primos[1]) fundatores dicti hospitalis s. Spiritus in Saxia, quod nos proximis temporibus a fundamentis edificiis amplissimis instauravimus ac bonis temporalibus multipliciter auximus et ampliavimus novisquę privilegiis apostolice sedis communivimus, et alia loca ab eodem hospitali dependentia semper fuerint prosecuti, et presertim, quod, si devotio fidelium erga istos magis quam alios inclinatur, nullatenus impediri debet, ne contingat e[x]inde fideles ipsos a piis operibus cessare et devotionem ipsam frigescere, ex premissis et aliis causis nobis notis motu proprio . . . ., quod omnes fratres quorumcunque hospitalium domorum et locorum a dicto hospitali nostro s. Spiritus in Saxia dependentium tam in Germania quam aliis quibuscunque partibus per quascunque civitates [etc.] cum campanellis in manibus Christi fideles quoslibet ad erogandum et exhibendum eis pias elemosinas sono campanellarum huiusmodi excitare et elemosinas huiusmodi petere et habere ac in usus expositorum, pauperum et infirmorum predictorum convertere necnon porcos[2]) eorum per civitates [etc.] ad hoc, ut a Christi fidelibus ipsis pia largitione nutriantur, cum campanellis auribus appensis mittere et eos ire et discurrere etiam permittere libere possint, quod[que][3]) fratres s. Antonii Viennensis ac omnes, qui fratres s. Spiritus huiusmodi super hiis quomodolibet impediverint seu molestaverint[4]), cum campanellis pias elemosinas querentes et eorum animalia cum eisdem campanellis transmittentes, ut prefertur, cuiuscunque status fuerint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, tenore presentium ac irrefragabili et perpetuo valitura constitutione sancimus . . et decernimus, ac universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis et personis ecclesiasticis presertim ecclesiarum rectoribus et eorum vices gerentibus in virtute sancte obedientie et sub pena suspensionis et excommunicationis districte precipiendo injungimus, ut preceptores et fratres eorumque nuntios predictos s. Spiritus et membrorum eiusdem ad eorum ecclesias, civitates,

---

[1]) Gz. — Cod. primi [2]) Gz. — Cod. porcorum [3]) add. Gz.
[4]) Cod. molestaverint quominus cum

terras et loca quecunque accedentes ad querendum elemosinas et pia suffragia huiusmodi cum eorum nolis sive campanellis sonantibus et sanctuariis subsequentibus benigne et charitative recipiant et pertractent ac populum eis creditum utriusque sexus, dum et prout desuper per eos fuerint requisiti, in unum locum convocent ad audiendum, que proponere voluerint coram eis; et nichilominus Maguntino et Treverensi archiepiscopis sacrique Romani imperii electoribus ac Argentinensi episcopo presentibus et futuris mandamus, quatenus, . . . premissa, ubi, quando et quotiens expedire cognoverint fuerintque desuper pro parte preceptoris et fratrum hospitalis s. Spiritus et membrorum predictorum aut nuntiorum eorundem legitime requisiti, solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra eosdem preceptorem et fratres[1]) ad premissa omnia ut prefertur eis concessa recipi ac concessorum huiusmodi usu et pacifica quasi possessione gaudere, non permittentes eos super hiis per quoscunque quavis auctoritate impediri seu quomodolibet molestari, contradictores [etc.], invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstante . . . . quod forsan lis aliqua super premissis inter ipsos preceptorem et fratres hospitalis s. Spiritus et membrorum eius predictorum aut aliquos ex eis ac abbatem monasterii s. Antonii predicti seu preceptores, magistros, rectores et fratres preceptoriarum et hospitalium ab eodem monasterio dependentium predictorum indecisa in quavis etiam appellationis instantia pendere diceretur in Romana curia vel extra eam, etiam si coram aliquo auditore causarum nostri sacri palatii seu quocunque alio auditore, [cuius] statum, si [in] ea ad conclusionem processum foret, pro expresso habemus, quamquam (!) ad nos advocantes et litem penitus extinguentes eandem . . . . . Et quia difficile foret presentes litteras ad singula loca, in quibus preceptor et fratres prefati s. Spiritus illis indigerent, deferre, volumus . . ., quod earum transumpto sigillo alicuius prelati ecclesiastici aut causarum camere apostolice generalis auditoris munito et manu publici notarii subscripto et signato eadem prorsus detur fides in judicio et extra, ubi fuerit exhibitum vel ostensum, que daretur presentibus originalibus litteris, si exhiberentur ibidem . . . . Datum Rome 6. id. junii anno 11.

Ufuldstændig Afskrift i Kbhs. Gaarde og Huse 430 (R. A.). Her trykt efter Transsumptum privilegiorum ordinis s. Spiritus (Bibl. Vitt. Eman. 14, 26, M, 36, fol. 89 v).

---

[1]) Gz. — Cod. ac ad

2824. 9. Juni 1482.

Klerken Jakob Semelbecker fra Slesvig Stift, som studerer ved Kurien, faar Provstiet i Greifswald, skønt han forud har Sognekirken i Stolp.

Exponitur pro parte Jacobi Semelbecker clerici Slesvicensis diocesis, quatenus quidam Johannes Perleberch prepositus ecclesie collegiate s. Nicolai opidi Gripesualdensis Caminensis diocesis, proprie salutis et honoris immemor deique timore postposito, auctoritate ordinaria suis exigentibus demeritis publice excommunicatus et a suo ordinario declaratus et publicatus, excommunicationis [ɔ: -ne] et declarationis [ɔ: -ne] huiusmodi non obstantibus missas et alia divina officia celebrare ac in illis se immiscere non expavit in contemptum clavium ecclesie animeque sue periculum, perniciosum exemplum et scandalum plurimorum, propter quod dicte (!) preposituere (!) se reddidit indignum et illi (!) merito venit privandus. Eapropter supplicat orator predictus, quatenus sibi, qui in jure canonico Reme [ɔ: Rome] actu studet, specialem gratiam facientes alicui prelato mandare dignemini, qui de premissis [per] memoratum prepositum in partibus habitum et alios vivos testes ad hoc necessarios se informet et, si per informationem huiusmodi repererit premissa veritate fulciri, dictum Johannem Perleberch prepositum prememorate preposituere (!), que inibi prima dignitas existit, privet et amoveat realiter ab eadem necnon dictam preposituram [fructus 4 mr.] eidem Jacobo auctoritate apostolica conferat ac provideat de eadem, non obstante parrochiali ecclesia in Antiqua Stolp [fructus 4 mr.], de qua a s. v. nuper sibi provisum extitit, licet eius possessionem nondum assecutus sit. Concessum in forma juris in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 5. id. junii anno 11.

Suppl. 804 fol. 198.

2825. 22. Juli 1482.

Paven udvider en tidligere Kommission, som han har givet Biskop Angelus (Gherardini) i Suessa, udsender ham som Nuntius med Myndighed som legatus de latere til Tyskland, Ungarn, Polen, Bøhmen og Danmark og bestemmer, at han skal have de samme Rettigheder til at bortgive Embeder, som virkelige legati de latere.

Angelo episcopo Suessano, ad Alamaniam ac universa provincias, civitates, terras ac loca Germanie, necnon Ungarie, Polonie, Boemie et Dacie regnorum nostro et apostolice sedis cum plena potestate legati de latere nuntio et commissario. Dudum

siquidem emanarunt littere *(Dipl. Norv. XVII, 1093—94)*. Datum Rome 11. kal. aug. anno 11. *De curia.*

Reg. Vat. 655 fol. 27.

2826. **22. Juli 1482.**

Paven giver sin Nuntius, Biskop Angelus (Gherardini) i Suessa Tilladelse til indenfor sin Nuntiaturs Omraade at udnævne Notarer, bortgive kirkelige Embeder til en Værdi af højst 10 Mark Sølv, anvise Pensioner, give Lov til at indgaa Ægteskab i forbudte Grader og Dispensation for uægte Fødsel, Tilladelse til at forene ellers uforenelige Embeder, til at opholde sig ved Universiteter og dog nyde Indtægterne af sine Embeder, til at have Rejsealter og vælge Skriftefader, der kan give Syndsforladelse een Gang foruden i Dødsøjeblikket, til at ombytte fromme Løfter med andre, til at give Aflad til dem, der besøger Kirker og andre hellige Steder, samt til at paadømme Sager, der er appellerede til Pavestolen. Endvidere skal han kræve Regnskab og Penge af alle Kuriens Kollektorer i de nævnte Lande. De omtalte Rettigheder skal gælde ogsaa i det Tilfælde, at han begiver sig til andre Lande.

Angelo episcopo Suessano, ad Alamaniam et universas provincias, civitates, communitates, terras et loca Germanice nationis sacroque Romano imperio subjecta necnon Polonie, Boemie et Dacie regna aliaque loca, ad que te declinare contigerit, nostro et apostolice sedis cum plena potestate legati de latere nuntio et commissario. Cum te *(Dipl. Norv. XVII, 1089—92)*. Datum Rome 11. kal. aug. anno 11. *De curia.*

Reg. Vat. 655 fol. 28.

2827. **16. Aug. 1482.**

Paven tillader Indbyggerne i de tre nordiske Riger at ære og dyrke den hellige Birgittas Datter Katarina som Helgen, skønt hendes Kanonisation paa Grund af de nødvendige Forundersøgelser (der er overdragne til Kardinalbiskoppen Johannes Baptista Zeno, Kardinalpresbyteren Stephanus Nardini og Kardinaldiakonen Franciscus Piccolomini) endnu ikke har kunnet finde Sted.

Archiepiscopis, episcopis ceterisque prelatis necnon militibus et militaribus regnorum Svecie, Dacie et Norvegie . . . Pro parte vestra *(A. Dipl. Norv. XVI, 302—03[1]); B. Dipl. Norv. XVII, 1094—95)*. Datum Rome 17. kal. sept. anno 11.

A) Indtaget i Brev af 19. Marts 1501 fra nogle svenske Biskopper til den danske Gejstlighed (Reg. 5200), der er afskrevet i Cod. E. 146 fol. 61 ff. (Upsala Universitetsbibl.). B) Orig. paa Perg. i Riksarkivet i Stockholm.

[1]) Overskriften lyder her: Archiepiscopis et episcopis ac principibus et communitati regnorum Dacie, Svecie et Norvegie.

2828. **3. Sept. 1482.**

Provinsialprioren for Karmeliterordenens Provins Dacia Niels Christiernsen og Karmelitermunken Niels Mord faar pavelig Bekræftelse paa Oprettelsen af et Kloster i Aarhus.

Dudum Johannes episcopus Arusiensis, provide attendens honestos mores et vitam exemplarem et religionis ardorem fratrum ordinis beate et gloriose semperque virginis Marie de monte Carmeli, Nicolao Crist[i]erni provinciali provincie Dacie et Nicolao Mord fratri dicti ordinis ad hoc a sede apostolica generali facultate eidem ordini per s. v. concessa fultis de consensu capituli ecclesie Arusiensis ac consilio consulatus civitatis Arusiensis quandam capellam sine cura sub vocabulis ss. Georgii militis et Kanuti regis ac Kanuti ducis ad mensam episcopalem Arusiensem legitime pertinentem eisdem fratribus pro eorum usu et habitatione perpetuis auctoritate sua ordinaria concessit, prout in quodam instrumento publico desuper confecto . . . plenius continetur, ipsique Nicolaus provincialis et Nicolaus Mord vice et nomine totius ordinis predicti capellam ipsam privilegii [et] concessionis huiusmodi vigore acceptarunt et in illa[m] nonnullos fratres dicti ordinis introduxerunt, missas et alia divina officia die noctuque inibi altissimo persolventes. Supplicant igitur tam Nicolaus provincialis et Nicolaus Mort prefati quam universi fratres in dictam domum introducti, quatenus, eos ab excommunicationis aliisque sententiis, censuris et penis, si quas missas et alia divina officia celebrando forsan propterea incurrerunt, absolventes omnemque ab eis inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eos premissorum occasione contractam penitus abolentes, concessionem predictam ac omnia in dicto instrumento contenta confirmare . . . ., et nichilominus pro premissorum potiori cautela eisdem fratribus, quod capellam per eos receptam huiusmodi tenere et inibi [domum] dicti ordinis cum cimiterio, claustro, dormitorio, refectorio, ortis, ortalitiis, campanis, campanili ac aliis necessariis officinis erigere et edificare inibique perpetuo habitare et altissimo sua vota persolvere, quodque prior et fratres, qui inibi pro tempore habitabunt, omnibus privilegiis . . ., quibus alie domus dicti ordinis gaudent, gaudere libere possint, concedere dignemini. Concessum sine prejudicio in presentia pape. P. Salernitanus. Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Datum Rome 3. non. sept. anno 12.

Suppl. 807 fol. 10 v.

Arusiensis. Nicolaus Cristanus provincialis provincie Danie et Nicolaus Moid frater ordinis b. Marie de Monte Carmelo. Confirmatio concessionis et donationis cuiusdam capelle pro fratrum ordinis huiusmodi perpetuis usu et habitatione. Ad perpetuam.

Uddrag i Indice 334 efter Reg. Lat. Sixti IV anno 11 lib. 12 (tabt) fol. 49.

2829. **5. Sept. 1482.**

Odensekanniken Otto Jensen (Foged) faar Tilladelse til at residere, hvor han vil.

Supplicat Otto Johannis canonicus Ottoniensis, quatenus sibi, qui magister in artibus et de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, quod in Romana curia vel aliquo beneficiorum suorum residendo aut litterarum studio in loco, ubi illud viget generale, insistendo fructus canonicatus et prebende ecclesie Ottoniensis necnon omnium beneficiorum, que in dicta Ottoniensi et in quibuslibet aliis ecclesiis sive locis . . . . obtinet et imposterum obtinebit, quecunque fuerint, quottidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoad vixerit, percipere valeat, sibi indulgere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome non. sept. anno 12.

Suppl. 807 fol. 108 v.

2830. **6. Sept. 1482.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Ærkedegnen i Aarhus Ejler Madsen (Bølle) til Biskop sammesteds.

[1482] Die 6. [mensis] sept. idem sanctissimus dominus noster ad relationem domini Melfitani providit ecclesie Arusiensi de persona Eylerii Mathei archidiaconi Arusiensis vacanti per obitum Johannis Iuerii.

Oblig. 83 fol. 81.

2831. **6. Sept. 1482.**

Kardinal Hieronymus Bassus de Rovere, Biskop af Recanati, bevidner Ejler Madsen (Bølle)s Udnævnelse til Biskop i Aarhus.

Reverendissime domine mi. Hodie sanctissimus dominus noster Sixtus . . papa IV in suo secreto consistorio, ut moris est, ad relationem meam ecclesie Arusiensi, per obitum Johannis Iueri pastoris solatio destitute, de persona Eylerii Mathie archidiaconi Arusiensis, in presbiteratus ordine constituti, providit, ... electionem de persona dicti Eylerii per capitulum dicte ecclesie factam cassando et annullando. In quorum fidem presentem cedulam fieri feci et soliti sigilli mei impressione munitam manu

propria subscripsi. Datum Rome in palatio apostolico die 6. mensis sept. 1482 anno 12.

Ita est. Hieronymus cardinalis Racanetensis(!) manu propria.

Cod. Vat. 3478 fol. 81 v.

2832. **6. Sept. 1482.**

Paven udnævner Ejler Madsen (Bølle) til Biskop i Aarhus og kasserer Kapitlets tidligere ulovlige Valg.

Eylero electo Arusiensi. Divina disponente clementia [etc.]. Dudum siquidem, Johanne episcopo Arusiensi regimini ecclesie Arusiensis presidente, nos . . . provisionem eiusdem ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam . . . Postmodum vero, dicta ecclesia per obitum dicti Johannis episcopi vacante, capitulum eiusdem ecclesie reservationis predicte ignari, ut creditur, ... te in eorum et dicte ecclesie episcopum concorditer elegerunt licet de facto, tuque reservationis predicte similiter inscius electioni huiusmodi illius tibi presentato decreto consensisti etiam de facto, et deinde, huiusmodi reservatione ad tuam deducta notitiam, huiusmodi electionis negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur, electionem ipsam et quecunque inde secuta utpote contra reservationem predictam de facto attemptata irrita, prout erant, et inania reputantes, ... ad te archidiaconum dicte ecclesie . . . . direximus oculos nostre mentis, [ac] dictorum capituli et eligentium concordi voluntati (!) attenta meditatione pensata de persona tua . . . eidem ecclesie providemus . . . Datum Rome 8. id. sept. anno 12.

Simili modo Capitulo ecclesie Arusiensis.
Clero civitatis et diocesis Arusiensis.
Populo — - — —
Universis vasallis ecclesie —
Johanni regi Dacie.
Archiepiscopo Lundensi.

M. XX. X. X. X. X. X. X. Bonattus pro A. de Petis.
Reg. Lat. 825 fol. 24 v.

2833. **7. Sept. 1482.**

Paven giver den udvalgte Biskop Ejler Madsen (Bølle) i Aarhus Tilladelse til at lade sig indvie af hvilken Biskop, han vil.

Eylero electo Arusiensi. Cum nos pridem [etc. som Nr. 861]. Datum Rome 7. id. sept. anno 12.

M. XXVIII. Bonattus pro A. de Petis.
Reg. Lat. 825 fol. 26.

2834. 7. (19.) Sept. 1482.

Den udvalgte Kong Hans og Odenseprovsten Hans Urne faar stadfæstet de tidligere af forskellige Ærkebiskopper i Lund Provstiet i Odense tilstaaede Privilegier.

Dudum, postquam, coram Nicolao archiepiscopo Lundensi inter Ericum episcopum Ottoniensem et quondam Jacobum Magni prepositum ecclesie Ottoniensis de omnibus causis jurisdictionem prepositure dicte ecclesie concernentibus lite et materia questionis indecisa pendente, idem Nicolaus archiepiscopus, cum quibusdam suffraganeis suis ac aliis pluribus ecclesiarum cathedralium prelatis et canonicis ceterisque jurisperitis apud eum tunc presentibus habita super hiis deliberatione matura et scrutinio diligenti, tandem de eorundem consilio et assensu dictis partibus in sua adhuc presentia constitutis et sententiam ferri petentibus taliter decreverat et sententialiter diffiniverat, ut prepositus Ottoniensis, qui pro tempore foret, in omnibus causis et casibus coram eo ventilatis seu ventilandis jurisdictionem ecclesiasticam tam in clericos[1]) seculares quam etiam religiosos ecclesias parrochiales regentes ac etiam laicos per totam suam preposituram sive illius districtum [consistentes][2]), sicut ceteri prelati inferiores ecclesiarum cathedralium in regno Dacie exercuerant et habere dinoscebantur, in consimilibus causis et casibus, quibus ipsi utebantur, libere valeret exercere, decretum et diffinitionem predicta Magnus etiam archiepiscopus Lundensis ipsius Nicolai successor tamquam juri consona una cum omnibus circa premissa factis et diffinitis confirmavit, et successive Johannes Lapmann etiam archiepiscopus Lundensis, eorundem predecessorum suorum vestigiis inherens, ad prefati Jacobi prepositi instantiam jurisdictionum, libertatum et privilegiorum [tenores][2]) necnon unionem de prebenda Pughescola[3]) nuncupata una cum tribus ecclesiis, videlicet b. Marie virginis et s. Albani Ottoniensis ac s. Laurentii Ottoniensis diocesis ad ipsam prebendam spectantibus ac dicte prepositure per quondam Dacorum reges ac etiam episcopos Ottonienses tunc [ɔ: tam][2]) ab antiquis temporibus, quorum contrarium memoria hominum tunc non habebat, factam etiam auctoritate sua metropolitica confirmavit, prout in litteris patentibus dictorum archiepiscoporum suis sigillis respective munitis . . . hec omnia plenius continentur. Supplicat igitur tam Johannes electus in regem Dacie etc. quam Johannes Urne mo-

---

1) Gz. — Cod. clericos quam seculares 2) add. Gz. 3) II: Preghescola

dernus prepositus dicte ecclesie Ottoniensis, quatenus . . . decretum et diffinitionem necnon eorundem confirmationes huiusmodi cum omnibus in dictis instrumentis contentis . . . . confirmare in forma gratiosa et ad perpetuam rei memoriam dignemini. Concessum in presentia pape. P. Salernitanus. Datum Rome 7. id. sept. anno 12.

Suppl. 807 fol. 88 v og 152 v, her dog med Datoen 13. kal. oct. anno 12.

2835. **13. Sept. 1482.**

Biskop Ejler Madsen (Bølle) i Aarhus lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1482] Die 13. mensis sept. Cherubinus causarum procurator ut principalis et privata persona ac nomine et vice Eylerii electi Arusiensis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio ecclesie Arusiensis ratione provisionis de persona dicti Eylerii eidem ecclesie per bullas Sixti pape IIII sub data Rome 8. id. sept. anno 12 auctoritate apostolica facte fl. auri de camera 66 cum duobus tertiis fl., ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem etc. Cardinales XIV.

Oblig. 84 A fol. 94.

13. sept. 1482 Eilerius electus Arusiensis, provisus (!) 8. id. sept. anno 12 obtulit fl. 66²/₃.

Uddrag af Garampi efter S. C. 25 fol. 94 og Oblig. C. A. fol. 29 (tabte).

2836. **14. Sept. 1482.**

Præsten Jens Kynde (Guido) faar Sognekirken i Tiset i Aarhus Stift.

Supplicat Johannes Kynde presbiter Arusiensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Tusnich in provincia Nichret regni Dacie, ad quam quidem parrochialem ecclesiam, dum alias per obitum Johannis N. vacaverat, quidam Christiernus Nicolai assertus clericus se in eandem sine aliquo canonico titulo intruserat, prout intrusus est de presenti, eamque per biennium citra tamen triennium una cum aliis beneficiis curatis et incompatibilibus sine dispensatione legitima illicite detinuit occupatam [cuius quidem ecclesie fructus 4 mr.], providere dignemini, non obstante perpetuo sine cura beneficio in ecclesia. . . .[1]),

[1]) Hul i Teksten.

quod obtinet [fructus 3 mr.]. Fiat. F. Datum Rome 18. kal. oct. anno 12.

Suppl. 807 fol. 76 v.

Arusiensis. Johannes Guido. Parrochialis per obitum.

Uddrag i Indice 334 efter Reg. Lat. anno 11 lib. 17 (tabt) fol. 294.

2837. **14. Sept. 1482.**

Klerken Mogens Eriksen (Rosenkrantz) fra Aarhus Stift faar Ærkedegneembedet i Aarhus, skønt han forud har Ærkedegneembedet i Viborg, som han er rede til at opgive.

Supplicat Magnus Erici clericus Arusiensis diocesis, studens in jure canonico, de militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de archidiaconatu ecclesie Arusiensis, qui in dicta ecclesia dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem existit et per munus consecrationis Eylero Mathie electo seu proviso dicte ecclesie Arusiensis impendende vacare speratur [fructus 4 mr.], providere dignemini, non obstante archidiaconatu Vibergensi, quem obtinet [fructus 4 mr.], quem per assecutionem dicti archidiaconatus Arusiensis dimittere est paratus *[Resolution og Dato sammen med de følgende Breve]*.

Suppl. 807 fol. 79.

Arusiensis. Magnus Erici. Archidiaconatus per promotionem.

Uddrag i Indice 334 efter Reg. Lat. anno 11 lib. 17 (tabt) fol. 286.

2838. **14. Sept. 1482.**

Niels Lykke faar Kanonikat og Præbende i Aarhus og Ærkedegneembedet i Viborg, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Odense.

Item Nicolao Loche clerico Ottoniensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreato, nepoti dicti electi seu provisi, de canonicatu et prebende dicte ecclesie Arusiensis, per munus consecrationis dicto proviso impendende vacantibus, necnon de archidiaconatu ecclesie Vibergensis, qui in dicta ecclesia dignitas curata et electiva, non tamen maior post pontificalem existit, per assecutionem dicti archidiaconatus Arusiensis, ut speratur, vacante [quorum fructus 8 mr.] providere dignemini, non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Ottoniensis, quos obtinet [fructus 4 mr.]. *[Resolution og Datum sammen med det følgende Brev]*.

Suppl. 807 fol. 79.

Arusiensis. Nicolaus Luche. Canonicatus per promotionem.
Vibergensis. Nicolaus Luche. Archidiaconatus juxta decretum.

Uddrag i Indice 334 efter Reg. Lat. an. 11 lib. 17 (tabt) fol. 289 og 292.

2839. 14. Sept. 1482.

Otto Jensen (Foged) faar Kanonikat og Præbende i Lund, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Odense og Roskilde.

Item Ottoni Johannis artium liberalium magistro, clerico Ottoniensis diocesis, qui decretum electionis dicte creature vestre ad s. v. detulit, de canonicatu et prebenda ecclesie Lundensis, sic, ut prefertur, per munus consecrationis prefato proviso Arusiensi impendende, ut speratur, vacantibus [fructus 4 mr.], non obstantibus canonicatibus et prebendis Ottoniensis [fructus 3 mr.] et Roskildensis [fructus etiam 3 mr.] ecclesiarum. Fiat de et pro omnibus. F. Datum Rome 18. kal. oct. anno 12.

Suppl. 807 fol. 79.

2840. 14. Sept. 1482.

Biskop Ejler Madsen (Bølle) i Aarhus betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Guillermus etc. Quod Eylerus electus Arusiensis pro totali etc. communis servitii ecclesie Arusiensis, in quo etc. ratione prefectionis etc. efficaciter obligatus, fl. auri de camera 31 bol. 62 ipsi camere B. etc. recipiente . . ., et pro simili solutione unius minuti servitii nobis etc. debiti fl. similes 2 sol. 19$^1/_2$ necnon pro simili solutione trium minutorum servitiorum familiaribus etc. debitorum, in quibus erat etc., fl. similes 7 sol. 7 monete in Urbe currentis per manus Antonii de Viterbio solvi fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome in camera apostolica die 14. mensis sept. anno 12.

fl. 1 gr. 2.

Div. Sixti IV 1471—84 (Quietantie) fol. 123 (Archivio di Stato).

19. Sept. 1482.

Supplik af denne Dato se Nr. 2834 (7. Sept.).

2841. 19. Sept. 1482.

Otto Jensen (Foged) faar Provisionsbrevet paa Kanonikat og Præbende i Lund (jfr. Nr. 2839) udstedt med forskellige Ændringer.

Reformatio Ottonis Johannis.

Dudum s. v. statuit, quod nullus vigore gratiarum expectativarum vel aliarum quarumlibet, quas etiam motu proprio emanare contingeret, super vacantibus vel vacaturis principalium

metropolitanarum et aliarum cathedralium ecclesiarum canonicatibus et prebendis illos assequi posset, si ipse, pro quo emanarent, in duabus aliis cathedralibus ecclesiis canonicus actu prebendatus existeret tempore date litterarum aut assecutionis huiusmodi, nisi id ei specialiter per s. v. per signaturam ad partem illi similiter specialiter faciendam concederetur, vel ipsi[s], pro quibus emanarent concessiones predicte etc., ipse littere quoad effectum assecutionis huiusmodi dumtaxat nullius essent roboris vel momenti. Dignetur igitur s. v. prefato Ottoni Johannis, quod dictos canonicatum et prebendam ecclesie Lundensis, si assequatur, recipere et una cum Ottoniensis et Roskildensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis predictis, quos obtinet, retinere libere possit, indulgere necnon litteras apostolicas pro prefato Nicolao Luche super canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis [fructus 4 mr.] et super archidiaconatu ecclesie Vibergensis [fructus etiam 4 mr.] seorsim et ad partem expediri mandare. Fiat. F. Datum Rome 13. kal. oct. anno 12.

Suppl. 807 fol. 163 v.

2842. **26. Sept. 1482.**

Paven stadfæster de Cistercienserordenen af Honorius III og Martin V tidligere tilstaaede Privilegier, særlig angaaende Fritagelse for at betale Tiende.

Ad perpetuam rei memoriam. Dispositione divina gregi dominico quamvis immeriti presidentes, dum preclara abbatis Cisterciensis eiusque coabbatum et priorum ac abbatissarum et aliarum personarum Cisterciensis ordinis honestatem et merita deo grata et hominibus accepta intra nostre mentis archana recensemus et ad commendabiles fructus, quibus operosis eorum ministeriis erga ipsum deum et homines huiusmodi indesinenter exuberant, nostros diffundimus cogitatus, vota illa ad exauditionis gratiam favorabiliter admittimus, per que ipsorum statui et indemnitatibus eorum consulitur, et, que in illorum profectum emanasse comperimus, presidio muniminis apostolici libenter solidamus, illa etiam pro potiori cautela de novo eis concedendo. Sane pro parte abbatis, coabbatum, priorum, abbatissarum et personarum predictorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim Honorius papa III, ut nullus ab eis de terris suis ante generale concilium acquisitis, etiam de illis, quas aliis concesserant excolendas, et ad eos redierant, si eas manibus propriis aut sumptibus colerent, decimas exigere aut extorquere presumeret, inter alia inhibuit, et deinde Martinus papa V archi-

episcopis et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos sue super hoc confecte littere pervenirent, expresse mandavit, ut abbatem Cisterciensem ac omnes abbates, priores, abbatissas ac omnia monasteria presentia et futura ubicunque pro tempore consistentia[1]) necnon singulares personas dicti ordinis a prestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante et post concilium antedictum quam de cetero habendis et etiam[2]) de novalibus sive ante sive post huiusmodi concilium acquisitis et acquirendis, que propriis sumptibus excolebant seu excolent[3]), quam[vis][4]) alias quomodocunque excolerentur, et etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hactenus percepisset, necnon de ortis, virgultis et piscationibus suis ac de suorum animalium nutrimentis singuli ipsorum omnino servarent immunes, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus foret, auxilio bracchii secularis . . . . . Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, littere ipse incipiant vetustate consumi, et propterea de illis ac contentis in eisdem successu temporis ab aliquibus hesitari posset, pro parte abbatis Cisterciensis, coabbatum, priorum, abbatissarum et personarum predictorum nobis fuit supplicatum, ut litteras predictas pro illarum subsistentia firmiori confirmare . . . . dignaremur. Nos, tranquillitatem et utilitatem ipsius ordinis ac singularum personarum eiusdem supremis desiderantes affectibus, litteras tam Honorii quam Martini huiusmodi . . . ratas et gratas habentes illas . . . presentium tenore confirmamus ac juxta omnimodas earum continentias et formas in sui roboris firmitate perpetuo subsistere decernimus . . . . ., et nichilominus pro potiori cautela abbatem Cisterciensem ac omnes abbates, priores, abbatissas necnon omnia monasteria presentia et futura ubilibet consistentia singularesque personas dicti ordinis a prestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante et post concilium predictum quam de cetero habendis, etiam de nonalibus sive ante sive post concilium huiusmodi acquisitis et acquirendis, que propriis sumptibus excolunt et excolent, quam[vis][4]) alias quomodocunque excolantur, et etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hactenus percepit, necnon de ortis, virgultis, piscationibus suis et de nutrimentis suorum animalium de speciali gratia penitus

[1]) Gz. — Cod. presentia—consistentia efter dicti ordinis
[2]) Cod. et de tam [3]) Gz. — Cod. excolerent [4]) add. Gz.

eximimus et exempta fore perpetuo decernimus per presentes . . . Verum, quia difficile foret presentes originales litteras ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda foret, loca deferre, volumus ipsarum transsumptis alicuius episcopalis aut superioris ecclesiastice curie seu prelati vel persone in dignitate ecclesiastica constitute aut metropolitane vel cathedralis ecclesie canonici sigillo et manu ac subscriptione alicuius notarii publici munitis tamquam presentibus litteris, si exhiberentur, in judicio et extra plenariam fidem ubilibet adhiberi, perinde ac si eedem presentes littere exhibite forent vel ostense. Datum Rome 6. kal. oct. anno 12.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 31.

2843. 29. Sept. 1482.

Klerken Didrik Tetens fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Garding.

Dudum parrochiali ecclesia in Gardinghen Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus ducis Slesvicensis pro tempore existentis existit, per liberam resignationem Johannis Stenuelt coram notario et testibus factam vacante, extitit de eadem auctoritate apostolica ad presentationem Cristierni Dacie et Svecie et Norvegie regis et ducis Slesvicensis Theodorico Thetens clerico Slesvicensis diocesis, tunc in decimo octavo sue etatis anno constituto, cum quo, ut non obstante defectu etatis huiusmodi dictam parrochialem ecclesiam obtinere posset, dicta auctoritate apostolica dispensatum extitit, provisum possessione subsecuta. Verum quod idem orator de viribus institutionis, presentationis sive provisionis predictarum dubitet credatque dictam parrochialem ecclesiam adhuc vacare, idcirco supplicat, quatenus dignemini sibi de parrochiali predicta . . . . [fructus 4 mr.], sive ut premittitur sive ex eo, quod ipse orator in tempore a jure statuto ad sacros et presbiteratus ordines promotus minime extitit, vacet, providere. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 3. kal. oct. anno 12.

Suppl. 808 fol. 250 v.

2844. 30. Sept. 1482.

Paven befaler Biskoppen i Odense og Provsterne i Roskilde og Odense at optage Vidnesbyrd fra Kong Hans, Dronning Dorothea og Biskopperne i Ribe, Viborg og Odense (!) om Stridighederne indenfor Franciskanerordenens danske Provins; derefter skal de paany anerkende Observansens Uafhængighed af Provinsialministeren og kassere Brevet af 27. Juli 1481 (Nr. 2798) og lade Brevet af 13. Febr. 1480 (Nr. 2766) gælde samt anerkende Laurens Brandsen som Vikar.

Episcopo Ottoniensi et Roskildensis et Ottoniensis ecclesiarum prepositis. Dum vota petentium pro mentis affectu benigno favore complectimur[1]), contingit plerumque ea per nos concedi, que per diligentiorem veritatis indaginem moderatione indigere noscuntur. Dum, postquam pro parte guardianorum et fratrum Ottoniensis et Swyembergensis et Nistadensis[2]) Ottoniensis diocesis domorum ordinis fratrum Minorum provincie Dacie nobis fuerat expositum, quod ipsi, cupientes, ut in dicta provincia regularis vigeret observantia, nonnullas litteras a Jannecto, nunc episcopo Tarvisino, tunc vero generali ministro dicti ordinis, super reformatione eorum ad regularem observantiam obtinuerant, ipsique sese sub dicta observantia reformaverant, diverse molestie et perturbationes eis per fratres sub conventualitate degentes et eorum superiores inferebantur, nosque tunc certas litteras, per quas eisdem fratribus, ad observantiam se velle transire [et] se illam inter eos introducere velle asserentibus, concedebatur, quod unum vicarium provincie Dacie ad instar aliorum fratrum de observantia in partibus ultramontanis eligere, ipseque vicarius per eos taliter electus per provincialem ordinis et provincie predictorum confirmari deberet, et, si illum confirmari [ɔ: -e] differret, pro confirmato haberetur, cum certis aliis privilegiis concesseramus, pro parte tunc ministri provincialis et aliorum fratrum dicte provincie nobis exposito, quod fratres, de observantia nuncupati, huiusmodi potentia laicali suffulti nonnullas domos fratrum conventualitatis huiusmodi violenter occupaverant fratresque nativos dictarum domorum verberaverant, vexaverant et perturbaverant et demum a domibus eorum expulerant et multa alia gravamina injuriasque, molestationes et jacturas eis intulerant et continue inferebant, nos tunc, premissis obviare volentes, etiam per nos accepto, quod, postquam Stephanus Laurentii ordinis fratrum Minorum professor et in regnis Dacie, Svecie et Norvegie minister provincialis dicti ordinis apud prefatum (!) regem de diversis injuriis et contumeliis, que sibi per Laurentium Branderi et nonnullos alios fratres, de observantia se nuncupantes, inferebantur, lamentabili querimonia exposuerat, prefatus rex, tamquam pacis et tranquillitatis amator ac justitie fautor ordinavit, quod dictus Laurentius et alii guardiani domorum et fratrum reformatorum huiusmodi eidem Stephano Laurentii provinciali parerent et intenderent, ac declaravit,

[1]) Gz. — Cod. complectitur [2]) Gz. — Cod. Nistadensis locorum Ottoniensis

quod numquam intentionis sue fuerat, quod per litteras suas nobis directas Laurentius et alii guardiani domorum reformatarum predictarum a superioritate et obedientia dicti provincialis essent exempti, sed illi in omnibus obedientiam prestarent, prout ex tenore aliarum litterarum dicti regis eidem Laurentio directarum constabat manifeste, ipsique Laurentius et alii reformati predicti coram prefato rege promiserant atque promissa[1]) adimplere et observare contempserant, nos tunc litteras predictas sectionem prefati ordinis in dicta provincia Dacie inducentes ac omnia in eis contenta cum executoribus et defensoribus in eis deputatis et inde secuta quecunque per alias nostras litteras motu proprio revocavimus et annullavimus ac viribus totaliter evacuavimus nulliusque decrevimus esse roboris vel momenti ac nonnulla alia fecimus, prout in illis plenius continetur. Cum autem occasione litterarum huiusmodi in partibus illis diverse contemptiones et controversie inter fratres ipsos fuerint exorte, nos, cupientes scandalis et dissensionibus inter quoscunque fideles et presertim eiusdem professionis religiosos, quantum cum deo possumus, obviare, discretioni vestre mandamus, quatenus, si, vocatis partibus predictis, et postquam per attestationem Johannis regis et Dorothee regine Dacie ac Ripensis, Ottoniensis, Vibergensis episcoporum et militum et consiliariorum dicti regni, nobis super hoc supplicantium, quod de Christierni olim regis Dacie fuerit ac eorum mente sit, quod prime littere eisdem fratribus observantie concesse locum habeant, vobis constiterit . . ., et ipsi Johannes rex ac Dorothea regina ac episcopi et consiliarii predicti hoc sese velle asserant, primo dictas litteras in suo robore permanere et effectum sortiri debere auctoritate nostra decernatis ipsumque fratrem Laurentium Branderi, vicarium canonice electum, confirmatum vel non confirmatum ad officium vicariatus huiusmodi et ad alia dicti ordinis officia juxta ipsius consuetudines et statuta exercendum reponatis et confirmetis, non obstantibus secundis litteris huiusmodi, quas in eventum antedictum effectum sortiri minime debere predicta auctoritate similiter declaretis . . . . Datum Rome pridie kal. oct. anno 12.

X
X
X
Reg. Vat. 622 fol. 178 v.

---

[1]) Gz. — Cod. premissa

2845. 23. Okt. 1482.

Paven tillader Provinsialvikaren for Franciskanerobservanterne i Provinsen Dacia at anlægge tre nye Klostre.

Vicario provinciali ordinis fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum, provincie Dacie secundum morem dicti ordinis. Pia deo et ecclesiis desideria, per que sacre religionis propagatio cum divini cultus et devotionis fidelium augumento (!) procuratur, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, et, ut illa optatum sortiantur effectum, favorem apostolicum liberaliter impartimur. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in provincia Dacie numerus fratrum ordinis Minorum, de observantia nuncupatorum, et devotio fidelium erga illos divinusque cultus, benedicente altissimo ac bonis operibus et exemplari vita eorundem fratrum mediantibus, magis ac magis in dies augetur. Quare pro parte tua nobis fuit supplicatum, ut tibi in prefata provincia tria loca ad hoc congruentia et honesta, etiam si in totum vel in parte a quibusvis constructa fuerint, si tibi a fidelibus legitime donentur, pro usu et habitatione perpetuis eorundem fratrum sub regulari observantia viventium recipiendi ac in singulis locis predictis singulas domos dicti ordinis cum ecclesia, campanili humili, campana, claustro, dormitorio, cimiterio, refectorio, ortis, ortalitiis et aliis necessariis officinis erigendi et construendi ipsasque domos tunc vel alias erectas et constructas perpetuo retinendi et inhabitandi ac juxta ritus et consuetudines ac regularia instituta sub obedientia vicarii generalis eiusdem ordinis pro tempore existentis[1]) et observatione partium ultramontanarum regendi licentiam concedere . . . . . dignaremur. Nos igitur, qui religionis propagationem et ecclesiarum ac devotionis huiusmodi incrementum nostris potissime temporibus summopere desideramus, tibi in prefata provincia tria loca ad hoc congruentia et honesta huiusmodi, etiam si in totum vel in parte a quibusvis constructa forent, ut prefertur, si tibi per eosdem fideles legitime donentur, pro usu et habitatione predictis recipiendi et in singulis locis eisdem singulas non tamen ultra tres domos huiusmodi cum ecclesia, campanili humili, campana, claustro, dormitorio, cimiterio, refectorio, ortis, ortalitiis et aliis officinis predictis absque tamen alicuius prejudicio erigendi [et] construendi illasque sic vel alias erectas et constructas perpetuo retinendi et inhabitandi ac juxta ritus et

[1]) Gz. — Cod. ordinis et observatione partium ultramontanarum pro tempore existentis regendi

consuetudines ac regularia instituta predicti [sub obedientia] vicarii generalis ordinis, observantie ac partium huiusmodi pro tempore existentis regendi, cuiusvis alterius licentia super hoc minime alias requisita, tenore presentium licentiam concedimus, non obstantibus Bonifacii pape VIII prohibentis, ne cuiusvis ordinis mendicantium fratres loca ad habitandum de novo recipere seu jam recepta mutare presumant sine dicte sedis licentia speciali . . . ., et aliis apostolicis constitutionibus . . . ., jure tamen parrochialium ecclesiarum et quarumlibet aliarum in omnibus semper salvo. Et insuper, si domus huiusmodi per te vigore presentium construi et erigi contigerit, ut prefertur, singulis domibus predictis ac guardianis et fratribus illas pró tempore inhabitantibus, sub regulari observantia huiusmodi viventibus, ut omnibus privilegiis . . . . et indultis, quibus alie domus et fratres ordinis et observantie huiusmodi in genere gaudent, gaudere libere valeant, tenore presentium indulgemus. Datum Rome 10. kal. nov. anno 12.

V
X
X
X
X
Reg. Vat. 623 fol. 161.

2846. **13. Nov. 1482.**

Paven bekræfter forskellige Lunde-Ærkebiskoppers Afgørelse om den Jurisdiktion, der tilkommer Provsten i Odense, og befaler Ærkebiskoppen i Lund samt Biskoppen og Provsten i Roskilde at vaage over Brevets Udførelse (jfr. Nr. 2834).

Ad perpetuam rei memoriam. Quietem et tranquillitatem inter Christi fideles quoslibet vigere intensis desideriis affectantes, hiis, que propterea provide facta et determinata fuisse comperimus, libenter, cum a nobis petitur, apostolice auctoritatis adjicimus firmitatem. Sane pro parte Johannis Urne prepositi Ottoniensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum, postquam, coram bone memorie Nicolao archiepiscopo Lundensi inter recolende memorie Henricum episcopum Ottoniensem et quondam Jacobum Magni prepositum ecclesie Ottoniensis de omnibus causis jurisdictionem prepositure dicte ecclesie concernentibus lite et materia questionis indecisa pendente, idem Nicolaus archiepiscopus, cum quibusdam suffraganeis suis ac aliis pluribus ecclesiarum cathedralium prelatis et canonicis ceterisque juris peritis apud eum tunc presentibus habita super hiis de-

liberatione matura et scrutinio diligenti tandem de eorundem assensu, dictis partibus in sua adhuc presentia constitutis et sententiam ferri petentibus, taliter decreverat et sententialiter diffiniverat, videlicet quod prepositus Ottoniensis, qui pro tempore foret, in omnibus causis et casibus coram eo ventillatis seu ventillandis jurisdictionem ecclesiasticam tam in clericos seculares quam etiam religiosos ecclesias parrochiales regentes ac etiam laicos infra terminos sue prepositure consistentes, sicut ceteri prelati inferiores ecclesiarum cathedralium in regno Dacie exercuerant et habere dinoscebantur, in consimilibus causis et casibus, quibus ipsi utebantur, libere valeret exercere, bone memorie Magnus etiam archiepiscopus Lundensis . . . decretum et diffinitionem predicta tamquam juri consona una cum omnibus circa premissa factis et diffinitis ratificavit et confirmavit, et successive pie memorie Johannes Laxman etiam archiepiscopus Lundensis . . . . ad prefati Jacobi prepositi instantiam jurisdictionum, libertatum et privilegiorum [tenores] huiusmodi ratificavit [et] confirmavit, prout in litteris patentibus dictorum archiepiscoporum suis sigillis respective munitis hec omnia plenius contineri dicuntur. Quare pro parte tam Joannis regis Dacie quam Joannis Urne prefati nobis fuit supplicatum, ut decreto et diffinitioni necnon eorundem confirmationibus [ac] ratificationibus per ipsas partes comprobatis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere dignaremur. Nos igitur . . . . . decretum et diffinitionem Nicolai archiepiscopi per ipsas partes comprobata necnon eorundem confirmationes [ac] ratificationes huiusmodi ac omnia in dictis litteris contenta eadem concernentia, quatenus in eorum pacifica possessione dicte prepositure prepositi fuerint et ipse Johannes Urne ad presens existat, tenore presentium confirmamus . . . . . Datum Rome id. nov. anno 12.

Simili modo archiepiscopo Lundensi et episcopo Rokildensi ac preposito ecclesie Roskildensis. Hodie emanarunt a nobis littere tenoris subsequentis. Ad perpetuam rei memoriam. Quietem [etc.] ut supra. Quocirca discretioni vestre mandamus, quatenus, presentes litteras, ubi ac quando et quotiens expediens fuerit ac pro parte prefati Johannis Urne et pro tempore existentis prepositi prefate ecclesie Ottoniensis fueritis requisiti, solemniter publicantes ac eidem Johanni Urne et pro tempore existenti preposito ecclesie Ottoniensis huiusmodi super premissis omnibus efficacis defensionis auxilio assistentes, faciatis auctori-

tate nostra ipsum Johannem Urne et pro tempore existentem prepositum dictarum confirmationis ac litterarum nostrarum huiusmodi pacifica possessione gaudere, non permittentes[1]) eos contra earundem et presentium tenorem per quoscunque indebite molestari, inquietari seu etiam quomodolibet perturbari, contradictores [etc.]. Datum ut supra.

X X
X
X
X
Reg. Vat. 625 fol. 254 v.

2847. 10. Dec. 1482.

Klerken Gregers Smed fra Odense Stift faar Sognekirken i Vilstrup, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Supplicat Gregorius Smyde clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Wilstorp Slesvicensis diocesis, per obitum Nicolai Steccken vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini, non obstante, quod dictus orator canonicatum et prebendam ecclesie collegiate Hadersleuensis Slesvicensis diocesis [fructus 4 mr.] obtinet. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 4. id. dec. anno 12.

Suppl. 810 fol. 162.

Slesvicensis. Gregorius Smyd. Parrochialis per obitum.

Uddrag i Indice 334 efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixti IV an. 11 l. 16 fol. 4.

2848. 10. Dec. 1482.

Klerken Gregers Smed fra Odense Stift faar Kantoriet i Haderslev, skønt han forud har Kanonikat og Præbende sammesteds.

Supplicat Gregorius Smyt clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de cantoria ecclesie collegiate Hadersleuensis Slesvicensis diocesis, que in eadem ecclesia principalis dignitas existit, et cui cura imminet animarum, et ad quam quis per electionem consuevit eligi, per obitum Nicolai Stecken vacante [fructus 4 mr.] providere dignemini, non obstante quod predictus Gregorius canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] in eadem ecclesia obtinet. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 4. id. dec. anno 12.

Suppl. 810 fol. 163.

---

[1]) Gz. — Cod. permittatis

2849. **10. Dec. 1482.**

Klerken Jens Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Nonneklostret udenfor Slesvig.

Alias perpetua vicaria ad altare b. Marie virginis situm in monasterio monialium prope et extra muros civitatis Slesvicensis per obitum Heynomanni Scheper vacante, Johannes Petri clericus Slesvicensis diocesis auctoritate ordinaria obtinuit [illam] sibi conferri et de illa etiam provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere ipsamque vicariam adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 4. id. dec. anno 12.

Suppl. 810 fol. 192 v.

2850. **17. Dec. 1482.**

Klerken Johan Cosze fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Slesvig og et evigt Vikariat i Nonneklostret sammesteds.

Alias canonicatu et prebenda Slesvicensibus tunc per liberam resignationem Erici Hacken in manibus ordinarii rite et legitime factam ac simplici sine cura perpetua vicaria in monasterio s. Johannis sanctimonialium ad altare ss. Andree et Nicolai eiusdem diocesis per mortem Gerardi de Santbeke vacantibus, Johannes Cosze clericus dicte Slesvicensis diocesis de illis auctoritate ordinaria sibi obtinuit provideri ac vigore provisionis huiusmodi illorum possessionem assecutus extitit, prout possidet de presenti, verum dubitat provisionem sibi et assecutionem per eum factas viribus non subsistere: quapropter supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda Slesvicensibus et simplici beneficio [fructus simul 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 16. kal. jan. anno 12.

Suppl. 820 fol. 200 v.

2851. **10. Jan. 1483.**

Paven meddeler blandt andre Kongen af Danmark, at han har sluttet Fred med de italienske Stater, for at alle Kristne i Fællesskab kan gaa imod Tyrkerne. I den almindelige Fred fattes kun, at Dogen i Venedig Johannes Mocenigo skal tiltræde den og hæve Belejringen af Ferrara. Paven opfordrer derfor Kongen til at støtte ham ved Gesandtskab eller Brev til Venedig.

Imperatori. Ut nihil omitteretur *(Dipl. Norv. XVII, 604—05).* Datum Rome die 10. jan. anno 12. Simile . . . . regi Dacie.

Arm. 39 vol. 15 fol. 301.

2852. **14. Jan. 1483.**

Viborgprovsten Hartvig Juel faar Dispensation til med Provstiet og dets Anneks Asmild at forene et andet Beneficium.

Cum prepositura ecclesie cathedralis s. Marie virginis Vibergensis adeo exilis et diminuta sit in suis redditibus, quod ex illis prepositus dicte ecclesie vix sustentare se potest, supplicatur igitur pro parte Hartuuici Wel [ɔ: Juel] dicte ecclesie prepositi, de nobili genere ex utroque parente procreati, quatenus secum, ut una cum dicta prepositura, cui annexa est parrochialis ecclesia de Ostenild cum suis annexis, cuius quidem prepositure una cum dicta ecclesia et annexis fructus 4 mr. non excedunt, et que in dicta ecclesia cathedrali post pontificalem maior existit, quam obtinet, quodcunque aliud seu absque illa quecunque duo alia beneficia curata et se invicem incompatibilia (!) . . . . ., si sibi alias canonice conferantur . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque et quevis alia per ipsum imposterum canonice assequenda beneficia incompatibilia . . . . dimittere et loca dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 19. kal. febr. anno 12.

Suppl. 811 fol. 98 v.

2853. **18. Jan. 1483.**

Klerken Jens Pedersen Hostorp fra Slesvig Stift faar Dispensation til at forene Besiddelsen af to uensartede Embeder.

Supplicat Johannes Petri de Hostorpp clericus Slesvicensis diocesis, quatenus [secum], ut duo beneficia dissimilia, etiam si . . . simul sub uno et eodem tecto fuerint, si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et, quoad vixerit, etiam cum potestate permutandi, quoties sibi placuerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 15. kal. febr. anno 12.

Suppl. 811 fol. 283 v.

2854. **22. Jan. 1483.**

Paven overdrager Jens Pedersen Hostorp Kanonikat og Præbende i Slesvig og Sognekirken i Grumtofte, som Pavens familiaris Henricus Strow (Snaw) har afstaaet.

Johanni Petri de Hostorppe canonico Slesvicensi. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque hodie tu

quandam perpetuam vicariam ad altare b. Marie virginis situm in ecclesia monasterii monialium in insula Hollem prope et extra muros Slesvicenses, clericis secularibus assignari solitam, et Herricus (!) Strow familiaris continuus commensalis noster canonicatum et prebendam ecclesie Slesvicensis cum suo corpore in Grinitofft Slesvicensis diocesis consistente per eos (!)[1]), de illis, quos tunc obtinebatis, desiderantes illos invicem permutare, in manibus nostris ex causa permutationis huiusmodi sponte resignaveritis, nosque resignationes ipsas duxerimus admittendas, nos . . . . . canonicatum et prebendam predictos [quorum et dicti corporis fructus 4 mr.], per resignationem Henrici huiusmodi vacantes . . . . cum . . corpore huiusmodi tibi conferimus et de illis etiam providemus . . . Datum Rome 11. kal. febr. anno 12.

Simili modo episcopo Aleriensi et Lubicensis ac s. Ludgerii Monasteriensis ecclesiarum decanis.

N. XII. X. id. febr. anno 12. Garilliaci.
Reg. Lat. 831 fol. 125.

2855. 22. Jan. 1483.

Klerken Henricus Snaw (?) fra Verden Stift faar et evigt Vikariat ved Nonneklostret i Slesvig, som han havde tilbyttet sig, mod til Jens Pedersen Hostorp at afstaa Kanonikat og Præbende i Slesvig samt Sognekirken i Grumtofte.

Cum Henricus Snaw clericus Verdensis diocesis et v. s. familiaris et continuus commensalis canonicatum et prebendam in ecclesia Slesvicensi, per obitum Theoderici Clinckrade apud sedem apostolicam defuncti vacantia, cum corpore optata in Gerumtofft dicte Slesvicensis diocesis, ac Johannes Petri de Hustorpp clericus Slesvicensis diocesis perpetuam sine cura vicariam ad altare b. Marie in monasterio monialium prope et extra civitatem Slesvicensem in insula Hollem, que[2]) obtinent et ad que eis jus competit, desiderant invicem permutare et illa in manibus e. s. v. ex causa permutationis huiusmodi et non alias sponte resignant, supplicant igitur . . . ., quatenus resignationes huiusmodi admittentes [ɔ: -ere] ipsisque admissis Henrico de perpetua vicaria predicta [fructus 4 mr.] ac Johanni de canonicatu et prebenda ac corpore in Gerumtofft [etiam fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 11. kal. febr. anno 12.

Suppl. 811 fol. 249 v.

[1]) Cod. eos [2]) Cod. quas

2856. **12. Febr. 1483.**

Paven meddeler blandt andre Kongen af Danmark, at han har tiltraadt den italienske Liga, som skal arbejde for Fred paa Halvøen og er rettet mod Venedig, der belejrer Ferrara.

Duci Saxoniæ. Scripsimus superioribus diebus *(Raynaldus, Annales eccles. (Lucæ 1754) XI, 36—37; Reg. 4740)*. Datum Rome die 12. febr. anno 12. — Simile regi Dacie.

Arm. 39 vol. 15 pag. 362.

2857. **7. April 1483.**

Klerken Alardus Span fra Lübeck faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Supplicat Alardus Span clericus Lubicensis, quatenus sibi de certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, per obitum Theoderici Clinckradt dudum in Romana curia defuncti vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 7. id. aprilis anno 12.

Suppl. 814 fol. 283 v.

2858. **28. Maj 1483.**

Den svenske Gejstlighed besværer sig til Paven over, at Ærkebiskop Jens (Brostrup) i Lund ved et Fredsmøde i Upsala Kirkeprovins har ladet bære Korset foran sig og derved gjort Fordring paa Primatet over den svenske Kirke, endskønt Ærkebiskopperne i Upsala længe har hørt direkte under Pavestolen.

Post humillimam recommendationem devota pedum oscula beatorum. Etsi omnium ecclesiarum privilegia *(Hist. handl. VIII, 44—46)*. Ex opido Stokholmensi Upsalensis diocesis sub anno 1483 die vero maji 28. nostro sub secreto.

Samtidig Afskrift paa Perg. i Riksarkivet i Stockholm.

2859. **31. Maj 1483.**

Paven reserverer Provstiet i Viborg for Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift.

Marquardo Poyske[1]) clerico Roskildensis diocesis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ecclesie Vibergensis, quam Hartuicus[2]) electus Ripensis tempore provisionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Ripensem tunc pastore carentem obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis ipsi electo impendendum vacare speretur, nos tibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existis, specialem gratiam facere volentes, pre-

---

[1]) II tilføjer: Supplicat M. P. in Romana curia presens

[2]) II: Hartuitius Juwel

posituram predictam, que in ipsa ecclesia Vibergensi dignitas maior post pontificalem existit, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], cum illam quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendam tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome pridie kal. junii anno 12.

Simili modo episcopo Glandacensi et archidiacono Roskildensis ac decano Haffnensis Roskildensis diocesis ecclesiarum.

N. XVI. XIIII. 13. kal. julii anno 12. Garilliati.

Reg. Lat. 827 fol. 123; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. Aleriensis) i Suppl. 817 fol. 155.

2860. **2. Juni 1483.**

Præsten Eggert Haynck fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe.

Motu proprio Egghardo Haynck presbitero Slesvicensis diocesis nullum habenti beneficium de canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis, quos Hartwicus Jwl electus Ripensis tempore promotionis sue ad ecclesiam Ripensem obtinuit, prout obtinet, [fructus 4 mr.], cum per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo [impendendum] aut alias quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacabunt, ... providemus. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 4. non. junii anno 12.

Suppl. 817 fol. 126 v.

Ripensis. Eggardus Haynck. Canonicatus per promotionem.

Uddrag i Indice 335 efter Reg. Lat. Sixti IV anno 12 lib. 7 (tabt) fol. 4.

2861. **3. Juni 1483.**

Jens Pedersen Hostorp faar Kanonikat og Præbende i Ribe og Provstiet i Jellingsyssel.

Pridem canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis ac prepositura rurali Juellingfusel (!) dicte Ripensis diocesis per obitum Petri Wesen vacantibus, Johannes Petri de Hostorpp clericus Slesvicensis diocesis, sacri palatii apostolici causarum notarius, illos vigore gratie expectative per s. v. sibi concesse acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit. Cum autem dubitet acceptationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis ac prepositura rurali Juellingsigel (!) dicte Ripensis dio-

cesis [fructus insimul 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Et cum derogatione regule de optando. Datum Rome 3. non. junii anno 12.,

Suppl. 817 fol. 148 v.

2862. **3. Juni 1483.**

Klerken Claus Jensen fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe.

Dudum in partibus per liberam resignationem Johannis Urne canonici Ripensis canonicatu et prebenda Ripensibus vacantibus, Nicolao Johannis clerico Ripensis diocesis extitit provisum de eisdem auctoritate ordinaria possessione subsecuta. Dubitat tamen dictus Nicolaus Johannis collationem et provisionem cum inde secutis viribus haud subsistere eosque adhuc vacare. Supplicat [igitur], quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 3. non. junii anno 12.

Suppl. 817 fol. 188.

2863. **6. Juni 1483.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Viborgprovsten Hartvig Juel til Biskop i Ribe.

[1483] Die 6. [mensis] junii idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto ad relationem domini Senensis providit ecclesie Ripensi de persona Hartuuici prepositi Vibergensis et canonici dicte ecclesie Ripensis, vacanti per obitum Petri ultimi episcopi.

Oblig. 83 fol. 85.

2864. **6. Juni 1483.**

Den pavelige Vicekansler, Kardinal Rodericus (Borgia) bevidner Pavens Udnævnelse af Hartvig Juel til Biskop i Ribe.

R[odericus] episcopus Portuensis, cardinalis Valentinus, sacre Romane ecclesie vicecancellarius. Hodie Sixtus . . papa IV in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem . . . . F. s. Eustacii cardinalis Senensis de cardinalium consilio ecclesie Ripensi, tunc per obitum Petri episcopi Ripensis pastore destitute, de persona Hartuuici prepositi Vibergensis et canonici Ripensis ecclesiarum in sacerdotio et etate legitima constituti, providit ipsumque Hartuuit[i]um dicte ecclesie Ripensi prefecit in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Ripensis in spiritualibus ac temporalibus plenarie committendo. Et nichilominus elec-

tionem de persona eiusdem Hartuici ad dictam ecclesiam Ripensem per illius capitulum factam cassavit et annullavit ipsumque Hartuuitum a censuris etc. ad effectum etc. absolvit. In quorum fidem presentem cedulam fieri et manu propria subscriptam soliti nostri parvi sigilli impressione communiri fecimus. Datum Rome die 6. junii anno 12. R. vicecancellarius.

Cod. Vat. 3478 fol. 115.

2865. **6. Juni 1483.**

Paven udnævner Viborgprovsten Hartvig Juel til Biskop i Ribe og kasserer Kapitlets tidligere ulovlige Valg.

Hertwico (!) electo Ripensi. Divina disponente clementia [etc.]. Dudum siquidem, Petro episcopo Ripensi regimini ecclesie Ripensis presidente, nos . . . provisionem eiusdem ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam. Postmodum vero, dicta ecclesia per obitum eiusdem Petri vacante, capitulum eiusdem ecclesie, reservationis predicte ignari, ut creditur, . . . te in eorum et dicte ecclesie episcopum concorditer elegerunt licet de facto, tuque, reservationis predicte similiter inscius electioni huiusmodi, illius tibi presentato decreto, consensisti etiam de facto. Et deinde, huiusmodi reservatione ad tuam deducta notitiam, huiusmodi electionis negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur, electionem ipsam et quecunque inde secuta utpote post et contra reservationem predictam de facto attemptata, irrita, prout erant, reputantes . . . ., ad te prepositum ecclesie Vibergensis direximus oculos nostre mentis [ac] dictorum capituli et eligentium concordi voluntate attenta meditatione pensata de persona tua . . . eidem ecclesie providemus. Datum Rome 8. id. junii anno 12.

Simili modo Capitulo ecclesie Ripensis.
Clero civitatis et diocesis Ripensis.
Populo — — — —
Universis vasallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni regi Dacie.

N. XX. X. X. X. X. X. X. Gariliaci.
Reg. Lat. 827 fol. 322.

2866. **6. Juni 1483.**

Paven befaler Officialen i Lübeck at reservere Provstiet i Viborg for Kong Hans's Kansler, Roskildekanniken Niels Skave.

Officiali Lubicensi. Dignum etc. Cum itaque prepositura ecclesie Vibergensis, quam Hartwicus[1]) electus Ripensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Ripensem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speretur, nos, volentes Nicolaum Skave canonicum Roskildensem, qui Johannis regis Dacie cancellarius existit, . . . favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Nicolaum ad hoc idoneum esse reppereris, preposituram predictam, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], cum illam, ut premittitur aut quovismodo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendam eidem Nicolao donationi tue auctoritate nostra reserves. Datum Rome 8. id. junii anno 12.

Jo. XXX. 13. kal. julii anno 12. Gerona.

Reg. Lat. 827 fol. 151; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Et cum derogatione regule de non concedendo beneficia per promotionem) i Suppl. 817 fol. 135.

2867. **6. Juni 1483.**

Niels Friis faar Kanonikater og Præbender i Viborg og Ribe.

Cum Hartwicus Jun canonicus prebendatus Vibergensis et Ripensis ecclesiarum ad eandem ecclesiam Ripensem . . . in pastorem sive episcopum sit electus, et propterea dicti Vibergensis et Ripensis ecclesiarum canonicatus et prebende, quos idem Hartwicus inibi obtinet, per promotionem et consecrationem sive temporis de consecrandis episcopis a jure diffiniti lapsum vacare sperentur, supplicat Nicolaus Friise, ex utroque parente de militarium genere procreatus, quatenus sibi de dictis Vibergensis et Ripensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis [fructus canonicatus et prebende Vibergensium 4 mr. ac etiam Ripensium 4 mr.], cum eosdem vacare, ut prefertur, contigerit, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Et cum derogatione regule, quod beneficia ante promotionem conferri non possint. Datum Rome 8. id. junii anno 12.

Suppl. 817 fol. 135.

Ripensis. Viburgensis. Nicolaus Friis. Canonicatus per promotionem.

Uddrag i Indice 335 efter Reg. Lat. anno 12 lib. 7 fol. 50 (tabt).

---

[1]) II: Hartwicus Jun

2868. **7. Juni 1483.**

Paven giver den udvalgte Biskop Hartvig Juel i Ribe Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Hertwico electo Ripensi. Cum nos nuper [etc. som Nr. 861]. Datum Rome 7. id. junii anno 12.

N. XXVIII. Gariliaci.
Reg. Lat. 827 fol. 323 v.

2869. **7. Juni 1483.**

Paven udnævner Kammerets Skatmester, Biskoppen Bartholomæus (Marasca) i Città di Castello til sin Nuntius med Myndighed som legatus de latere i Tyskland, Ungarn, Polen, Bøhmen og Danmark, og befaler ham at indkræve de Penge, der var indsamlede for at forsvare Rhodos mod Tyrkerne og endnu befandt sig i disse Lande, og at gaa skrapt frem mod dem, der nægter at betale.

Bartholomeo episcopo Civitatis Castelli, ad Almaniam ac universa provincias, civitates, terras et loca Germanie sacro Romano imperio subjecta necnon Ungarie, Polonie, Boemie et Dacie regna apostolice sedis cum potestate legati de latere nuntio et oratori. Cum in Almanie ac universis provinciis *(Dipl. Norv. XVII, 1095—98).* Datum Rome 7. id. junii anno 12.

Reg. Vat. 655 fol. 33 v.

2870. **7. Juni 1483.**

Paven, der 26. Maj 1483 havde udsendt Bartholomæus Marasca som sin Nuntius til Tyskland og nu har udvidet hans Virkekreds, stiller ham i enhver Henseende lige med legati de latere ogsaa med Hensyn til Bortgivelse af Beneficier.

Eidem. Dudum siquidem emanarunt littere tenoris subsequentis *(Dipl. Norv. XVII, 1098—99).* Datum Rome 7. id. junii anno 12.

Reg. Vat. 655 fol. 35.

2871. **12. Juni 1483.**

Paven befaler Dekanen i Paderborn og Officialerne i Ribe og Lübeck at overdrage Ribekanniken Henneke Saxesen Provstiet i Jellingsyssel med dets Anneks Sognekirken i Bredsten.

Decano ecclesie ss. Petri et Andree Padeburnensis et Ripensi ac Lubicensi officialibus. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Hennekini Saxe canonici Ripensis petitio continebat, quod dudum, prepositura rurali in Jelingsusel Ripensis diocesis, quam Petrus Frysz obtinebat, per obitum eiusdem Petri vacante, ordinarius loci illam sic vacan-

tem prefato Hennekino auctoritate sua ordinaria contulit et de illa etiam providit, ipseque Hennekinus collationis et provisionis huiusmodi vigore dicte prepositure possessionem extitit assecutus. Cum autem dictus Hennekinus dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et dicta prepositura adhuc, ut prefertur, vacare noscatur, nos, volentes prefato Hennekino gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . preposituram predictam, que in ecclesia Ripensi personatus reputatur, et cui cura non imminet animarum, ac [cui] parrochialis ecclesia in Bresten prefate diocesis canonice est annexa [cuius et annexe huiusmodi fructus 4 mr.], ... dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, cum annexa huiusmodi . . prefato Hennekino auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome pridie id. junii anno 12.

Jo. XX. 13. kal. julii anno 12. Gerona.
Reg. Lat. 827 fol. 152.

2872. **12. (29.) Juni 1483.**

Jens Pedersen Hostorp faar Provstiet i Harsyssel med to Annekskirker (Ny Sogn og Gammel Sogn).

Alias vacante prepositura rurali in Hartsusel cum duabus annexis parrochialibus, videlicet nova et antiqua ecclesiis in Hollen[1]) Ripensis diocesis per obitum Dionisii Hesten, quidam Nicolaus Johannis assertus presbiter Ripensis diocesis nullo titulo sibi suffragante in illis de facto se intrusit et illas per plures[2]) annos fructus ex eisdem percipiendo detinuit, prout detinet[3]), indebite occupatam[3]). Supplicat igitur Johannes Petri de Hostorpp clericus Slesvicensis, causarum palatii apostolici notarius, quatenus sibi de dicta prepositura rurali Hartsusel cum duabus annexis ecclesiis parrochialibus [fructus insimul 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome pridie id. junii[4]) anno 12.

Suppl. 817 fol. 198 og (II) 818 fol. 223.

2873. **12. Juni 1483.**

Paven befaler Provsten i Slesvig, Skatmesteren i Magdeburg og Officialen i Ribe at overdrage Jens Pedersen Hostorp Provstiet i Harsyssel, som Claus Jensen uretmæssig havde siddet inde med i over 10 Aar.

---

1) II: Hollem 2) II: decem vel undecim 3) II: et in suos dampnabiles usus indebite convertit et occupat 4) II: 3. kal. julii

Preposito Slesvicensis et thesaurario s. Sebastiani Magdeburgensis ecclesiarum ac officiali Ripensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, prepositura ruralis in Hartsusel Ripensis diocesis, quam Dionisius Hesten obtinebat, per obitum eiusdem Dionisii vacaverit et vacet ad presens, licet Nicolaus Johannis, qui se gerit pro presbitero dicte diocesis, illam sic vacantem nullo titulo nullove juris adminiculo sibi desuper suffragante, sed propria temeritate et de facto, illam per decem et ultra citra tamen quindecim annos detinuerit, prout adhuc detinet indebite occupatam, nos Johanni Petri de Hostorpp clerico Slesvicensi, qui unus ex notariis causarum palatii apostolici existit, specialem gratiam facere volentes . . . . ., cum dictus Johannes non speret in civitate vel diocesi Ripensi consequi posse justitie complementum, discretioni vestre mandamus, quatenus, si, vocatis dicto Nicolao et aliis, qui fuerint evocandi, preposituram predictam, ut premittitur, sive alias quovis modo . . . vacare reppereritis, illam, que sine cura est [fructus [4] mr.] . . . ., dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, cum annexis suis dicto Johanni auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome pridie id. junii anno 12.

X
Reg. Vat. 639 fol. 189 v.

2874. **12. Juni 1483.**

Domkapitlet i Ribe faar pavelig Stadfæstelse paa et Brev af Biskop Christiern (Hemmingsen) om Forening af et evigt Vikariat i Ribe og Kirken i Farup med et Præbende, hvis nuværende Indehaver er Knud Lund.

Dudum bone memorie Christiernus episcopus Ripensis perpetuam sine cura vicariam ad altare b. Lucii situm in ecclesia Ripensi sub maiori turri, cui parrochialis ecclesia s. Nicolai in Fardorp Ripensis diocesis canonice est unita, prebende, quam nunc Kanutus Lundh canonicus dicte ecclesie obtinet, per unum ex canonicis ipsius ecclesie Ripensis perpetuis futuris [temporibus] obtinendam, jam viginti annis et ultra effluxis univit, prout in dicti episcopi litteris . . . plenius continetur. Verum si statueretur, quod dictus Kanutus et canonicus prebendam predictam pro tempore obtinens apud dictam ecclesiam Ripensem personaliter residere et in illa in divinis officiis interesse teneretur et, cedente vel decedente dicto Kanuto seu prebendam predictam alias quomodolibet dimittente, ac alias eius vacatione occurrente,

capitulum unum ex canonicis, quem ad hoc ducerent eligendum, presentare possent, cui episcopus Ripensis pro tempore existens providere teneretur de eadem, exinde divinus cultus in ipsa Ripensi ecclesia cum decore eiusdem non modicum susciperet incrementum, et ut unio etc. de vicaria predicta prebende prefate facta eo firmius subsistat, quo erit maiori auctoritate roborata, supplicant igitur capitulum dicte ecclesie Ripensis, quatenus, decori ipsius ecclesie consulentes, unionem etc. de vicaria huiusmodi prebende [fructus 4 mr.] factam confirmare, quodque Kanutus et successores sui, dictam prebendam pro tempore obtinentes, apud ecclesiam Ripensem personaliter residere et in illa, impedimento cessante legitimo, divinis officiis interesse teneantur, et quod, cedente vel decedente dicto Kanuto seu prebendam predictam alias quomodolibet dimittente, ac alias eius vacatione occurrente, capitulum prefati unum ex canonicis, quem ad hoc duxerint eligendum, infra tempus legitimum dicto episcopo Ripensi presentare possint, et episcopus Ripensis pro tempore eidem presentato providere teneatur de eadem, ... statuere, et si forte episcopus sic presentato providere de prebenda recusaret, quod eidem presentato de illa prebenda extunc provisum censeatur, decernere dignemini. Concessum de confirmatione unionis, in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome pridie id. junii anno 12.

Suppl. 818 fol. 101.

2875. **12. Juni 1483.**

Paven stadfæster efter Ribe Kapitels Bøn et Brev, udstedt af Biskop Christiern (Hemmingsen) i Ribe, hvorved denne havde forenet et evigt Vikariat ved St. Lucius Alter under Domkirkens store Taarn og den dertil hørende St. Nicolaus' Kirke i Farup med et Præbende, som Knud Lund nu sidder inde med.

Ad perpetuam rei memoriam. Dispositione divina ecclesiis omnibus *(Terpager, Ripæ Cimbricæ, 290—91; Reg. 4749).* Datum Rome pridie id. junii anno 12.

X
X
X
X

Orig. med Bulle i Silkesnor i Ribe Bispedømmes og Kapitels Diplomer Nr. 162.

Ripensis. Capitulum et canonici ecclesie Ripensis. Confirmatio unionis vicarie certe prebende dicte ecclesie ad perpetuam.

Uddrag i Indice 335 og (lignende) af Garampi efter tabt Brev i Reg. Lat. Sixt. IV anno 12 lib. 9 fol. 234.

2876. **14. Juni 1483.**

Paven befaler Officialen i Lübeck at overdrage Provstiet i Harsyssel til Ribekanniken Claus Jensen.

Officiali Lubicensi. Dignum etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Nicolai Johannis canonici Ripensis petitio continebat, quod dudum, prepositura rurali in Hartsusel in ecclesia Ripensi, quam Dionisius de Hest obtinebat, per obitum eiusdem Dionisii vacante, bone memorie Petrus episcopus Ripensis illam prefato Nicolao auctoritate sua ordinaria contulit et de illa etiam providit, ipseque Nicolaus collationis et provisionis huiusmodi vigore dicte preposature possessionem extitit assecutus. Cum autem dictus Nicolaus dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, nos . . . . . . discretioni tue mandamus, quatenus preposituram predictam, que in dicta ecclesia personatus reputatur, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], sive ut premittitur . . . seu per liberam resignationem dicti Dionisii vel Johannis Vrne clerici Ottoniensis diocesis, cui de dicta prepositura sic vacante auctoritate apostolica concessum fuit provideri . . . ., vacet, prefato Nicolao auctoritate nostra conferre procures . . . Datum Rome 18. kal. julii anno 12.

Jo. XX. 11. kal. julii anno 12. Gerona.

Reg. Lat. 827 fol. 156 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. Aleriensis) i Suppl. 817 fol. 241 v.

Ripensis. Nicolaus Johannis. Nova provisio prepositure.

Uddrag i Indice 335 efter Reg. Lat. anno 12 lib. 12 fol. 258 (tabt).

2877. **14. Juni 1483.**

Den udvalgte Biskop Hartvig (Juel) i Ribe lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1483] Die 14. [mensis] junii Theodoricus Ardeus canonicus Lubicensis ut principalis et privata persona ac vice et nomine Walretii electi Ripensis obtulit camere et collegio etc. pro communi servitio etc. ratione promotionis etc. per bullas Sixti sub data Rome 8. id. junii anno 12 facte fl. auri de camera 120, ad quos taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem etc.

Dicta die Antonius de Palatio mercator Florentinus habuit bullas, quia solvit commune pape et collegii cum omnibus aliis juribus camere etc. Patet per cedulam depositarii.

Oblig. 89 (308) fol. 130 v.

14. Juni 1483. Valretius electus Ripensis provisus 8. id. junii anno 12 obtulit fl. 120.

Uddrag af Garampi efter S. C. 25 fol. 130 v og (lignende) i Obl. C. A. fol. 73 (tabte), hvor dog Biskoppen kaldes Hartwicus.

2878. **16. Juni 1483.**

Abbed Oluf i Sorø lover at betale Annater.

[1483] Die 16. dicti mensis junii Petrus Fanelli clericus Terracinensis diocesis ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine Olaui abbatis monasterii de Sora Cisterciensis ordinis diocesis Roskildensis pro annata dicti monasterii de Sora . . . [fructus 12 mr.], vacantis per cessionem administrationis dicti monasterii per tunc abbatem nunc monachum factum, et providetur dicto Olauo de dicto monasterio sub data Rome pridie kal. jan. anno 9.

Overstreget og i Margen: Dicta die solvit pro annata dicti monasterii fl. 28 cum dimidio per manus Antonii de Palatio de Romana curia. Patet per cedulam depositarii.

Annate 1483 fol. 77 v (Archivio di Stato).

2879. **20. Juni 1483.**

Abbed Oluf i Sorø betaler Annater.

[1483] Die 20. [mensis] junii habuit similiter fl. 28 et medium auri de camera ab Aulao abbate monasterii de Sora Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis pro annata dicti monasterii per manus Antonii de Palatio. Fl. 32, 42.

Introitus et Exitus 509 fol. 43.

2880. **20. Juni 1483.**

Niels Friis betaler Annater af Kanonikater i Viborg og Ribe.

[1483] Dicta die [ɔ: 20. mensis junii] habuit similiter fl. 19 auri de camera a Nicolao Frosis (!) pro annata canonicatuum et prebendarum Vibergensis et Ripensis ecclesiarum per manus dicti Antonii. Fl. 21, 55 1/2.

Introitus et Exitus 509 fol. 43.

2881. **23. Juni 1483.**

Klerken Niels Friis fra Børglum Stift lover gennem Klerken Henneke Sasse fra Ribe Stift at betale Annater af Kanonikater i Viborg og Ribe.

[1483] Dicta die [ɔ: 23. mensis junii] Henichinus Sasse clericus Ripensis diocesis ut principalis et privata persona obligavit

se camere apostolice nomine Nicolai Friisz clerici Burglanensis diocesis pro annata canonicatuum et prebendarum Vibergensis [fructus 4 mr.] necnon Ripensis ecclesiarum [fructus etiam 4 mr.], vacantium per promotionem et munus consecrationis Hartwici electi Ripensis auctoritate apostolica facta, et mandatur provideri dicto Nicolao de prefatis canonicatibus et prebendis sub data Rome 8. id. junii anno 12.

Overstreget og i Margen: Dicta die solvit pro annata dictorum canonicatuum fl. 19 per manus Antonii de la Palaso. Patet per cedulam depositarii.

Annate 1483 fol. 84 v (Archivio di Stato).

2882. **23. Juni 1483.**

Kapitlet i Ribe fritages for at betale for Bullen af 12. Juni 1483 (Nr. 2875).

[1483] Dicta die [ɔ: 23. mensis junii] una bulla pro capitulo ecclesie Ripensis super confirmatione unionis facte alias auctoritate ordinaria de perpetua vicaria ad altare b. Lucii situm in ecclesia Ripensi sub maiori turri, cui parrochialis ecclesia s. Nicolai de Fardorp Ripensis diocesis canonice est annexa, certe prebende ecclesie Ripensis, quam Canutus Lundh ipsius ecclesie canonicus ad presens obtinet, cuius vicarie et illi annexe necnon prebende predicte fructus etc. 4 mr. non excedunt. Restituta de mandato, quia fructus non excedunt summam 24 fl. etc.

Annate 1483 fol. 205 v (Archivio di Stato).

2883. **27. Juni 1483.**

Præsten Birger Pedersen fra Lunde Stift faar motu proprio Kanonikater og Præbender i Ribe og København, ledige ved, at den pavelige Kapellan og Kollektor i Danmark Jens Madsen (Brun) er død.

Motu proprio Berguerio Petri *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 438).* Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 5. kal. julii anno 12.

Suppl. 818 fol. 167.

2884. **23. Juli 1483.**

Dødsboet efter Kollektoren i Provinsen Dacia Jens Madsen (Brun) indbetaler 490 Kammergylden til det pavelige Kammer.

Universis etc. Raphael etc., quod, cum bone memorie Johannes Mathei olim collector provincie seu in regno Dacie fl. auri de camera 490 ex pecuniis a se exactis ratione dicti col-

lectorie officii camere apostolice solvere teneatur, hinc est, quod dictus condam Johannes collector prefatos 490 fl. prefate camere, Falcone de Sinibaldis de Urbe sedis apostolice prothonotario et camere clerico necnon pape generali vicethesaurario pro dicta camera recipiente, per manus Vincentii Berardi die 23. julii 1483, qui est dies date presentium litterarum, realiter et cum effectu solvi fecit . . . . De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome in camera etc. die 23. julii 1483 pontificatus anno 12. *De curia.*

Diversa Sixti IV 1471—84 (Quietantie) fol. 106 (Archivio di Stato). Trykt Dipl. Norv. XVII, 607—08. — En Notits om samme Indbetaling findes i Mandata Sixti IV 1482—84 fol. 201 v (Archivio di Stato); trykt Dipl. Norv. XVII, 1099—1100.

2885. **2. Aug. 1483.**

Dødsboet efter Kollektoren i Provinsen Dacia Jens Madsen (Brun) indbetaler 490 Kammergylden til det pavelige Kammer.

[1483] Dicta die [2. mensis aug.] habuit similiter fl. 490 auri de camera a Johanne olim collectore in regno Dacie ad computum dicte collectorie per manus Vincentii Erardi. Ad exitum Ludouico Margano ad computum abundantie Urbis pro emendo granum . . . . . . Fl. 561, 33.

Introitus et Exitus 509 fol. 59 v. Trykt Dipl. Norv. XVII, 608.

2886. **9. Aug. 1483.**

Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Lunde Domkirke, ledigt ved Kollektoren Jens Madsen (Brun)s Død.

Supplicat Marquardus Poeske *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 440).* Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 5. id. aug. anno 12.

Suppl. 820 fol. 156 v.

2887. **11. Okt. 1483.**

Paven anbefaler sin Nuntius, Bartholomeus de Camerino, der afsendes for at prædike Korstog, til Ærkebiskopper og Biskopper i Sverige og Norge.

Archiepiscopo Vpsalensi[1]). Mittimus ad partes istas *(Dipl. Norv. XVII, 611).* Datum Rome die 11. oct. anno 13.

Arm. 39 vol. 16 fol. 47.

---

[1]) Lignende Breve udsendtes til 7 svenske og 4 norske Biskopper.

2888. **[11. Okt. 1483.]**

Paven anbefaler Bartholomeus de Camerino til Kongen af Danmark og Rigsforstanderen i Sverige.

Regi Dacie. Mittimus ad partes istas *(Dipl. Norv. XVII, 612). Uden Dato.*

Arm. 39 vol. 16 fol. 47 v.

2889. **14. Okt. 1483.**

Paven giver Bartholomeus de Camerino, Nuntius og Indsamler af Tyrkertienden i Sverige og Norge, Tilladelse til at give dem, der betaler et Bidrag til Tyrkerkrigen, Lov til at vælge Skriftefader, som kan give dem Aflad een Gang i de Tilfælde, der ellers er forbeholdte Pavestolen, og, saa ofte de ønsker, i alle andre Tilfælde, samt lade dem ombytte fromme Løfter med andre. Al anden Aflad suspenderes foreløbig. Paven udnævner Bartholomeus til eneste Indsamler af Korstogsbidragene i de nævnte Lande og giver ham Tilladelse til at indsætte Subkollektorer m. m., give Aflad for forskellige Forseelser, give Dispensation til at indgaa Ægteskab i forbudte Grader m. m., og anbefaler ham endelig til dem, i hvis Lande han kommer.

Ad futuram rei memoriam. Sacrosanctis domini nostri Jesu Christi preceptis *(Dipl. Norv. XVII, 1100—1106).* Datum Rome pridie id. oct. anno 13. *De curia.*

Reg. Vat. 549 fol. 279 v. Et trykt Eksemplar findes i Kongl. Bibl. i Stockholm (jfr. Kyrkohist. Årsskrift III, 123 f.).

2890. **17. Okt. 1483.**

Klerken Didrik Tetens fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Alias canonicatu et distincta prebenda ecclesie Lubicensis tunc vacantibus per liberam resignationem Johannis Voiszen in manibus episcopi Lubicensis tamquam ordinarii simpliciter factam, Theoducus (!) Theten clericus Slesvicensis diocesis de illis auctoritate ordinaria sibi obtinuit provideri, possessione nondum subsecuta. Verum dubitat provisionem sibi factam viribus non subsistere, quapropter supplicat, quatenus . . . . . [sibi] de dictis canonicatu et distincta prebenda [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 16. kal. nov. anno 13.

Suppl. 832 fol. 193 v.

2891. **31. Okt. 1483.**

Kollektoren i Danmark Bartholomeus »Frigenus« (ɔ: de Camerino) betaler 1000 Kammergylden til det pavelige Kammer.

Raphael etc. Similiter poni et describi faciatis ad introitum camere apostolice fl. 1000 auri de camera a Barthomeo Frigeno (!)

collectore in regno Dacie etc. ad computum dicto collectori, ad exitum vero magnifico domino Julio de Varano Camerini etc. domino in deductionem eius prestantie presentis anni, quos etc. Datum ut supra die ultima oct. anno 13.

Mandata etc. Sixti IV anno 1482—84 fol. 232 (Archivio di Stato). Trykt Dipl. Norv. XVII, 1106—07.

2892. **2. Nov. 1483.**

Klerken Franciscus Grambeke fra Lübeck Stift faar Sognekirken i Lantkerken paa Femern, hvortil Kongen af Danmark har Patronatsret.

Cum quidam iniquitatis filius Petrus Vittorp clericus N. diocesis diabolico spiritu instigatus et nimio furore accensus quendam N. certe conditionis hominem crudeliter vulnerare, ex quo vulnere prefatus N. infra paucos dies vite obiit diem extremum, in anime sue periculum plurimorumque detestabile et perniciosum exemplum non expaverit, propterea prefatus Petrus Vittorp parrochiali ecclesia ville, vulgariter dicte to der Lanctekerken, insule Imbrie Ottoniensis diocesis, que secunda in prefata insula parrochialis ecclesia dicitur ac etiam de jure patronatus esse dicitur, quam ibidem obtinet, se indignum reddiderit illaque [s]celeris immanitate atque atrocitate attenta privandus existat, supplicat igitur Franciscus Granbecke clericus Lubicensis in vigesimo quarto etatis sue anno constitutus, quatenus aliquibus probis et honestis viris illis in partibus existentibus, ut, constito eis de premissis, dictum Petrum Vittorp parrochiali ecclesia predicta, que de regis Dacie jure patronatus esse dicitur, sententialiter privent . . . et amoveant realiter ab eadem, prout de jure existit faciendum, et nichilominus parrochialem ecclesiam predictam [fructus 8 mr.] eidem oratori conferant ac provideant de eadem, mandare dignemini, non obstantibus etatis huiusmodi defectu ac jure patronatus regis Dacie predictis, quibus derogare placeat. Concessum in forma juris in presentia pape. A. Aleriensis. Et quod . . . specificatio . . valorum usque ad 12 mr. etc. ac patronorum beneficii fieri possit in confectione litterarum. Datum Rome 4. non. nov. anno 13.

Suppl. 822 fol. 278 v.

2893. **2. Nov. 1483.**

Magister Niels Mikkelsen fra Aarhus Stift faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom.

Cum Nicolaus Michaelis Arusiensis diocesis, in artibus magister, ad ordines minores seu clericatus se facere intendat pro-

moveri, supplicat, quatenus eidem, ut ab aliquo antistite [catholico] in Urbe existente aliquo die festo vel privato ad huiusmodi ordines minores se facere promoveri [possit][1]), ac eidem antistiti illum promovendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 4. non. nov. anno 13.

Suppl. 824 fol. 126.

2894. **3. Nov. 1483.**

Klerken Jens Pedersen Hostorp fra Slesvig Stift faar motu proprio Sognekirken i Burg paa Femern.

Motu proprio Johanni de Hostorpp, alias Petri, clerico Slesvicensis diocesis specialem gratiam facere volentes de parrochiali ecclesia in Uneghe (!) in terra Imbrie Ottoniensis diocesis [fructus 6 mr.], per obitum Petri Wittorp clerici Bremensis diocesis vacanti, conferimus et de illa etiam providemus, jure patronatus regis Dacie etc. aut ducis Slesvicensis et Holtzathie eiusdem ecclesie, cui hac vice de consensu eorundem derogamus, non obstante. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Et cum derogatione juris patronatus dictorum principum regis et ducis. Datum Rome 3. non. nov. anno 13.

Suppl. 824 fol. 79 v.

2895. **13. Nov. 1483.**

Jens Pedersen Hostorp faar ny Provision paa Sognekirken i Burg paa Femern.

Vacante alias parrochiali ecclesia in Burgho terre Imbrie Ottoniensis diocesis per privationem in forma juris cuiusdam Petri Wittorp, qui suorum status et salutis immemor deique timore postposito quendam laicum detinere[2]) non expaverit in anime sue periculum et scandalum plurimorum, propter quod ad dictam rectoriam ulterius obtinendam se inhabilem merito reddidit et indignum, s. v. tunc episcopo Ottoniensi mandavit, ut, si per diligentem requisitionem per eum de premissis fiendam premissa aut aliquid aliud ad ipsius Petri Wittorp privationem sufficiens[3]) repererit veritate subniti, eundem Petrum rectoria sententialiter privaret et amoveret realiter ab eadem et Johanni de Hostorpp, alias Petri, clerico Slesvicensis diocesis dictam rectoriam conferret ac de eadem provideret, qui quidem episcopus post privationem et amotionem huiusmodi juridice factas ipsi oratori

[1]) add. Gz. [2]) laicum [ad mortem vulnerare et nichilominus dictam ecclesiam] detinere Gz. [3]) Cod. sufficere

de dicta parrochiali ecclesia providit. Cum autem prefatus Johannes dubitet provisionem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi rectoriam predictam [fructus 8 mr.] . . . . . . de novo conferre et de illa etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome id. nov. anno 13.

Suppl. 824 fol. 203.

2896. 16. Nov. 1483.

Jens Pedersen Hostorp faar Sognekirken i Burg paa Femern.

Supplicat Johannes Petri de Hostorpp clericus Slesvicensis diocesis, quatenus de parrochiali ecclesia in Burgho terre Ymbrie Ottoniensis diocesis, cui cura imminet animarum [fructus 6 mr.], ex eo, quod quidam Michael Johannis dictam ecclesiam obtinens aliam parrochialem ecclesiam ac etiam prepositturam ecclesie metropolitane Lundensis, que inibi maior post pontificalem dignitas est, quibus etiam cura immineant animarum, per mensem et ultra absque dispensatione canonica insimul detinuit, prout detinet indebite occupatas, vacante, eidem oratori Johanni providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Et quod maior valor dicte ecclesie exprimi possit in litteris. Et quod nomen et cognomen occupantis verius exprimi possit in litteris. Concessum. A. Aleriensis. Datum Rome 16. kal. dec. anno 13.

Suppl. 832 fol. 249 v.

2897. 30. Nov. 1483.

Den pavelige Kammermester, Kardinal Raphael (Riario) giver Bartholomeus de Camerino, Nuntius i Sverige og Norge, Tilstaaelse for, at han har laant det pavelige Kammer 1000 Kammergylden, som er bleven betalt til Kondottieren Julius Cesari de Varanò, Herre til Camerino, og som Bartholomeus skal faa tilbagebetalt af Udbyttet fra sin Korstogsindsamling.

Raphael etc. Bartholomeo de Camerino in regno Svecie et Norvegie apostolico nuntio. Cum tu nuper *(Dipl. Norv. XVII, 1107—08)*. Datum Rome in camera apostolica die ultima nov. anno 13.

Arm. 29 vol. 41 fol. 207 v.

2898. 2. Dec. 1483.

Provsten Enwald Søvenbroder i Slesvig faar Kanonikat og Præbende sammesteds.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per liberam resignationem Jacobi Wetteringh presbiteri Bre-

mensis diocesis, de quibus [ɔ: de eisdem] Enwaldo Souenbroder preposito dicte ecclesie Slesvicensis ordinaria provisum fuit auctoritate, possessione etiam subsecuta. Cum autem prefatus Enwaldus dubitet provisionem et collationem huiusmodi auctoritate ordinaria factas sibi viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi canonicatum et prebendam predictas [fructus 3 mr.] . . . . . de novo conferre et sibi de illis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis . . . . Et quod verior valor dictorum canonicatus et prebende exprimatur in litteris. Datum Rome 4. non. dec. anno 13.

Suppl. 825 fol. 66.

2899. **26. Jan. 1484.**

Paven befaler Provsten i Slesvig at overdrage Klerken Christiern Andersen fra Ribe Stift Kanonikat og Præbende i Ribe.

Preposito ecclesie Slesvicensis. Dignum etc. Cum itaque canonicatus et, de Klabrimarth nuncupata, prebenda ecclesie Ripensis, quos Petrus Frys obtinebat, per obitum eiusdem Petri vacent ad presens, nos Cristiernum Andree clericum Ripensis diocesis, qui in decimo septimo sue etatis anno constitutus existit, ... gratioso favore prosequi volentes . . . ., discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Cristiernum ad hoc idoneum esse reppereris, ... canonicatum et prebendam predictos [fructus 2 mr.] prefato Cristierno auctoritate nostra conferas. Datum Rome 7. kal. febr. anno 13.

G. XXXV. 4. id. febr. anno 13. Polycarpus.
Reg. Lat. 832 fol. 292 v.

2900. **26. Jan. 1484.**

Paven befaler Dekanen, Kantoren og Officialen i Ribe at fratage Niels fra Ginding Herred Sognekirken i Sal, som han har faaet ved Simoni, og overdrage denne til Klerken Ville Andersen fra Ribe Stift.

Decano et cantori ecclesie Ripensis ac officiali Ripensi. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Ad audientiam siquidem nostram, Wilhado Andree clerico Ripensis diocesis, magistro in artibus, referente, pervenit, quod alias Nicolaus de provincia Gydingaheredh, qui se gerit pro clerico, ad parrochialem ecclesiam Sale dicte diocesis simoniace aspirans, cum Michaele eiusdem provincie, tunc ipsius ecclesie rectore, pepigit et convenit, quod, si idem Michael prefatam ecclesiam ad hoc, ut de illa ipsi Nicolao provideretur, resignaret, dictus Nicolaus eidem Michaeli, quoad viveret, de expensis necessariis

provideret, et deinde, pacto et conventione huiusmodi precedentibus, prefatus Michael eandem ecclesiam in manibus tunc episcopi Ripensis resignavit, ipseque episcopus, solutis sibi prius, ut resignationem huiusmodi admitteret, quam alias admittere nolebat, per eundem Nicolaum 20 fl. auri et ultra, resignatione huiusmodi per eum ordinaria auctoritate admissa, ecclesiam ipsam tanquam per huiusmodi resignationem vacantem prefato Nicolao dicta auctoritate contulit et de illa etiam providit quamvis de facto, ac dictus Nicolaus collationis et provisionis earundem pretextu dicte ecclesie possessionem apprehendens illam extunc detinuit, prout detinet, similiter de facto, simonie labem ac excommunicationis aliasque sententias, censuras et penas per predecessores nostros in simoniacos latas damnabiliter incurrendo in anime sue periculum ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum. Nos igitur, attendentes, quod, veris existentibus premissis, collatio et provisio predicte viribus non subsistant (!), dictaque ecclesia adhuc, ut premittitur, vacare dinoscitur, ac volentes eidem Wilhado gratiam facere specialem, ... discretioni vestre mandamus, quatenus, si dictus Wilhadus eundem Nicolaum super premissis relatis coram vobis accusare seque in forma juris inscribere voluerit, postquam illum accusaverit et se inscripserit, ut prefertur, vocatis dicto Nicolao et aliis, qui fuerint evocandi, super eisdem relatis inquiratis auctoritate nostra diligentius veritatem et, si per inquisitionem huiusmodi relata ipsa inveneritis veritate subniti, collationem et provisionem predictas ac inde secuta quecunque nulla et invalida nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse auctoritate nostra decernatis pariter et declaretis ipsumque Nicolaum a detentione dicte ecclesie realiter amoveatis, prout de jure fuerit faciendum. Et nichilominus, si decretum et declarationem huiusmodi per vos vigore presentium fieri contigerit, ecclesiam predictam [fructus 4 mr. in partibus illis cursum habentium] eidem Wilhado dicta auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 7. kal. febr. anno 13.

Jo. XXV. pridie id. febr. anno 13. Gerona.
Reg. Lat. 836 fol. 143 v.

2901. **10. Febr. 1484.**

Paven befaler Biskoppen i Glandeves, Provsten i Slesvig og Dekanen i Ribe at overdrage Kanonikat i Ribe med de tilhørende Kirker i Ho og Oksby til Ville Andersen, evig Vikar i Ribe, og giver denne Dispensation til dermed at forene Besiddelsen af Vikariatet.

Episcopo Glandatensi et preposito Slesvicensis ac decano Ripensis ecclesiarum. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus ac in Hoo et Oysaby nuncupata prebenda dicte ecclesie ex eo, quod Johannes vam Hagen ipsius ecclesie archidiaconus dudum illos obtinens certos alios canonicatum et prebendam dicte ecclesie tunc vacantes, ordinaria auctoritate sibi collatos, extitit pacifice assecutus, vacent ad presens, nos, Wilhado Andree perpetuo sine cura vicario ad altare ss. Philippi et Jacobi situm in ecclesia Ripensi specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam vacantes predictos [fructus 2 mr.] prefato Wilhado auctoritate nostra conferre curetis . . . . . Nos enim cum eodem Wilhado, ut una cum canonicatu et prebenda predictis, si sibi vigore presentium conferantur, prefatam vicariam, quoad vixerit, retinere illosque . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat dissimilia sub eodem tecto recipere et etiam, quoad vixerit, retinere libere valeat . . . ., tenore presentium dispensamus . . . . Datum Rome 4. id. febr. anno 13.

G. XXXX. 14. kal. martii anno 13. Polycarpus.
Reg. Lat. 836 fol. 146 v.

2902. **30. Marts 1484.**

Paven befaler Biskoppen i Alessandria, Provsten i Slesvig og Kanniken Wilhelmus Westfal i Lübeck at overdrage et evigt Vikariat i Nonneklostret udenfor Slesvig til Jens Pedersen Hostorp.

Episcopo Alexandrino et preposito Slesvicensis ac Wilhelmo Westfal canonico Lubicensis ecclesiarum. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque perpetua vicaria in ecclesia monasterii monialium s. Johannis extra muros Slesvicenses ordinis s. Benedicti per clericos seculares regi solita, quam Gerardus Scutvelre[1]) obtinebat, per obitum eiusdem Gerardi vacet ad presens, nos, Johanni Petri de Hostorpp clerico Slesvicensis diocesis, qui palatii apostolici causarum notarius existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . . vicariam predictam, que sine cura est [fructus 1 mr.], eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 3. kal. aprilis anno 13.

G. X. id. aprilis anno 13. Polycarpus.
Reg. Lat. 832 fol. 172; ogsaa (II) Supplik (Motu proprio; concessum in presentia pape. A. Aleriensis) i Suppl. 827 fol. 143.

[1]) II: Sentbeke

2903. **29. April 1484.**

Klerken Henrik Krogh fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Kanonikat og større Præbende samt Sognealter i Haderslev.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda maiori ac altari parrochiali collegiate ecclesie b. Marie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis per obitum Ottonis Drake, quos canonicatum et prebendam maiorem cum huiusmodi altari parrochiali sic vacantes Nicolaus quondam episcopus Slesvicensis auctoritate ordinaria Henrico Kroght clerico Slesvicensis diocesis contulit et de eisdem canonice providit, possessione etiam subsecuta. Cum autem Henricus prefatus dubitet provisionem huiusmodi sibi ordinaria auctoritate factam viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi canonicatum et prebendam predictos cum dicto parrochiali altari [fructus 4 mr.] de novo conferre et de illis sibi providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 3. kal. maji anno 13.

Suppl. 828 fol 112.

2904. **2. Juni 1484.**

Lundekanniken Oluf Hildebrandsen faar et evigt Vikariat ved Johannes den Døbers Alter i Lunde Domkirke og St. Mortens Sognekirke i Lund, ledige ved Niels Sevedsens Død.

Supplicat Olanus Hillebrandi *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 467).* Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 4. non. junii anno 13.

Suppl. 828 fol. 280.

2905. **7. Juni 1484.**

Pavens Staldmester, Klerken Henricus Cirow fra Verden Stift faar Kantoriet og Kanonikat og større Præbende i Haderslev samt et evigt Vikariat i Saltwedel i Verden Stift.

Nuper s. v. Nicolao Zeghere clerico Alberstadensis diocesis de cantoria collegiate ecclesie in Hadersleue Slesvicensis diocesis, que inibi principalis dignitas ac curata existit, canonicatuque et prebenda maiori dicte ecclesie, tunc per obitum Nicolai Sterken, necnon de perpetua sine cura vicaria in capella s. Nicolai opidi Saltwedel Verdensis diocesis sita, per obitum Andree Juterbuche vacantibus, divisim providit, prout in supplicationibus desuper signatis plenius continetur. Cum autem dictus Nicolaus concessionis gratie huiusmodi, litteris apostolicis nondum confectis, ac omni juri sibi ad dictam cantoriam canonicatumque et maiorem prebendam ac perpetuam vicariam quomodolibet

competenti in s. v. vel alterius manibus ad id potentiam habentis sponte resignat, motu proprio dictam resignationem admittentes ac Henrico Cirow clerico Verdensis diocesis familiari ac parafrenario nostro continuo commensali specialem gratiam facere volentes, de dictis cantoria canonicatuque et prebenda [fructus 4 mr.] et vicaria perpetua [fructus 2 mr.] eidem Henrico providemus, non obstantibus constitutione et statuto predicte ecclesie collegiate in Hadersleue, in qua minores et maiores prebende distincte fore noscuntur, et, quod nemo ad maiorem nisi prius de minori ad maiorem prebendam gradatim per optionem ascendat, statuto caveri dicitur, quibus pro hac vice dumtaxat derogamus, necnon, ut beneficia huiusmodi in manibus cuiuscunque prelati seu persone in dignitate ecclesiastica constitute ac locorum ordinarii, in quibus dicta beneficia consistunt, vel cathedralis ecclesie canonicorum simpliciter vel ex causa permutationis resignare, ipsique prelatus, ordinarius, canonicus aut persona resignationem pro parte dicti Henrici seu eius legitimi procuratoris pro eo aut aliorum quorumcunque quam si (!) dicti Nicolai resignantis et cum ipso permutare volentium permutationem et resignationem hincinde admittere, etiam si ipse persone compermutantes sedis apostolice aut e. s. v. seu alicuius s. Romane ecclesie cardinalium familiares seu eorum beneficia affecta seu devoluta fuerint, in Romana curia vel extra eam et in partibus resignare ac permutare ac de beneficiis huiusmodi sic resignatis eisdem personis providere libere valeant, prefato Henrico facultatem concedimus. Concessum et per se in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 7. id. junii anno 13.

Suppl. 830 fol. 85.

2906. **20. Juni 1484.**

Paven befaler Biskoppen i Nocera, Provsten i Roskilde og Dekanen i København at overdrage Klerken Holger Jensen fra Lunde Stift Kanonikat og Præbende i København, ledige ved Kollektoren Jens Madsen (Brun)s Død, og et evigt Beneficium ved St. Mortens Alter i Roskilde Domkirke, ledigt ved, at Birger Pedersen fra Halland er død.

Episcopo Nucerino et preposito Roskildensis et decano b. Marie virginis in Affina Roskildensis diocesis ecclesiarum. Vite ac morum honestas *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 469—70)*. Datum Rome 12. kal. julii anno 13.

Gratis pro deo.

Reg. Vat. 647 fol. 281; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. Aleriensis) i Suppl. 830 fol. 154.

2907. **16. Juli 1484.**

Jens Pedersen Hostorp faar Bekræftelse paa Besiddelsen af et evigt Vikariat i Slesvig, som Marinus de Fregeno havde tildelt ham i Kraft af et paveligt Privilegium, skønt Paven senere havde ophævet dette.

Dudum, postquam bone memorie Marino episcopo Caminensi et per regna, terras, civitates et loca Dacie, Svecie, Norvegie ducatusque Slesvicensis, Holtzatie et Stormarie comitatum necnon Livonie, Lithuanie et orientalis et occidentalis Frisie, diocesium quoque Traiectensis, Caminensis et Monasteriensis et per totum dominium ducis Magnopolensis vestro et apostolice sedis nuntio, ut (!) triginta personis idoneis etiam quecunque beneficia obtinentibus et expectantibus triginta beneficia, cum et sine cura, secularia et ordinum quorumcunque regularia, in regnis, civitatibus et dominiis predictis consistentia et ad quorumcunque collationem . . . . pertinentia, ... conferendi et de illis etiam providendi [s. v.] per suas litteras inter alia concesserat facultatem ac voluerat, quod dicte littere sub quibusvis facultatum revocationibus [litteris][1]) vestris et eiusdem sedis pro tempore concessarum per s. v. vel sedem predictam eatenus factis et imposterum forsitan faciendis nullatenus comprehenderentur, nisi in illis de nomine et dignitate dicti Marini episcopi necnon de eisdem litteris de verbo ad verbum specialis et expressa mentio haberetur, emanavit certa constitutio a s. v., per quam huiusmodi facultates quibusvis concesse revocate fuerunt. Verum, antequam de revocatione huiusmodi ad notitiam predicti Marini episcopi tunc in partibus remotissimis agenti[s] perveniret, vacante perpetua vicaria in ecclesia Slesvicensi ad altare bb. Bartholomei et Pauli [fructus 2 mr.] per obitum Gerardi Santbeke, prefatus Marinus episcopus vicariam huiusmodi Johanni Petri de Hostorpp clerico Slesvicensis diocesis facultatis huiusmodi vigore contulit et de illa etiam providit. Objicitur modo eidem oratori, quod tempore collationis sibi facte huiusmodi facultas eidem Marino episcopo concessa revocata erat, ut prefertur. Cum autem equitate suadente constitutio s. v. non debeat ligare ignorantes, presertim cum ignorantia non fu[er]it crassa aut supina, sed acciderit propter longinquitatem viarum et distantiam locorum seu deffectum nuntiorum, quod ipse Marinus de dicta revocatione notitiam non habu[er]it, supplicat prefatus Johannes Petri, quatenus sibi . . specialem gratiam [facientes], nisi[2]) per adversarios legitime et sufficienter

---

[1]) add. Gz. — [2]) Gz. — Cod. quod, nisi

probatum fuerit, quod dictus Marinus de revocatione predicta tempore collationis vicarie prefate huiusmodi notitiam habuerit vel per eum steterit, quominus haberet, collationem et provisionem de dicta vicaria eidem Johanni oratori factas huiusmodi validas et efficaces esse statuere . . . . dignemini. Concessum, prout de jure, in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 17. kal. aug. anno 13.

Suppl. 831 fol. 116 v.

2908. **28. Juli (8. Aug.) 1484.**

Jens Pedersen Hostorp faar sin nærmest foregaaende Supplik (Nr. 2907) bevilget med en Tilføjelse.

Reformatio Johannes Petri de Hostorpp.

Cum in supplicatione, cuius copia supraponitur, per inadvertentiam non fuit facta mentio, quod inter prefatum Johannem Petri[1]) et quendam Remarum Boifflet[2]), qui se gerit pro clerico, super dicta vicaria lis pendet indecisa, dignetur s. v. litteras apostolicas desuper conficiendas cum expressione litis huiusmodi ac status cause et aliorum necessariorum expediri mandare. Concessum. A. Aleriensis. Datum Rome 5. kal. aug.[3]) anno 13.

Suppl. 831 fol. 247 og (II) 832 fol. 35.

2909. **8. Aug. 1484.**

Paven befaler sin Kapellan og Auditør Paulus de Tuscanella at overdrage Jens Pedersen Hostorp et evigt Vikariat i Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Magistro Paulo de Tuscanella capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Decet Romanum pontificem [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Petri de Ostorp clerici Slesvicensis diocesis, sacri palatii apostolici causarum notarii, petitio continebat, quod dudum, postquam nos bone memorie Marino . . . . [*som Nr. 2907*], ut (!) triginta personis idoneis etiam quecunque . . beneficia obtinentibus et expectantibus triginta beneficia . . . . conferendi . . per alias nostras litteras inter alia concesseramus facultatem . . . . . ., emanavit certa constitutio a nobis, per quam huiusmodi facultates . . . revocate fuerunt . . . [*etc. som Nr. 2907 til* providit]. Ortaque postmodum inter ipsum Johannem et Remarum Borssiet (!), qui se gerit pro clerico, super dicta vicaria, quam, ut premittitur, vacantem Johannes Petri sibi

[1]) II tilf.: de Hostorpp [2]) II: Gorfflet [3]) II: 6. id. aug.

collatam et de illa provisum fuisse, dictumque Remarum collationi et provisioni huiusmodi contra justitiam se opponere ac facere, quominus collatio et provisio predicte suum sortirentur effectum, Remarus vero prefati illam ad se spectare assereba[n]t, prout uterque eorum adhuc asserit, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante forsan, quod de sui natura ad Romanam curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, magistro Jheronimo de Porcariis primo, et, postquam dictus Jheronimus in causa huiusmodi rite procedens diffinitivam pro dicto Johanne Petri et contra prefatum Remarum sententiam promulgaverat, a qua pro parte dicti Remari fuerat ad sedem predictam appellatum, Gundisalvo de Villaviego, capellanis nostris et causarum palatii apostolici auditoribus et successive, postquam dictus Gundisalvus vel in eius locum surrogatus Petrus de Ferrera in ea perperam procedens sententiam dicti Jheronimi[1]) per suam sententiam revocaverat, tibi ad instantiam dicti Johannis Petri audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in ea ad nonnullos actus citra tamen illius conclusionem diceris processisse. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, equitate suadente constitutio revocationis facultatum huiusmodi, in qua de facultate dicto Marino concessa specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio, prout juxta tenorem litterarum dicte facultatis debuisset, non habetur, illum ignorantem ligare non debuerit, presertim cum ignorantia non fuerit crassa aut supina, sed acciderit propter longinquitatem viarum et distantiam locorum seu defectum nuntiorum, quod ipse Marinus, qui tunc in partibus illis nostra et predicte sedis negotia gerebat, de dicta revocatione notitiam non habuerit, pro parte dicti Johannis Petri nobis fuit supplicatum, quod, nisi prefatus Remarus et alii, si qui sint dicti Johannis Petri in causa huiusmodi adversarii, legitime probaverint [et][2]) sufficienter, quod prefatus Marinus de revocatione predicta tempore collationis et provisionis de dicta vicaria prefato Johanni Petri per eum facta[rum] huiusmodi notitiam habuerit vel per eum steterit, quominus haberet, et quod facultas ipsa in eadem revocatione comprehendatur, collationem et provisionem de dicta vicaria prefato Johanni Petri per eundem Marinum episcopum factas huiusmodi validas et efficaces esse decernere . . . dignaremur. Nos igitur . . . . discretioni tue mandamus, quatenus in causa huiusmodi ad ul-

---

[1]) Gz. — Cod. Remari [2]) add. Gz.

teriora procedens, nisi in prefata causa dictus Remarus adversarius seu adversarii dicti Johannis Petri, quod prefatus Marinus episcopus tempore collationis et provisionis de dicta vicaria prefato Johanni Petri per eum facta[rum] de revocatione huiusmodi notitiam habuerit vel per eum steterit, quominus haberet, et quod dicta facultas in prefata revocatione nostra comprehendatur, legitime docuerint, ut prefertur, collationem et provisionem de ipsa vicaria prefato Johanni Petri factas huiusmodi validas et efficaces esse auctoritate nostra declares . . . Datum Rome 6. id. aug. anno 13.

X.
Reg. Vat. 649 fol. 12.

2910. **22. Aug. 1484.**

Optegnelse om den pavelige Nuntius Bartholomæus de Camerinos Korstogsaflad i Sverige.

Bartholomæi de Camerino, nuntii apostolici, indulgentiæ Svecis dispensandæ pro colligenda stipe ad expeditionem cruciatam. Dat. 22. aug. 1484, sede papali vacante.

Celse, Bull. svio-gothicum, 207.

INNOCENS VIII

valgt 24. Aug. 1484, viet 12. Sept. 1484, død 25. Juli 1492.

2911. **12. Sept. 1484—25. Juli 1492.**

Paven giver Laurens Olufsen fra Roskilde Stift Dispensation til at forene flere ellers uforenelige Embeder.

Roskildensis. Laurentius Olani. Dispensatio ad incompatibilia.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII a. 1 l. 15 (tabt) fol. 184.

2912. **12. Sept. 1484—25. Juli 1492.**

Paven giver Hemming Seghebobe ny Provision paa en Sognekirke i Roskilde Stift.

Roskildensis. Herminghus Seghebobe. Nova provisio parrochialis.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII a. 1 l. 15 (tabt) fol. 199.

2913. **12. Sept. 1484—25. Juli 1492.**

Paven overdrager Mynrik Menekel Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Slesvicensis. Minricus Menekel. Canonicatus per resignationem.

Uddrag i Indice 337 efter Reg. Lat. Innoc. VIII a. 6 l. 6 (tabt) fol. 43.

2914. **12. Sept. 1484—25. Juli 1492.**

Paven overdrager Christoffer Nielsen (Present) Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Roskildensis. Christophorus Nicolai. Canonicatus per prefectionem.

Uddrag i Indice 337 efter Reg. Lat. Innoc. VIII a. 6 l. 6 (tabt) fol. 294.

2915. **18. Nov. 1484.**

Provsten Mikkel Jensen i Lund faar Kanonikat og Præbende i Roskilde, ledige ved Mogens Jensens Død.

Supplicat Michael Johannis *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 472)*. Fiat. J. Datum Rome 14. kal. dec. anno 1.

Suppl. 837 fol. 201 v.

Roskildensis. Michael Joannis. Canonicatus per obitum.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 1 lib. 12 (tabt) fol. 16.

2916. 21. Nov. 1484.

Klerken Poul Santbeke fra Slesvig Stift, som har ført Proces ved Kurien om Kanonikat og Præbende i Lübeck, faar det overdraget til Auditøren i Sagen at overdrage ham Embedet paany.

Lite et causa in curia s. v. coram Johanne Prioris decretorum doctore, sacri palatii apostolici causarum auditore, inter Paulum de Santbeke clericum Slesvicensem, canonicum Lubicensem maiori inibi prebenda prebendatum et ab eisdem minus legitime dejectum, et quendam Johannem Scaue assertum clericum de canonicatu et prebenda supradictis rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius expressis . . . indecisa pendente, in qua ad nonnullos actus judiciales citra tamen ipsius cause conclusionem extitit processum, et cum ab aliquibus asseratur neutri dictorum litigantium in eisdem canonicatu et prebenda jus competere, supplicat igitur dictus [Paulus], quatenus . . . . dicto Johanni Prioris aut in eius locum forsan surrogato vel surrogando auditori, ut, si sibi per litis eventum constiterit neutri predictorum in dictis canonicatu et prebenda maiori jus competere, ipsum oratorem injuste dejectum ad eorundem canonicatus et prebende possessionem, cui prius incubuit, [reducat][1]) et ut ipsum reassumat et ad eius continuationem restituat seu ad pristinam suam possessionem reponat . . . necnon ipsos canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.], sive ut premittitur, sive . . . per obitum Johannis Francisci auditoris vel Henrici Pomert, collectoris camere apostolice et Nicolai de Cusa tituli s. Petri ad Vincula cardinalis familiaris continuique commensalis et litterarum apostolicarum abbreviatoris, vel Johannis Podendorp predictorum (!) resignationem . . . vacent . . ., eidem oratori conferat, mandare dignemini. Fiat. J. Datum Rome 11. kal. dec. anno 1.

Suppl. 837 fol. 150 v.

2917. 26. Nov. 1484.

Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift, som har ført Proces ved Kurien med Niels Skave om Provstiet i Viborg, faar det overdraget Auditøren i Sagen at give ham ny Provision paa Embedet.

[1]) add. Gz.

Lite et causa in vestro sacro palatio apostolico causarum coram certo illius auditore inter Marquardum Poijske clericum Roskildensis diocesis actorem et quendam Nicolaum Skaaw reum de quadam prepositura ecclesie Vibergensis rebusque aliis in actis cause huiusmodi deductis et deducendis in prima instantia pendente et aliquali processu coram eodem ac inter partes seu eorum procuratores aliqualiter habito, a nonnullis asseritur neutri dictorum Marquardi et Nicolai ad dictam preposituram jus competere ipsamque preposituram adhuc per promotionem Hartvici ad ecclesiam Ripensem .... seu quovis alio [modo] vacare noscatur (!); supplicat igitur dictus orator, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus .... prefato auditori sive in eius locum surrogato seu surrogando judici mandare, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri dictorum collitigantium in dicta prepositura jus competere, dictam preposituram, que in dicta ecclesia Vibergensi dignitas curata et electiva et post pontificalem maior existit ac, si de jure patronatus regis Dacie foret [fructus 4 mr.], eidem Marquardo conferat ac provideat etiam de eadem, non obstantibus quod dicta prepositura de jure patronatus regis predicti Dacie etc. foret seu esse dinosceretur, [cui] in eventum huiusmodi pro hac vice derogare dignemini, gratia expectativa per Sixtum papam IIII dicto Marquardo gratiose facta ac processibus inde secutis .... Fiat. J. Datum Rome 6. kal. dec. anno 1.

Suppl. 835 fol. 57.

2918. **14. Dec. 1484.**

Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift, som har ført Proces ved Kurien med den nu afdøde Præst Birger Pedersen fra Lunde Stift om Kanonikat og Præbende i Viborg, faar ny Provision paa Embedet.

Dudum canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis per obitum Johannis Mathei, Sixti pape capellani ipsiusque et sedis apostolice ac fructuum camere apostolice in regno Dacie collectoris in partibus defuncti, vacantibus, idem Sixtus papa de illis canonicatu et prebenda tunc motu proprio quondam Birguero Petri presbitero Lundensis diocesis gratiose providit, prout in supplicatione desuper signata et contentis in eadem plenius continetur. Qui quidem Birguerus, litteris super provisione huiusmodi sibi facta per eum non expeditis .... ad partes recessit [ac] in eisdem partibus extitit vita functus. Quapropter supplicat Marquardus Poyske clericus Roskildensis diocesis, de nobili ge-

nere ex utroque parente procreatus, quatenus omne jus [ↄ: de omni jure], quod dicto Birguero . . . ad dictos canonicatum et prebendam quomodolibet competebat, . . . necnon [de] canonicatu et prebenda huiusmodi [fructus 3 mr.] eidem Marquardo providere dignemini, non obstante prepositura dicte ecclesie, de qua per Sixtum papam mandatum [sibi] extitit provideri, prout in litteris desuper confectis continetur, et super qua in dicto palatio apostolico causarum coram certo illius auditore contra certum suum adversarium in prima instantia litigat. Fiat. J. Datum Rome 19. kal. jan. anno 1.

Suppl. 840 fol. 179.

2919. **9. Febr. 1485.**

Klerken Didrik Tetens fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Dudum vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis per liberam resignationem Johannis Wiserem coram notario publico et testibus sponte factam, Theodoricus Thetens clericus Gelaseravicensis [ↄ: Slesvicensis] diocesis de eisdem canonicatu et distincta prebenda sic vacantibus auctoritate ordinaria sibi obtinuit provideri, possessione subsecuta. Ea de re[1]) exposito Sixto idem predecessor prefato oratori de novo providit, litteris desuper nondum confectis. Dubitat tamen dictus orator dictas provisiones sibi successive factas viribus non subsistere. Supplicat, quatenus sibi de dictis prebenda ac canonicatu [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 5. id. febr. anno 1.

Suppl. 838 fol. 239.

2920. **8. Marts 1485.**

Paven befaler Provsten i Slesvig at overdrage Provsten Mikkel Jensen i Lund Kanonikat og Præbende i Roskilde, der var ledige ved Hemming Bertelsens Død, og som var overdragne Mikkel Jensen ifølge et Ventebrev, som Sixtus IV havde givet ham paa Kanonikater, Præbender og Embeder i Roskilde og Lund.

Preposito ecclesie Slesvicensis. Dignum *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 483).* Datum Rome 8. id. martii anno 1.

P. XX. 12. kal. aug. anno 1. Altissensis.
Reg. Lat. 842 fol. 5.

[1]) Gz. — Cod. eidem. Exposito

2921. 2.—8. April 1485.

Optegnelse om, at Johan Haleken fra Slesvig Stift indvies til de fire lavere gejstlige Grader ved Kurien.

Ordines celebrati per Philippum episcopum Ariensem de mandato et commissione Raphaelis s. Georgii diaconi cardinalis pape camerarii in ecclesia b. Marie de Regina Celi in Burgo s. Petri die sabati s. Quattuor temporum 2. aprilis 1485 infra missarum solemnia juxta formam et consuetudinem s. Romane ecclesie in talibus servari solitas . . . . . .

Ad quatuor minores . . . .

Johannes Haleken Slesvicensis diocesis . . . . . .

Johannes Haleken Slesvicensis diocesis contentus in proximis retroscriptis ordinibus habuit formatam ad quattuor minores 8. aprilis 1485. *Hadrianus.*

Bol. 20.

Libri formatari 1484—88 fol. 14—15 (Archivio di Stato).

2922. 14. April 1485.

Paven befaler Provsterne i Lübeck og Hameln samt Officialen i Lübeck at overdrage Jens Pedersen Hostorp et evigt Vikariat i Lübeck.

Lubicensis et s. Bonifacii Hamelensis Mindensis diocesis ecclesiarum prepositis ac officiali Lubicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, perpetua vicaria in ecclesia Lubicensi, quam Johannes Gerckons[1]) obtinebat, per obitum eiusdem Johannis Gerckons[1]) vacet ad presens, nos, in quorum manibus Albertus de Aschen[2]) clericus Ottoniensis diocesis, asserens se vicariam predictam, ut prefertur vacantem, vigore quarundam litterarum gratie expectative sibi per Sixtum papam IIII concessarum, prout ex illarum forma poterat, infra tempus legitimum acceptasse et de illa sibi provideri obtinuisse, omni juri sibi in dicta vicaria quomodolibet competenti, illius possessione per eum non habita, hodie per Arnoldum Clouer clericum Coloniensis diocesis, procuratorem substitutum a Johanne Petri de Hostorpp Slesvicensis diocesis, ipsius Alberti procuratore ad hoc specialiter constituto, sponte cessit, quique cessionem huiusmodi duximus admittendam, eidem Johanni Petri, qui causarum palatii apostolici notarius existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus vicariam predictam, que sine cura est [fructus 2 mr.], ...

---

[1]) II: Gerekens [2]) II: Asthem

prefato Johanni Petri auctoritate nostra conferre curetis .... Datum Rome 18. kal. maji anno 1.

N. X. 17. kal. maji anno 1.

Reg. Lat. 843 fol. 57; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis) i Suppl. 839 fol. 143 v.

2923. **26. April 1485.**

Skolaren Peder Jensen fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Ørslev.

Supplicat Petrus Johannis scolaris Roskildensis diocesis, in vicesimo vel circa sue etatis anno constitutus, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in villa Oreslorff eiusdem diocesis cum eius annexis [fructus 4 mr.], per obitum Hennimingii (!) Petri vacante, postquam clericali caractere rite insignitus fuerit, provideri mandare secumque super defectu etatis premisso, ut dictam parrochialem ecclesiam, si de ea vigore presentium, postquam clericali caractere fuerit insignitus, provideatur, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 6. kal. maji anno 1.

Suppl. 839 fol. 220.

2924. **18. Maj 1485.**

Paven befaler Biskoppen i Nocera, Aarhuskanniken Johan Jepsen (Ravensberg) og Officialen i Viborg at overdrage Ærkedegneembedet i Viborg til Præsten Kjeld Ovesen fra Aarhus Stift.

Episcopo Nucerino et Johanni Jacobi canonico Arusiensi ac officiali Vibergensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, archidiaconatus ecclesie Vibergensis, quem Nicolaus Lucke obtinebat, per obitum dicti Nicolai vacet ad presens, nos, volentes Ketillo Auonis presbitero Arusiensis diocesis, cui hodie de Eggo nuncupato Arusiensis et aliis Ottoniensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis etiam, ut prefertur, vacantibus concessimus provideri . . ., specialem gratiam facere, discretioni vestre mandamus, quatenus archidiaconatum predictum, qui in dicta ecclesia Vibergensi dignitas non tamen maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.[1])], prefato Ketillo auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 15. kal. junii anno 1.

P. XX. pridie kal. junii anno 1. Altissensis.

Reg. Lat. 843 fol. 68. Supplik se følgende Nr.

---

[1]) II: 6 mr.

2925. **18. Maj 1485.**

Paven befaler Biskoppen i Nocera, Aarhuskanniken Johan Jepsen (Ravensberg) og Officialen i Viborg at overdrage Kanonikater og Præbender i Aarhus og Odense til Præsten Kjeld Ovesen fra Aarhus Stift.

Episcopo Nucerino et Joanni Jacobi canonico Arusiensi ac officiali Vibergensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, singuli[1]) Arusiensis et Ottoniensis ecclesiarum canonicatus et prebende, quos Nicolaus Luche obtinebat, per obitum dicti Nicolai vace[n]t ad presens, nos, volentes Ketillo Auonis presbitero Arusiensis diocesis, cui etiam hodie de archidiaconatu ecclesie Vibergensis per obitum Nicolai huiusmodi vacante per alias nostras litteras mandavimus provideri, specialem gratiam facere volentes (!), discretioni vestre mandamus, quatenus Arusiensis [fructus 2 mr.] et [fructus etiam 2 mr.[2])] Ottoniensis ecclesiarum canonicatus et prebendas huiusmodi prefato Ketillo auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 15. kal. junii anno 1.

XXX.

Reg. Vat. 705 fol. 76; ogsaa (II) Supplik, fælles for dette og foregaaende Nr., (Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis) i Suppl. 840 fol. 151 v.

2926. **19. (26.) Maj 1485.**

Skolaren Peder Jensen fra Roskilde Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie i Rom til de lavere Grader.

Cum Petrus Johannis scolaris Roskildensis diocesis[3]) ad minores ordines se facere promoveri intendat, supplicat, quatenus sibi, ut a quocunque catholico antistite . . . in Romana curia residente, quem maluerit et ad hoc duxerit eligendum, aliquibus diebus dominicis vel festivis etiam extra tempora a jure statuta ad huiusmodi ordines minores se possit facere promoveri, ac eidem antistiti illum promovendi auctoritate apostolica licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, [4])et examinetur in camera[4]) . . . Datum Rome 14. kal. junii[5]) anno 1.

Suppl. 841 fol. 68 og (II) fol. 132 v.

---

[1]) Gz. — Cod. singularum [2]) II: fructus cuiuslibet 4 mr.
[3]) II tilf.: fervore devotionis accensus militie clericali ascribi et ad quatuor
[4—4]) Udeladt i II. [5]) II: 7. kal. junii

2927. **26. Maj 1485.**

Klerken Peder Griis fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Tamdrup i Aarhus Stift.

Supplicat Petrus Grijs clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Tandorp Misnensis [ɔ: Arusiensis] diocesis [fructus 4 mr.], vacante ex eo, quod quidam A. Hinrici aliam parrochialem ecclesiam incompatibilem cum illa in Sampsow, cui etiam cura imminebat animarum, obtinens per decem annos et ultra absque canonica dispensatione insimul detinuit et occupavit, prout de presenti detinet indebite occupatam, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 7. kal. junii anno 1.

Suppl. 841 fol. 84.

2928. **8. Juni 1485.**

Paven giver Biskop Helrik (v. d. Wisch) Tilladelse til at lade Kirker og Kirkegaarde m. m. indvie paa ny ved en Præst.

Helrico episcopo Slesvicensi. Tue devotionis precibus [etc.]. Cum itaque, sicut pro parte tua fuit propositum coram nobis, in tua diocesi Slesvicensi nonnulle insule maritime existant, ad quas non sine gravi et magno periculo accedi et deveniri potest, et in quibus sepe contingat (!) ecclesias, monasteria, cimiteria et alia pia loca ibidem situata per effusionem sanguinis vel seminis seu alias violari, que non possunt reconciliari commode per te ipsum, nobis fuit supplicatum, ut providere tibi super hoc dignaremur. Nos itaque . . ., quod ecclesias, monasteria, cimiteria et alia pia loca supradicta per aliquem secularem vel regularem sacerdotem idoneum, quem ad hoc duxeris eligendum, quoad vixeris, reconciliare valeas, quotiens fuerit oportunum, aqua per te prius vel alium antistitem, ut moris est, benedicta, presentium tibi auctoritate concedimus facultatem. Per hoc autem constitutioni, que hec precipit per episcopos tantum fieri, nullum volumus imposterum prejudicium generari. Datum Rome 6. id. junii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 683 fol. 482; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis) i Suppl. 841 fol. 148.

2929. **8. Juni 1485.**

Paven giver Biskop Helrik (v. d. Wisch) i Slesvig Tilladelse til at gøre Testamente.

Helrico episcopo Slesvicensi. Quia presentis vite conditio etc. . Nos itaque, tuis in hac parte supplicationibus inclinati,

ut de bonis tuis undecunque, non per ecclesiam seu ecclesias tibi commissas, alias tamen licite acquisitis, que ad te pertinere omnimode dinoscuntur, libere testari valeas ac de bonis mobilibus ecclesiasticis tue dispositioni seu administrationi commissis, que tamen non fuerint altaris seu altarium ecclesiarum tibi commissarum ministerio seu alicui speciali earundem ecclesiarum divino cultui seu usui deputata, necnon de quibuscunque bonis mobilibus a te per ecclesiam seu ecclesias licite acquisitis, pro decentibus et honestis expensis tui funeris et pro remuneratione illorum, qui tibi viventi serviverint, sive sint consanguinei sive alii, juxta servitii meritum moderate tamen disponere et erogare et alias in pios ac licitos usus convertere possis[1]), prius tamen de omnibus predictis bonis ere alieno et hiis, que pro recuperandis domibus seu edificiis consistentibus in locis ecclesiarum seu beneficiorum tuorum culpa seu negligentia tua seu procuratorum tuorum destructis seu deterioratis necnon restaurandis aliis juribus earundem ecclesiarum vel beneficiorum deperditis ex culpa vel negligentia supradictis fuerint oportuna, deductis, plenam et liberam fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus autem, quod in eorundem ecclesiasticorum dispositione bonorum juxta quantitatem residui erga ecclesias, a quibus eadem percepisti, te liberalem exhibeas, prout conscientia tibi dictaverit et anime tue saluti videris expedire. Datum Rome 6. id. junii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 683 fol. 500 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in forma in presentia pape. Jul. Ostiensis) i Suppl. 841 fol. 204.

2930. **8. Juni 1485.**

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Vor Frue Kapel i Sognekirken i Kiel, som er grundlagt af Slesvigprovsten Enwald Søvenbroders Forældre.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Etsi cuncte ecclesie [etc.]. Cupientes itaque, ut capella b. Marie virginis et s. Crucis sub turri parrochialis ecclesie opidi Kylonensis Bremensis diocesis sita, ad quam Enwaldus prepositus ecclesie Slesvicensis pro eo, quia, ut accepimus, parentes eius illam fundaverunt, specialem gerit devotionis affectum, congruis honoribus frequentetur et in suis structuris congrue reparetur et conserve-

[1]) II tilf.: usque ad summam 4000 duc. auri

tur necnon libris, calicibus, paramentis et aliis ornamentis ecclesiasticis muniatur, ... omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui capellam predictam in annuntiationis b. Marie virginis, in conversionis s. Pauli, inventionis s. Crucis et s. Nicolai festivitatibus a primis vesperis usque ad occasum solis d[i]ei sequentis earundem festivitatum devote visitaverint annuatim . . . . ., singulis videlicet earundem festivitatum diebus 1815 dierum et quinque quadragenarum [indulgentias][1]) de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem [*etc. som Nr. 860*]. Datum Rome 6. id. junii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 684 fol. 227; ogsaa Supplik (Motu proprio; concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis) i Suppl. 841 fol. 204 v.

2931. **8. Juni 1485.**

Biskop Helrik (v. d. Wisch) faar Tilladelse til at sælge nogle Bispestolen tilhørende Landstrækninger i Utholm i Nordfrisland.

Exponitur pro parte Helrici episcopi Slesvicensis, quod est [ɔ: possidet] ecclesia Slesvicensis nonnulla prata, terrarum petias et alia immobilia bona in quadam insula, nomine Utholm terre Pfrisie, ad ipsam ecclesiam spectantia, apud et prope mare consistentia, quorum fructus annuatim summam 20 duc. auri de camera non excedunt, ubi sepe aqua maris [existit][1]), et propter illius turbines et tempestates ac undationes multotiens nulli vel modici ex ipsis bonis redditus percipiuntur et etiam, ut a nonnullis asseritur, dubitari [potest], quod tempore procedente minus fructuosa . . . . . . et forsan totaliter inutilia reddantur, que possessiones et bona si per eundem episcopum vendi et permutari possent, ipse et dicta ecclesia maiorem perciperent commoditatem, hocque in evidentem [dicte ecclesie cederet utilitatem. Supplicat igitur dictus episcopus, quatenus] dicte ecclesie commodo et utilitati providentes, ut aliquibus probis viris in partibus illis consistentibus, quod de premissis se informent, [mandare][1]) et, si per informationem huiusmodi meditate[2]) repererint venditionem et permutationem huiusmodi, si fierent, in evidentem dicte ecclesie cedere utilitatem, eidem episcopo illas faciendi licentiam concedere[3]) dignemini. Concessum, si in evidentem, in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 6. id. junii anno 1.

Suppl. 841 fol. 148 v.

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. mediate [3]) Gz. — Cod. concedere mandare

2932. **8. Juni 1485.**

Klerken Johan Wulf fra Bremen Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Lübeck.

Nuper perpetua vicaria b. Marie virginis et s. Wentzslai sita in capella s. Georgii prope et extra civitatem Lubicensem, que de jure patronatus laicorum existit, vacante, Johannes Vulff clericus Bremensis diocesis ad ipsam vicariam per Henricum Krummeuoet insule Imbrie Ottoniensis diocesis illius verum patronum, existentem in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam legitimam ad dictam vicariam, dum pro tempore vacat, et quidam Gotschalcus Bredemeyger clericus Lubicensis per provisores dicte capelle s. Georgii falso se pro patronis dicte vicarie gerentibus [ɔ: -tes] loci ordinario presentati fuerunt, ipseque ordinarius, nescitur quo spiritu ductus, Johannem renuit, Gotschalcum prefatum quamvis de facto in dicta vicaria instituit, ipseque Gotschalcus presentationis et institutionis predictarum pretextu se in dicta vicaria intrusit illamque aliquamdiu citra tamen annum pacifice detinuit, prout detinet, indebite occupatam, ipseque ordinarius causam inter Johannem et Gotschalcum prefatos super premissis officiali suo cognoscendam commisit et fine debito terminandam, ipseque officialis in ea ad nonnullos actus citra tamen cause conclusionem dicitur processisse. Cum autem secundum premissa dicta vicaria adhuc vacare noscatur, supplicat Johannes prefatus, quatenus ei de dicta vicaria [fructus 3 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 6. id. junii anno 1.

Suppl. 841 fol. 148 v.

2933. **8. Juni 1485.**

Slesvigprovsten Enwald Søvenbroder faar en Pension af St. Johannes Kirke paa Før.

Supplicat Enwaldus de Eruembra (!) ecclesie Slesvicensis prepositus, quatenus, ut statum suum juxta dicte prepositure dignitatem, quam obtinet, decentius substentare possit, ei de alicuius subvenientes auxilio subventionis, pensionem annuam 12 duc. auri de camera super fructibus parrochialis ecclesie s. Joannis in insula Foer Slesvicensis diocesis [fructus 4 mr.], per Lubbertum Haymge modernum [rectorem] annis singulis in certis loco et tempore de ipsarum partium consensu statuendis eidem Enwaldo vel procuratori suo ad hoc ab eo speciale man-

datum habenti sub excommunicationis sententiis in talibus apponi consuetis integre persolvendam, de consensu dicti Lubberti rectoris reservare dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 6. id. junii anno 1.

Suppl. 841 fol. 204 v.

2934. **8. Juni 1485.**

Slesvigprovsten Enwald Søvenbroder faar Dispensation til med Provstiet at forene Besiddelsen af to andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Supplicat Enwaldus de Souenbroder prepositus Slesvicensis ac a Johanne Dacie Norvegie etc. rege ad s. v. orator destinatus, prepositus ecclesie Slesvicensis (!), quatenus . . . secum, ut una cum prepositura predicta quecunque duo . . . seu sine illis quecunque tria alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia in eisdem cathedralibus, etiam metropolitanis vel collegiatis, ecclesiis . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque . . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . . . beneficia tria dumtaxat invicem incompatibilia, etiam si duo ex hiis sub eodem tecto consistunt, dummodo inter ipsa tria plures quam due parrochiales ecclesie non fuerint, recipere et similiter, quoad vixerit, insimul retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 6. id. junii anno 1.

Suppl. 841 fol. 244.

2935. **12. Juni 1485.**

Kong Hans og Hertug Frederik faar pavelig Stadfæstelse paa Privilegiet de non evocando og Privilegiet udvidet til ogsaa at gælde Holsten.

Dudum Nicolao V pro parte preclare memorie Christerni Dacie etc. regis exposito [*etc. som Nr. 2721 til* deputatis]. Cum autem incolis et inhabitatoribus et indigenis ducatuum Slesvicensis, Holsatie et Stormarie etc., qui exnunc Johannis Dacie etc. regis et illustrissimi principis domini Frederici eorundem ducatuum ducis ipsius domini regis fratris dictioni et potestati communiter ad presens suppositi sunt, ipso Frederico nichilominus sub tutela dicti domini regis ex minorennitate existente, valde dispendiosum et incommodum existat, si pro eorum causis tractandis extra dictos ducatus ad judicium evocentur, supplicant igitur Johannes rex et Fredericus dux prefati, [quatenus] privilegium et indultum regno Dacie concessum . . . . . ex certa sci-

entia confirmare et de novo concedere dictumque indultum et privilegium cum omnibus censuris in contrarium facientes promulgatis et decretis omnibusque aliis in litteris predictis contentis et [ɔ: ad] incolas, inhabitatores et indigenas ducatuum predictorum, ita quod judices et conservatores, videlicet episcopus Lubicensis et prepositus Slesvicensis perinde, prout judices et conservatores dictis inhabitatoribus et indigenis regni Dacie [in] prefatis litteris deputati, etiam eisdem inhabitatoribus . . . . ducatuum predictorum in premissis efficacis defensionis presidio assistere et omnia facere et exequi valeant, sicut conservatores et judices prefati regni Dacie inhabitatoribus dicti regni Dacie assistere possint, extendere dignemini . . . Fiat. J. Et quod littere expediantur ad futuram sive perpetuam rei memoriam in forma gratiosa. Fiat. J. Datum Rome pridie id. junii anno 1.

Suppl. 841 fol. 281.

2936. **12. Juni 1485.**

Paven fornyer Privilegiet de non evocando (Nr. 1940, jfr. 2091) og udvider det til ogsaa at gælde Holsten.

Ad perpetuam rei memoriam. Ea, que a predecessoribus nostris suadentibus honestis causis provide emanarunt, ut eo firmius illibata persistant, quo sepius fuerint apostolica auctoritate munita, libenter, cum a nobis petitur, nostre approbationis munimine solidamus et extendimus ac de novo facimus, prout catholicorum regum exposcit devotio et id in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem pro parte Cristierni regis Dacie Nicolao pape V exposito, quod incolis regni sui nimis sumptuosum et grave erat trahi extra dictum regnum, fluctuationibus et inundationibus maritimis undique inclusum et circumdatum, ad prosequendum causas, quas contra eos pro tempore moveri contingebat, idem predecessor, prefati regis supplicationibus inclinatus, statuit, quod extunc inantea nullus ex habitatoribus et incolis prefatis in beneficialibus, matrimonialibus, testamentariis aut aliis quibuscunque causis ad cuiusvis seu quorumvis instantiam apostolica vel alia quavis auctoritate vigore sive pretextu quarumvis litterarum apostolice sedis vel legatorum eius . . . . extra dictum regnum in prima instantia quomodolibet trahi aut conveniri posset sive in causam evocari, sed quod huiusmodi cause coram competentibus judicibus in ipso regno in huiusmodi prima instantia decidi deberent et terminari; decrevit quoque omnes processus, quasvis etiam censuras

et penas ecclesiasticas in se continentes ac etiam totum id[1]), quicquid contra statuti huiusmodi tenorem promulgari contingeret, irrita et inania ac nullius subsistere robore firmitatis. Et deinde pro parte prefati regis Calixto pape III exposito, quod judices delegati seu conservatores in partibus Almanie, quibus per sedem predictam importunitate petentium causarum decisiones contra prefatos incolas regni Dacie contingebat persepe delegari, de statuto prefati Nicolai predecessoris minime curantes, ipsos ad eorum tribunalia ex regno predicto magnis sumptibus et periculis ac persepe naufragiis vocari, citari et comprimi[2]) ipsorumque judicio sisti compellebant in ipsorum, immo regni Dacie prelibati, damnum et gravamen, idem Calixtus Nicolai prefati statutum predictum confirmavit ac sententias, censuras et penas quascunque post eiusdem Nicolai statutum huiusmodi per quosvis judices, delegatos, subdelegatos seu conservatores predicte sedis seu legatorum eius auctoritate deputatos contra statuti huiusmodi tenorem decretas et promulgatas, ac quas extunc imposterum decerni et promulgari contingeret, nullius roboris vel momenti esse illisque per regnum Dacie et ubicunque locorum nullatenus stari aut quomodolibet obediri decrevit; et nichilominus delegatis, judicibus et conservatoribus, quibus imposterum contra predictos Dacie incolas per sedem predictam vel eius auctoritate causarum cognitio contingeret delegari, cuiuscunque . . conditionis existerent, conjunctim vel divisim in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis late sententie pena, quam contra eos, si contrafacerent, tulit, districte precipiendo inhibuit, ne in prejudicium constitutionis Nicolai et Calixti predictorum de cetero habitatores et incolas regni Dacie tunc presentes vel futuros extra dictum regnum in prima instantia evocare, citare vel ad ipsorum tribunalia trahere et ad actum aliquem judicialem procedere quovis modo presumerent, archiepiscopo Lundensi et episcopo Slesvicensi ac preposito ecclesie Roskildensis, eorum propriis nominibus non expressis, desuper executoribus et conservatoribus deputatis . . . . . Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Johannis Dacie regis et nobilis viri Frederici Slesvicensis, Holsazie et Stormarie ducatuum communiter cum prefato rege ducis fratrum petitio continebat, incolis et habitatoribus ducatuum predictorum, qui ditioni eorundem regis et Frederici

[1]) Gz. — Cod. id et quicquid [2]) Gz. — Cod. vocare, citare et comprimere

fratris, cuius in pupillari etate constituti idem Johannes rex tutor existit, sustituti[1]) sunt, sit valde dispendiosum et incommodum, si pro eorum causis tractandis extra dictos ducatus ad judicium evocentur, pro parte eorundem regis et Frederici nobis fuit supplicatum, ut eorundem Nicolai statuto ac Calixti decreto, inhibitioni ac executorum deputationi necnon litteris predictis et contentis in eis pro eorum subsistentia firmiori robur nostre approbationis adjicere illaque et executorum predictorum potestatem ad incolas et habitatores ducatuum predictorum extendere et pro potiori cautela omnia per eosdem predecessores statuta, decreta, inhibita et mandata de novo quoad incolas et habitatores predictos regni et ducatuum predictorum statuere, decernere, inhibere et mandare .... dignaremur. Nos igitur, qui eorundem regis et Frederici, quos eorum exigentibus meritis sincera diligimus in domino caritate, rationabilibus et honestis votis libenter annuimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, eorundem Nicolai statutum ac Calixti decretum, inhibitionem et mandata ac, prout illa concernunt, omnia in dictis eorum litteris contenta tenore presentium approbamus et robur perpetue firmitatis obtinere debere decernimus necnon litteras ipsas cum omnibus in eis contentis clausulis etiam promulgationes[2]) sententiarum, censurarum et penarum in contrafacientes ad incolas et habitatores ducatuum predictorum extendimus, et quod de cetero perpetuis futuris temporibus incole et habitatores regni et ducatuum predictorum, qui nunc sunt et pro tempore erunt, extra regnum et ducatus predicta alias juxta Nicolai et Calixti predictorum litterarum earundem continentiam evocari nequeant, de novo statuimus. Et ne contra predecessorum et nostra statuta huiusmodi extra regnum et ducatus predictos trahantur, sub eisdem censuris et penis, sub quibus idem Calistus predecessor eiusdem regni incolas et habitatores predictos trahi inhibuit, pariformiter incurrendis inhibemus .... Datum Rome pridie id. junii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 684 fol. 264 v. Origg.: A (med Bulle i Silkesnor) Danmark 13; B (uden Bulle) Danmark 13 b; C (med Bulle i Silkesnor) Gem. Archiv I, 11. *Den sidste har følgende to samtidige Paaskrifter:* 1) In forma gratiosa confirmatio et de novo concessio indulti concessi incolis regni Dacie, quod in causis quibuscunque in prima instantia non possunt trahi extra regnum, et eiusdem indulti extensio ad incolas Slesvicensis, Holtsacie, Stormarie etc. ducatuum

---

[1]) Gz. — Cod. constituti [2]) Gz. — Cod. promulgationis

eiusdem regis ditioni subditos. — 2) Procurata et sollicitata per me Enwaldum Souenbroder prepositum Slesvicensem, tunc oratorem regium Rome pro prestanda obedientia missum per illustrissimum et serenissimum dominum Johannem Dacie etc. regem, ducem Slesvicensem, Holtzatie et Dytmertie etc., etiam nomine sui germani illustris domini Ffriderici ducis Slesvicensis. Hoc in commodum et utilitatem incolitarum (!) dictorum ducatuum. — Jfr. Reg. 4805*.

2937. **12. Juni 1485.**

Paven befaler Biskoppen i Lübeck og Provsten i Slesvig at paase, at Privilegiet de non evocando overholdes i Hertugdømmerne.

Episcopo Lubicensi et preposito ecclesie Slesvicensis. Hodie illas, per quas Nicolaus papa V dudum statuit, quod incole et habitatores regni Dacie extra regnum ipsum in aliquibus causis coram judicibus delegatis a sede apostolica vel legatis eius inviti trahi non possent, et alias, per quas Calixtus papa III statutum huiusmodi approbando decrevit irritum et inane, quicquid contra eiusdem Nicolai statutum attemptatum erat(!) vel imposterum contingeret attemptari, ac sub nonnullis censuris et penis ecclesiasticis tunc expressis inhibuit, ne quispiam delegatorum judicum predictorum eosdem incolas et habitatores extra regnum predictum trahere presumeret, certis desuper executoribus deputatis, qui non permitterent illos trahi contra statutum predictum, litteras et in eis contenta, statutum, decretum et inhibitionem huiusmodi ac illa concernentia quecunque per alias nostras litteras approbavimus et robur perpetue firmitatis obtinere debere decrevimus illaque ad Slesvicensem, Holsazie et Stormarie ducatus et illorum incolas et habitatores extendimus et pro potiori cautela, quod regni et ducatuum predictorum incole et habitatores extra regnum et ducatus huiusmodi inviti trahi pari modo nequirent, de novo statuimus, neve traherentur, sub similibus censuris et penis inhibuimus . . . . . . Quocirca discretioni vestre mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, si et postquam dicte littere nostre vobis presentate fuerint, per vos seu alios premissa, ubi, quando et quotiens expedire cognoveritis fueritisque desuper pro parte eorum, quorum interest, legitime requisiti, solemniter publicantes et eisdem incolis et habitatoribus ducatuum predictorum super hiis efficacis defensionis auxilio assistentes, non permittatis eosdem ducatuum predictorum incolas et habitatores extra ducatus predictos invitos trahi et illos, quos extensioni [et] statuto huiusmodi vobis contravenisse constiterit, censuris et penis predictis irretitos esse publice nuntietis faciatisque ab aliis nuntiari et ab omnibus arctius evitari, contradictores per

censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Rome pridie id. junii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Orig. A i Gem. Archiv I, 9, B og C (alle tre med Buller i Hampesnor) i Slesvig 89 og 89 a. L. Dipl. Jfr. Reg. 4805*.

2938. **12. Juni 1485.**

Paven bestemmer, at Kantoren i Slesvig for Fremtiden skal vælges af Biskoppen og Kapitlet, ikke efter forudgaaende pavelige Ventebreve, og at han skal være forpligtet til at residere ved Embedet.

Ad perpetuam rei memoriam. Divina disponente clementia ad regimen universalis ecclesie deputati, ad ea nostre vigilantie studia propensius extendimus, per que in singulis, precipue cathedralibus, ecclesiis divinus cultus vigeat et continuum suscipiat incrementum, et ut id annuente domino facilius subsequatur, ordinationes et statuta salubria edimus, presertim dum catholicorum principum id exposcit devotio, et conspicimus in domino salubriter expedire. Sane pro parte Johannis regis et Dorothee eius genitricis regine Dacie et Norvegie nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet ad cantoriam ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas non tamen post pontificalem maior existit, cuique cura imminet animarum [fructus 6 mr.], quis per electionem episcopi Slesvicensis pro tempore existentis et capituli eiusdem ecclesie assumi consueverit, expediatque eidem ecclesie, quod illius cantor, qui curam et gubernationem eiusdem quoad ea, que divinum cultum in illa concernunt, exercere tenetur, apud ipsam ecclesiam personaliter resideat, eveniat[1]) interdum, quod nonnulli vigore gratiarum expectativarum, specialium reservationum aut alias dictam cantoriam acceptare et de illa sibi provideri facere procurent et postmodum apud eandem ecclesiam non resideant, in non parvum dicte ecclesie detrimentum et divini cultus in ea diminutionem, quodque, si statueretur, quod nullus vigore quarumcunque gratiarum expectativarum aut illarum revalidationum, mutationum, collationum, specialium reservationum, unionum . . . cantoriam huiusmodi acceptare vel de illa sibi provideri facere posset, sed occurrente illius vacatione episcopus et capitulum prefati etiam in mensibus, in quibus expectative gratie, reservationes et alia premissa locum haberent, cantorem dicte ecclesie prout in men-

[1]) Gz. — Cod. eveniatque

sibus ordinariis collatoribus concessis eligere possent, qui sic etiam in mensibus apostolicis electus apud ecclesiam ipsam personaliter residere ac novam provisionem a sede apostolica obtinere teneretur, profecto episcopus et capitulum prefati occurrente vacatione predicta talem in cantorem dicte ecclesie eligerent, qui apud illam personalem residentiam faceret et personas illius circa ea, que divinum cultum prospiciunt, dirigeret et attentas redderet, unde cultus ipse in eadem ecclesia cum populi devotione continuum susciperet incrementum. Quare pro parte regis et regine predictorum, asserentium se ad prefatam ecclesiam specialem gerere devotionis affectum, nobis fuit supplicatum, ut in premissis oportune providere dignaremur. Nos igitur, qui in singulis, presertim cathedralibus, ecclesiis cultum predictum vigere et augeri intensis desideriis affectamus, ... tenore presentium statuimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus, cuiuscunque status fuerit, vigore gratiarum expectativarum [*etc. til* unionum] cantoriam ipsam acceptare, unire seu alicui mense aut dignitati vel beneficio uniri facere possit, sed ad episcopum et capitulum prefatos ipsius cantorie illius occurrente vacatione in mensibus etiam apostolicis prout ordinariis electio pertineat, et quod sic electus apud eandem ecclesiam personalem residentiam facere et, si in aliquo ex mensibus apostolicis cantoria ipsa vacaverit, novam provisionem super dicta cantoria infra annum a die electionis sue computandum a sede apostolica impetrare et effectualiter expedire teneatur, decernentes omnes acceptationes et provisiones seu quasvis alias dispositiones, quas vigore gratiarum expectativarum [*etc. til* unionum] huiusmodi de dicta cantoria fieri, et processus habendos ac sententias ferendas per easdem et pro tempore inde secuta quecunque necnon, quicquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari contigerit, nulla, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti. Datum Rome pridie id. junii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 684 fol. 228 v; ogsaa Supplik (Fiat. J.; et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam) i Suppl. 841 fol. 223 v.

2939. **12. Juni 1485.**

Slesvigprovsten Enwald Søvenbroder faar bevilget, at hans familiaris, Lægmanden Wulfridus Wilden fra Bremen Stift maa vælge en Skriftefader, som kan tillade ham at ombytte det Løfte, han har aflagt om at besøge Compostella, med andre fromme Handlinger.

Supplicat s. v. Enwaldus, prepositus ecclesie Slesvicensis ac regis Dacie ad s. v. orator destinatus, in personam Vulfridi Wilden laici Bremensis diocesis oratoris familiaris,[1]) cum alias in partibus gravi periculo corporis detentus cor suum ad deum dirigens votum fecerit, si ex dicto periculo, quo tunc detinebatur, liberaretur et pristino statui restitueretur, ecclesiam s. Jacobi in Compostella devote visitare, et cum idem Vulferdus (!) votum huiusmodi adimplere nequeat, quatenus placeat eidem anime sue saluti consulere ac eidem Vulfredo, ut hic Rome aut in partibus aliquem secularem vel regularem presbiterum, quem duxerit eligendum, eligere, et ipsi presbitero, ut huiusmodi votum in alia pia opera convertere libere valeant, licentiam concedere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome pridie id. junii anno 1.

Suppl. 841 fol. 223 v.

2940. **14. Juni 1485.**

Paven giver Slesvigprovsten Enwald Søvenbroder Tilladelse til at gøre Testamente.

Enwaldo de Souenbroder[2]) preposito ecclesie Slesvicensis Quia presentis vite conditio [*etc. som Nr. 2929*]. Datum Rome 18. kal. julii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 683 fol. 501 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in forma in presentia pape. Jul. Ostiensis)[3]) i Suppl. 841 fol. 155.

2941. **14. (16.) Juni 1485.**

Klerken Peder Jensen fra Roskilde Stift, som er 20 Aar gl., faar Kanonikat og Præbende i Viborg mod at betale en Pension til den forrige Indehaver Markvard Pojske, Klerk fra Roskilde Stift.

Dudum, canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis per obitum Johannis Mathei, Sixti pape IIII capellani ipsiusque et sedis apostolice ac fructuum camere apostolice in regno Dacie collectoris extra Romanam curiam et in partibus defuncti, vacantibus, idem Sixtus papa IIII de dictis canonicatu et prebenda tunc Burgero Petri presbitero Lundensis diocesis gratiose providit, prout in supplicatione desuper signata . . . continetur. Qui quidem Burgerus, litteris super provisione huiusmodi sibi facta per eum non expeditis, extitit vita functus. Et deinde s. v.

---

[1]) Cod. qui, cum [2]) II: Sewenbreder

[3]) Supplikens Tekst tilføjer: usque ad summam 5000 duc. auri de camera.

Marquardo Poyske clerico Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreato, de omni jure, quod dicto Burgero ante tempus et tempore obitus sui ad dictos canonicatum et prebendam quomodolibet competebat, necnon [de][1]) canonicatu et prebenda huiusmodi per dicti Burgerii seu adhuc Johannis Mathei [obitum] seu alias quovis modo [vacantibus] providit, prout in supplicatione desuper signata latius continetur. Cum autem dictus Marquardus omni juri sibi in dictis canonicatu et prebenda quomodolibet competenti litteris super illis minime confectis in manibus e. s. v. cedere proponit, prout cedit de presenti, supplicant igitur tam dictus Marquardus quam Petrus Johannis pauper clericus Roskildensis diocesis, in vigesimo vel circa sue etatis anno constitutus, in Romana curia presens et nullum beneficium obtinens, quatenus, cessionem huiusmodi admittentes, sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 3 mr.] providere, et, ne dictus Marquardus propter cessionem huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 5 fl. Renensium, qui tertiam partem fructuum dictorum canonicatus et prebende minime constituunt, prefato Marquardo, quoad vixerit, super fructibus eorundem canonicatus et prebende per prefatum Petrum Johannis et successores suos annis singulis in terminis et locis ad hoc statuendis persolvendam ac sub censuris et penis ecclesiasticis consuetis reservare dignemini, non obstante defectu etatis premisse . . . statutisque et consuetudinibus dicte ecclesie, quibus omnibus pro hac vice dumtaxat derogare placeat . . . Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 18.[2]) kal. julii anno 1.

Suppl. 841 fol. 99 v og (II) fol. 199 v.

Vibergensis. Petrus Joannis. Canonicatus per obitum.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII anno 1 lib. 3 (tabt) fol. 56.

2942. 16. Juni 1485.

Raadet og Borgerskabet i Kiel faar pavelig Bekræftelse paa de Privilegier, der af Ærkebiskopperne i Bremen, Konger og Fyrster er givet Byen og dens Kirker (Nicolai Kirke, Helligaands- og Vor Frue Kapel i Byen samt St. Jørgens og St. Gertruds Kapeller udenfor Byen), særlig m. H. t. Raadets Ret til at styre Kirkerne og de andre gejstlige Stiftelser, og faar det overdraget til Abbeden i St. Michaels Kloster i Lüneburg, Provsten i Slesvig og Dekanen i Lübeck at sørge for, at dette bliver overholdt.

[1]) add. Gz. [2]) II: 16.

Dudum ab archiepiscopis Bremensis ecclesie pro tempore successive existentibus necnon aliis regibus, principibus et personis tam spiritualibus quam secularibus opido Kilonensi dicte Bremensis diocesis nonnulla privilegia [ac] indulta concessa fuere, ... et, cum intra dictum opidum quedam parrochialis ecclesia s. Nicolai dueque capellanie s. Spiritus et b. Marie virginis, extra id et prope illud due alie capelle s. Georgii et s. Gertrudis site existunt, quibus illius opidi universitas et nonnulli alii Christi fideles propter singularem, quem gerunt ad eas, devotionis affectum erectiones, fundationes diversas capellaniarum, commendarum et aliorum beneficiorum ipsorumque dotationes et elemosinas pro leprosis et aliis pauperibus hominibus et personis sustentandis, presbiteris [ɔ: -orum][1]) inibi missis decantandis et in alios diversos pios usus convertendas facere et dare consueverunt, prout in dies dant et faciunt, proconsulibus et consulibus dicti opidi Kilonensis, ut presbiteros ad missas celebrandas et alia divina officia in ecclesia et capellis predictis laudabiliter peragenda necnon elemosinas et alia, ut prefertur, diversa pia opera juxta eorundem fundantium et donantium commissionem et voluntatem deputent, presentent, distribuant et faciant ac villas, possessiones, res et bona mobilia et immobilia ad prefatos pios usus spectantia in quibuscunque locis et diocesibus existentia, ut eis mero et pleno jure et preessentia presint, tueantur, gubernent et defensent, plenam concesserunt auctoritatem, eorum desuper conscientias non modice onerando. Ut autem dictum opidum Kilonense privilegiis et indultis huiusmodi etiam ex auctoritate apostolica gaudeat, et [cum] dicti proconsules et consules, qui in pacifica vel quasi possessione predictorum existunt et ad ea tanto tempore, cuius contrarii hominum memoria non existit, quia a prefatis defunctis deputati fuerunt, prout sunt de presenti, cupiant concessionem, deputationem ac predicta omnia pro illorum subsistentia firmiori auctoritate apostolica communiri, supplicant igitur universitas dicti opidi necnon illius consules et proconsules prefati, quatenus s. v. privilegia [ac] indulta predicta necnon administrationem, preessentiam, gubernationem ac omnimodam dispositionem omnium bonorum predictorum et ad ea quomodolibet respective pertinentium ac presbiterorum ad divina officia in ecclesia et capellis predictis deputationem ipsis proconsulibus

---

[1]) add. Gz..

et consulibus concessas confirmare ipsosque proconsules et consules ad predicta, quatenus opus sit, de novo deputare necnon statuere, ut presbiteri predicti in parrochiali et capellis huiusmodi, ad nutum proconsulum et consulum apponendi, deputandi sint, prout hactenus consueverunt, ac rectori et capellanis eiusdem parrochialis ecclesie s. Nicolai et aliis quibuscunque personis sub excommunicationis, quam ipso facto contrafacientes incurrant, penis, ne ecclesiasticas aut alias seculares personas in eorum sermonibus aut alias directe vel indirecte ab elemosinarum devotione et legatorum in quoscunque pios usus et potissime fabrice de dispensatione et totali cura dictorum proconsulum et consulum existentium ipsi ecclesie s. Nicolai et capellis predictis quoquomodo facienda verbo vel facto retrahant aut quacunque suggestione retrahere presumant, districtius inhibere dignemini, mandantes abbati monasterii s. Michaelis opidi Luneburgensis Verdensis diocesis, preposito Slesvicensi et decano Lubicensi, quatenus per se vel alios . . . ., quatenus expedire cognoverint, post et ante, elemosinas, legata, donationes et alia pia opera predicta fienda huiusmodi solempniter publicantes, ea omnia ad [notitiam] ipsorum rectorum et capellanorum parrochialis ecclesie predicte et quorumcunque aliorum prelatorum per presentes deducant, ne de illis valeant ignorantiam allegare, et si eos inhibitionem predictam contravenire contigerit, illos censuris et penis predictis cogant, et postquam censuris et penis huiusmodi irretiti fuerint, denuntient faciantque ab aliis nuntiari ac ab omnibus arctius evitari et legitimis super hiis habendis servatis processibus iteratis vicibus aggravent, contradictores etc., invocent [ɔ: -ato] ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Et in forma gratiosa. Et quod presbiteri deputandi ad nutum proconsulum et consulum sint amovibiles. Concessum. Jul. Ostiensis. Datum Rome 16. kal. julii anno 1.

Suppl. 841 fol. 258.

2943. 16. Juni 1485.

Paven stadfæster efter Anmodning af Raad og Borgerskab i Kiel de Privilegier, der af Ærkebiskopperne i Bremen, Konger og Fyrster er givne Byen og dens Kirker (Sognekirken St. Nicolai, Helligaands- og Vor Frue Kapel i Kiel samt St. Jørgens og St. Gertruds Kapeller udenfor Kiel), særlig m. H. t. Raadets Ret til at styre Kirkerne og de andre gejstlige Stiftelser, og befaler Abbeden i St. Michaels Kloster i Lüneburg, Provsten i Slesvig og Dekanen i Lübeck at sørge for, at dette bliver overholdt.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis desuper servitutis officio *(Westphalen, Monumenta IV, 3325—27; Reg. *7796)*. Datum Rome 16. kal. julii anno 1.

2944. **18. Juni 1485.**

Paven giver Slesvigprovsten Enwald Søvenbroder Dispensation til med Provstiet at forene fire andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Enwaldo de Souenbroder preposito ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui nuper pro parte Johannis Dacie et Norvegie regis ad nos et sedem apostolicam orator destinatus existis necnon preposituram ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas post pontificalem maior existit, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum, inter alia obtines, ... favore prosequi gratioso . . . . ., tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum, ut una cum dicta prepositura quecunque duo et absque illa quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . . . necnon in . . quibusvis . . ecclesiis quecunque alia duo beneficia sub uno et eodem tecto consistentia dissimilia tamen . . . . . ., si tibi alias canonice conferantur . . . . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque omnia . . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . . beneficia tria dumtaxat curata seu alias incompatibilia et duo alia sub uno eodemque tecto consistentia, ut prefertur qualificata, similiter recipere et, dummodo inter ipsa omnia ultra quam tria curata seu alias incompatibilia et inter ipsa tria plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie non existant, etiam, quoad vixeris, retinere libere valeas . . . ., tenore presentium dispensamus. Datum Rome 14. kal. julii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 684 fol. 230 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis) i Suppl. 842 fol. 25.

2945. **21. Juni 1485.**

Slesvigprovsten Enwald Søvenbroder faar et evigt Vikariat og en Kommende i Kiel, Klerken Johannes Brant fra Bremen Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Supplicant Enwaldus de Souenbroder prepositus ecclesie Slesvicensis et pro Johanne Dacie etc. rege ad s. v. orator destinatus et Johannes Brant clericus Bremensis diocesis, quatenus, specialem gratiam eis respective facientes, videlicet de perpetua

vicaria b. Marie virginis et s. Crucis sita in capella sub turri parrochialis ecclesie seu infra illius limites s. Nicolai oppidi Kylonensis dicte diocesis, que de jure patronatus laicorum existit [fructus 3 mr.], necnon de quodam perpetuo beneficio, comenda nuncupato, sito in dicta capella, quod de simili jure patronatus existit [fructus 3 mr.], dicto Enwaldo, de canonicatu vero et prebenda dicte ecclesie Slesvicensis [fructus 3 mr.], per obitum Johannis Embkin vacantibus, eidem Johanni Brant respective providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 11. kal. julii anno 1.

Suppl. 842 fol. 20.

2946. **22. Juni 1485.**

Paven giver Biskoppen i Slesvig Befaling til at reservere en aarlig Pension af St. Johannes Kirke paa Før for Enwald Søvenbroder.

Episcopo Slesvicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, Enwaldo de Souedroder[1]) preposito ecclesie Slesvicensis, qui pro Johanne Dacie, Norvegie rege ad nos et sedem apostolicam orator destinatus [existit][2]) et preposituram dicte ecclesie, que inibi dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem existit, inter alia obtinet, ut se decentius sustentare valeat, de alicuius subventionis auxilio providere volentes, fraternitati tue mandamus, quatenus pensionem annuam 12 duc. auri de camera super parrochialis ecclesie s. Joannis in insula Foer Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus prefati regis ac nobilis domini Frederici eiusdem regis germani, Holsacie ac Slevicensium ducum, existit, fructibus, qui 6 mr. arg. puri valorem annuum non excedunt, per te modernum episcopum Slesvicensem de consensu Lubberti Heglirges[3]) ipsius parrochialis ecclesie rectoris reservatam . . et assignatam, per eundem Lubbertum, dummodo eius ad id de novo expressus accedat assensus, et successores suos dictam parrochialem ecclesiam pro tempore obtinentes eidem Enwaldo, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo . . . in terminis et loco ac sub censuris et penis ecclesiasticis ad id de Enwaldi et Lubberti predictorum consensu statuendis annis singulis integre persolvendam reservare . . . auctoritate nostra procures . . . . . . Datum Rome 10. kal. julii anno 1.

Gratis de mandato.

Reg. Vat. 707 fol. 294; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 842 fol. 30 v.

1) II: Supplicat Enwaldus de Souenbroder 2) add. Gz.
3) II: Luberti Haybiger

2947. **22. (25.) Juni 1485.**

Dronning Dorothea faar bevilget, at et evigt Beneficium i St. Laurentius Kirken ved Itzehoe maa lægges ind under Præstekaldet, og at Klostret maa have Patronatsretten over Kaldet.

Exponit Dorothea regina Dacie etc., quatenus fructus parrochialis ecclesie s. Laurentii prope et extra muros opidi Idtzeho[1]) terre Holsatie Bremensis diocesis, que de jure patronatus abbatisse et conventus monasterii monialium b. Marie virginis et s. Crucis Cisterciensis[2]) extra et prope muros dicti opidi situati ratione cuiusdam donationis per principes terre Holtsatie predictis abbatisse et conventui dicti monasterii facte existit, sunt plurimum tenues et exiles, ita quod rector dicte ecclesie pro tempore existens ex illis, qui 3 mr. arg. valorem annuum non excedunt, commode se sustentare et onera ratione dicte ecclesie sibi incumbentia perferre non potest, verum, si quoddam perpetuum beneficium ad altare s. Crucis situm in dicta ecclesia, quod ad presentationem dicte abbatisse et conventus pertinet, eidem parrochiali ecclesie perpetuo uniretur, statueretur quoque, quod rector dicte ecclesie pro tempore existens [pro solo nutu abbatisse ipsius monasterii amoveretur, profecto rector pro tempore existens][3]), timens ab eadem ecclesia amoveri, ab illicitis abstinere studeret et ex ipsius ecclesie fructibus, postquam unio huiusmodi sortita esset effectum, commodosius se substentare valeret. Supplicat igitur dicta regina, que plurimum huic monasterio monialium eiusque religioni et laudabili regimini singularibus devotione et auxilio ac assistentia affectionata existit, quatenus predictis abbatisse et conventui in premissis oportune providere et beneficium huiusmodi [fructus 3 mr.] parrochiali ecclesie perpetuo unire, ita quod, cedente vel decedente moderno ipsius beneficii possessore aut alias beneficium huiusmodi quomodolibet dimittente, liceat rectori dicte ecclesie pro tempore existenti corporalem beneficii huiusmodi possessionem etc. auctoritate s. v. perpetuo apprehendere et illius fructus etc. in suos et parrochialis ecclesie huiusmodi usus convertere, diocesani loci et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, quodque etiam rector dicte ecclesie pro tempore existens pro solo nutu dicte abbatisse dicti monasterii amoveri possit et alter virtuosus et honestus [in eius locum substitui], qui confessionem monialium dicti monasterii de scitu et licentia

---

[1]) II: Ideze. [2]) II: ordinis C. [3]) Saaledes i II.

superioris dicti monasterii ad hoc deputati pro tempore existentis audire possit et debeat, statuere dignemini . . . . Fiat. J. Et in forma gratiosa de omnibus . . . Datum Rome 10.[1]) kal. julii anno 1.

Suppl. 841 fol. 213 v og (II) fol. 240 v.

2948. **23. Juni 1485.**

Paven befaler Biskoppen i Ribe at give Enwald Søvenbroder Absolution for, at han har købt Provstiet i Slesvig af Johan Embeke, og tillade ham fremdeles at beholde Provstiet.

Episcopo Ripensi. Sedis apostolice exuberans clementia [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Ewaldi de Sonnebroder[2]) presbiteri Bremensis diocesis petitio continebat, quod alias, postquam Paulus papa II omnes excommunicationes aliasque sententias, censuras et penas antea a Romanis pontificibus in simoniacos latas, et quas omnem manifestum vel occultum simoniacum ipso facto incurrere voluerant, approbaverat et innovaverat, illarum absolutionem sibi et successoribus suis dumtaxat reservando, prefatus Ewaldus, ad preposituram ecclesie Slesvicensis, quam Johannes Embecken tunc obtinebat, aspirans, cum prefato Johanne pepigit et convenit, quod, si ipse Johannes dictam preposituram ad hoc, ut de illa eidem Enwaldo provideretur, resignare vellet, ipse Enwaldus ex fructibus dicte prepositure 50 duc. vel eorum valorem singulis annis eidem Johanni, donec ipso Enwaldo procurante de beneficiis ecclesiasticis usque ad valorem annuum 14 duc. dicto Johanni provisum foret, persolveret et pensionem annuam tertie partis fructuum prefate prepositure, que transiret ad successores, et ultra hoc 24 alios duc. ex fructibus aliorum beneficiorum suorum vel alias etiam sub certis obligationibus tunc expressis eidem Johanni reservari procuraret, quo facto ipse Enwaldus, necessitatem dicti Johannis, qui lepre morbo percussus erat, prospiciens, sibi 50 duc. vel circa pro pensione unius anni tunc proxime futuri statim persolvit, simonie labem ac excommunicationis aliasque sententias, censuras et penas incurrendo. Et deinde per Sixtum papam IIII, pacti et conventionis eorundem prorsus ignarum, accepto, quod dictus Johannes eandem preposituram, quam tunc obtinebat, sponte resignare proponebat, prefatus Sixtus episcopo

[1]) II: 7. kal. julii [2]) II: Enwaldus de Souenbroder

Lubicensi eius proprio nomine non expresso suis litteris mandavit, quatenus ab eodem Johanne vel procuratore suo . . . . resignationem huiusmodi, si illam in suis manibus sponte facere vellet, apostolica auctoritate ea vice dumtaxat reciperet illaque per eum recepta preposituram predictam, que de jure patronatus Cristierni Dacie regis existebat . . ., Enwaldo de consensu ipsius regis conferret necnon Johanni prefato pensionem annuam tertie partis fructuum dicte prepositure sibi, quoad viveret, vel procuratori suo legitimo per dictum Enwaldum et successores suos . . . . annis singulis persolvendam eadem auctoritate reservaret. Postmodum vero, cum dictus Johannes preposituram prefatam in manibus tunc episcopi Lubicensis resignasset, ipse episcopus, pacti et conventionis predictorum forsan ignarus, ad executionem dictarum litterarum procedens, resignatione huiusmodi per eum recepta preposituram predictam tamquam per huiusmodi resignationem tunc vacantem eidem Enwaldo auctoritate predicta de expresso consensu dicti regis quamvis de facto contulit et de illa etiam providit necnon pensionem predictam dicto Johanni reservavit, ipseque Enwaldus, collationis et provisionis earundem pretextu dicte prepositure possessionem apprehendens, illam extunc per sex annos vel circa detinuit, prout detinet, fructus percipiens ex eadem etiam de facto. Cum autem secundum premissa collatio et provisio predicte viribus non subsistant, et dicta prepositura adhuc, ut prefertur, vacare noscatur, pro parte eiusdem Enwaldi nobis fuit supplicatum, ut ipsum a labe simonie ac excommunicationis aliisque sententiis, censuris et penis prefatis absolvere . . . . dignaremur. Nos igitur, attendentes, quod prefate sedis benignitas recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate personis sue pietatis gremium claudere non consuevit, ac eidem Enwaldo . . . . specialem gratiam facere volentes, fraternitati tue mandamus, quatenus eundem Enwaldum, si hoc petierit, a reatu simonie ac excommunicationis aliisque sententiis, censuris et penis predictis auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolvas in forma ecclesie consueta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que de jure fuerint injungenda, necnon secum super irregularitate, si quam sententiis, censuris et penis ligatus predictis missas et alia divina officia non tamen in contemptum clavium celebrando vel alias se illis immiscendo contraxit, eadem auctoritate nostra dispenses aboleasque omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam, et nichi-

lominus, si absolutionem, dispensationem et abolitionem predictas per te vigore presentium fieri contigerit, ut prefertur, prepositurам predictam, que in eadem ecclesia dignitas post pontificalem maior existit [fructus 6 mr.], eidem Enwaldo auctoritate nostra predicta conferas. Datum Rome 9. kal. julii anno 1.

Gratis de mandato etc.

Reg. Vat. 706 fol. 63; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis) i Suppl. 841 fol. 214.

2949. **23. Juni 1485.**

Enwald Søvenbroder faar et evigt Vikariat og en Kommende i Kiel.

Supplicat Enwaldus de Sovenbroder prepositus ecclesie Slesvicensis, nuper ad s. v. a Johanne Dacie etc. rege orator destinatus, quatenus sibi de perpetua vicaria necnon commenda sive elemosina[ria] in cappella b. Marie virginis et s. Crucis sub turri parrochialis ecclesie s. Nicolai opidi Kilonensis Bremensis diocesis respective sitis, que de jure patronatus laicorum et dicti oratoris consanguineorum existunt [fructus b. Marie 3 mr. et s. Crucis etiam 3 mr.], per obitum Johannis Embecken vacantibus, providere ac juri patronatus pro hac vice dumtaxat derogare dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 9. kal. julii anno 1.

Suppl. 841 fol. 214.

2950. **23. (28.) Juni 1485.**

Paven befaler sin Auditør, Biskop Antonius de Grassis i Tivoli, at overdrage Klerken Jens Pedersen Hostorp fra Slesvig Stift et evigt Vikariat i Slesvig, hvorom han havde ført langvarige Processer ved Kurien med Remarus Borfflet.

Antonio[1]) episcopo Tiburtino in Romana curia residenti. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Petri de Hostorpp clerici Slesvicensis diocesis[2]) petitio continebat, quod, orta dudum inter eum et Remarum Borfflet[3]), qui se gerit pro clerico, super quadam vicaria perpetua in ecclesia Slesvicensi, quam tunc per obitum Gerardi Santbeke vacantem Johannes per Marinum episcopum Caminensem, tunc in partibus illis apostolice sedis cum potestate

[1]) II og III tilf.: de Grassis [2]) III tilf.: sacri palatii apostolici causarum notarii [3]) II og III: Borsslet

legati de latere nuntium et habentem ad hoc, ut asserebat, specialem ab eadem sede per illius litteras facultatem, illius vigore sibi collatam et de illa provisum fuisse dictumque Remarum collationi et provisioni huiusmodi contra justitiam se .... opponere et impedire ..., quominus collatio et provisio predicte suum debitum consequerentur effectum, Remarus vero prefati vicariam ipsam ad se de jure spectare asserebant, prout asserunt, materia questionis, Sixtus papa IIII causam huiusmodi, non obstante, quod ad prefatam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, magistro Jeronimo[1]) de Porcariis nostro, tunc suo, capellano et causarum palatii apostolici auditori ad instantiam ipsius Johannis audiendam commisit et fine debito terminandam, qui in illa rite procedens diffinitivam pro eodem Johanne et contra dictum Remarum sententiam promulgavit, a qua pro parte ipsius Remari ad sedem apostolicam extitit appellatum[2]), ipseque Sixtus causam appellationis huiusmodi magistro Gundisalvo[3]) de Villadiego et deinde magistro Petro de Ferrera nostris, tunc suis, capellanis et causarum dicti palatii auditoribus ad instantiam ipsius Remari audiendam commisit et fine debito terminandam, ipseque Petrus auditor in causa huiusmodi perperam procedens sententiam Jeronimi auditoris huiusmodi per suam etiam diffinitivam sententiam revocavit iniquam, a qua pro parte ipsius Johannis ad sedem predictam extitit appellatum, ac dictus Sixtus causam posterioris appellationis huiusmodi magistro Paulo de Tuscanella et deinde[4]) magistro Guillermo de Perereriis similiter nostris, tunc suis, capellanis et causarum dicti palatii auditoribus ad instantiam dicti Johannis audiendam commisit et fine debito terminandam, ipseque Guillermus auditor in causa huiusmodi etiam perperam procedens diffinitivam pro eodem Remaro et contra dictum Johannem sententiam promulgavit iniquam, a qua pro parte ipsius Johannis ad sedem predictam similiter extitit appellatum, nosque ..... causam ultime appellationis tibi, etiam tunc locum unius ex causarum dicti palatii auditoribus de mandato nostro tenenti, ad instantiam eiusdem Johannis audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in illa ad nonnullos actus citra tamen conclusionem diceris processisse. Cum

---

[1]) II og III: Hieronymo [2]) II og III tilf.: frivole
[3]) III: episcopo de Villadiego et in eius absentia a Romana curia Petro
[4]) II tilf.: propter eius infirmitatem usque ad eius convalescentiam

autem . . .[1]), postquam prefatus Jeronimus auditor vigore certe specialis commissionis per eundem Sixtum predecessorem sibi super hoc facte prefatam vicariam illiusque fructus et possessiones per prepositum et archidiaconum dicte ecclesie Slesvicensis sequestrari mandaverat, prefatus Remarus sequestrum huiusmodi ausu temerario per se vel procuratorem violare non erubuerit, quasi medietatem fructuum dicte vicarie levando, nos, attendentes, quod, si est ita, dictus Remarus ab omni jure, si quod sibi in dicta vicaria quomodolibet competebat . . ., noscitur cecidisse, ac volentes prefato Johanni, qui causarum palatii apostolici notarius existit, gratiam facere specialem, ... fraternitati tue mandamus, quatenus, si et postquam de violatione sequestri huiusmodi tibi legitime constiterit, eundem Remarum ab omni jure, si quod sibi in dicta vicaria tempore violationis huiusmodi quomodolibet competebat aut competere poterat, cecidisse auctoritate nostra declares, prout de jure fuerit faciendum, et nichilominus, si declarationem huiusmodi per te vigore presentium fieri contingat, ipsum Johannem in omni jure, si quod eidem Remaro in dicta vicaria[2]) [fructus 2 mr.] competebat . . . ., eadem auctoritate surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de eodem, necnon eundem Johannem ad dictum jus illiusque et dicte cause prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo dictus Remarus tempore violationis huiusmodi erat, et, si illam non fecisset, posset et deberet admitti, et ad possessionem ipsius vicarie, in qua dictus Remarus existit, auctoritate prefata admittas, ut est moris, ac alias in causa huiusmodi procedas in omnibus perinde, ac si de jure ipsius Remari nichil appareret. Datum Rome 9. kal. julii anno 1.

B. X. 8. kal. nov. anno 8. Bagarothus.

Reg. Lat. 846 B fol. 261; ogsaa Suppliker (Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis), (II) i Suppl. 841 fol. 298 v og (III) samme Bind fol. 216 v, sidste Sted Datum 4. kal. julii anno 1.

---

[1]) II og III: Cum autem prefatus orator Johannes Petri post dictam primam sententiam dictam vicariam in ecclesia Slesvicensi ac fructus de mandato Sixti pape IIII ac vigore litterarum dicti Hieronymi de Porcariis fecerit et procuraverit . . . . sequestrari et sub firmo sequestro poni, prefatus tamen Remarus et eius procurator Paulus Santbek detentores huiusmodi sequestrum violaverunt et violant ultra medietatem fructuum . . . . levantes et in suos damnabiles usus convertentes

[2]) II og III tilf.: que sine cura est

2951. **23. Juni 1485.**

Bo Nielsen faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Ribe.

Alias perpetua vicaria ad altare bb. apostolorum Petri et Pauli in ecclesia Ripensi per obitum Petri Suenonis vacante, Boecius Nicolai ab ordinario obtinuit illam sibi conferri et de illa etiam provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere ipsamque vicariam adhuc per obitum ipsius Petri Suenonis vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 9. kal. julii anno 1.

Suppl. 842 fol. 121 v.

2952. **23. Juni 1485.**

Klerken Mikkel Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Johannis Emeken vacantibus, Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis illos vigore gratie expectative sibi per Sixtum [papam IV] concesse acceptavit debitoque tempore et[iam] de illis sibi provideri obtinuit. Cum autem dubitet acceptationem et provisionem predictas viribus non subsistere ipsosque canonicatum et prebendam adhuc per obitum ipsius Johannis Emeken vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 2 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 9. kal. julii anno 1.

Suppl. 842 fol. 276.

2953. **25. Juni 1485.**

Paven giver Dronning Dorotheas Kansler Birger Gunnersen, der er Sognepræst ved Vor Frue Kirke i Kallundborg og Vor Frue Kirke i Vestenskov paa Laaland, og som tidligere af Sixtus IV har faaet Lov til at forene to ellers uforenelige Embeder, Tilladelse til at modtage et tredje Embede samt to forenelige Embeder i samme Kirke og til at modtage Embedernes Indtægter uden at behøve at residere ved dem samt bortforpagte Indtægterne til hvem, han vil, ogsaa til Lægmænd.

Birgerio Gunnari rectori parrochialis ecclesie b. Marie virginis opidi Kalundeborch Roskildensis diocesis. Vite ac morum honestas *(Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 485—86).* Datum Rome 7. kal. julii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 684 fol. 262; ogsaa Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 842 fol. 58 v.

2954. **26. Juni 1485.**

Kong Hans og Hertug Frederik faar Stadfæstelse paa de pavelige Privilegier for deres Riger og Lande.

A predecessoribus s. v., presertim Sixto papa IV, Cristierno [Dacie] etc. regi ac duci Slesvicensi et Dorothee regine ipsius Christierni regis uxori ac nonnullis aliis ipsius Christierni predecessoribus regibus et ducibus regnorum, ducatuum et dominiorum predictorum ipsisque et eorum regnis, ducatibus, comitatibus, terris, castris, ecclesiis, monasteriis et capellis ac locis omnibus ipsius regis et ducis etc. dominio seu jurisdictioni subjectis nonnulla privilegia et indulta concessa fuerunt, desiderantque Johannes Dacie, Norvegie etc. rex et Fridericus duces Slesvicenses et Holzatie, Stormarie et Ditmarcie duces, in Oldenborch et Delmenhorst comites, ipsius Cristierni filii, privilegia et indulta pro illorum omnium subsistentia firmiori auctoritate etiam s. v. communiri. Supplicant igitur Johannes rex et Fridericus duces prefati, quatenus privilegia huiusmodi rata et grata necnon omnia illa, ac si illorum omnium tenores de verbo ad verbum inserti forent, sufficienter pro expressis habentes confirmare . . . . . dignemini. Fiat. J. Datum Rome 6. kal. julii anno 1.

Suppl. 842 fol. 58 v.

2955. **26. Juni 1485.**

Paven stadfæster efter Ansøgning af Kong Hans og Hertug Frederik af Slesvig de Privilegier, som Sixtus IV og andre tidligere Paver havde tilstaaet Kong Christiern og hans Forgængere samt Dronning Dorothea for dem selv, Kongeriget Danmark, Hertugdømmerne, Kirker, Klostre og Kapeller.

Ad perpetuam rei memoriam. In supremo apostolice dignitatis culmine *(Dipl. Norv. XVII, 612—14).* Datum Rome 6. kal. julii anno 1.

Gratis de mandato pape.

Duplicata sub eadem data et scripta per eundem scriptorem.

Reg. Vat. 684 fol. 237. — Orig.: *A* (med Bulle i Silkesnor og Paategning Gratis pro rege) i Danske gejstlige Sager 20. *B* (som A) i Gemeinschaftl. Archiv I, 8. L. Dipl. Uddrag i Ældste Archivreg. IV, 399.

2956. **11. Juli 1485.**

Paven meddeler Kong Hans, at han har modtaget hans Gesandt Enwald Søvenbroder, Provst i Slesvig, som har udført sit Hverv, særlig angaaende Reservationen af Roskilde Bispedømme, paa en forstandig Maade. Paven vil, som Enwald nærmere skal udvikle mundtlig, opfylde Kongens Ønsker og sender ham forskellige Meddelelser gennem denne.

Johanni Dacie regi. Audivimus Enwaldum de Seuenbroder *(Dipl. Norv. VI, 633—34; Reg. *7801).* Datum [Rome die 11. julii anno 1].

Arm. 39 vol. 18 fol. 219.

2957. **[11. Juli 1485.]**

Paven meddeler Dronning Dorothea, at han ikke, som hun gennem Enwald Søvenbroder har udtalt Ønske om, kan indblande sig i hendes rent verdslige Sag mod Markgreve Albrecht af Brandenburg, men henviser hende til Kejserens Domstol.

Dorothee Dacie regine. Instantissime requisivit nos *(Dipl. Norv. VI, 634; Reg. *7800).* Datum ut supra.

Arm. 39 vol. 18 fol. 219 v.

2958. **[11. Juli 1485.]**

Paven opfordrer efter Dronning Dorotheas Ansøgning Hertug Bugislav af Stettin og hans Raad til at udbetale hende hendes afdøde Søster, Hertuginde Elisabeths Medgift, som hun er eneste Arving til.

Buguslao duci Stettinensi eiusque prelatis et consiliariis. Fuit nobis supplicatum pro parte Dorothee *(Dipl. Norv. VI, 635; Reg. *7802).* Datum ut supra.

Arm. 39 vol. 18 fol. 219 v.

2959. **14. Juli 1485.**

Klerken Søren Jensen fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Cum Nicolaus Johannis canonicus prebendatus ecclesie Arusiensis dictos canonicatum et prebendam cum suis annexis et incorporatis ac omni juri sibi in illis competenti in manibus s. v. resignare proponat, prout de presenti resignat, supplicat igitur Severinus Johannis clericus Ripensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda cum suis annexis et incorporatis huiusmodi [fructus 3 mr.] dignemini providere. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome pridie id. julii anno 1.

Suppl. 842 fol. 267.

Arusiensis. Severinus Joannis. Canonicatus per resignationem.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 1 lib. 3 (tabt) fol. 57.

2960. **16. Juli 1485.**

Ribekanniken Claus Jensen faar ny Provision paa Provstiet i Harsyssel med Ny Sogn og Gammel Sogn i Holmsland, som han havde haft i 14 Aar og hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen Hostorp.

Postquam Nicolao Johannis canonico ecclesie Ripensis de prepositura rurali Hartsusel, cui nova et antiqua in Hallem parrochiales ecclesie dicte diocesis Ripensis canonice sunt annexe, tunc per liberam resignationem quondam Dionisii Hesten in manibus bone memorie Petri episcopi Ripensis sponte factam et per eundem episcopum ordinaria auctoritate admissam vacante, ordinaria etiam auctoritate per eundem episcopum provisum extitit, et postquam ipse orator preposituram huiusmodi cum dictis suis annexis in vim dicte provisionis ordinarie sibi facte per quadortecim (!) annos et ultra pacifice possedit, quidam Johannes Petri de Hostorp notarius palatii, pretendens sibi in dicta prepositura in vim cuiusdam sue pretense impetrationis de dicta prepositura post dictos quatuordecim annos facte jus competere, causam contra eundem oratorem de huiusmodi prepositura A[ntonio] de Grassis electo Tiburtino, unius ex vestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus locum tenenti, committi fecit, et non obstante, quod ipse Johannes Petri, lite sic coram dicto Antonio de Grassis inter dictas partes introducta et indecisa pendente, omni juri sibi in dicta prepositura competenti coram notario publico et testibus in Romana curia resignaverat, post mortem procuratoris ipsius oratoris ac in ipsius oratoris a Romana curia absentia dictam causam non sine dolo et fraude per audientiam contradictarum persecutus extitit ac unam pro se et contra predictum oratorem cum fructuum et expensarum condempnatione adjudicatoriam diffinitivam reportavit sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem dicitur transivisse judicatam, processibus executorialibus desuper subsecutis, quorum vigore cum ipse orator sub penis et censuris in illis contentis ad parendum illis in partibus per edictum publicum monitus et requisitus et ad docendum se dictis processibus paruisse coram dicto Antonio de Grassis citatus esset, e. s. v. per suam specialem commissionem ad instantiam ipsius oratoris Gundissalvo de Villadego dicti sacri palatii causarum auditori mandavit, ut suspenso judicato eundem oratorem ad defensionem et prosecutionem sui juris non obstante dicta sententia admitteret et ad ipsius cause convictionem et decisionem procederet et alia faceret, prout in dicta commissione . . . plenius continetur. Verum, quia eventus litis dubii sunt asseraturque (!) ab aliquibus neutri predictorum collitigantium in dicta prepositura et illius annexis parrochialibus jus competere, idcirco supplicat prefatus orator, quatenus . . . . dignemini prefato Gundissalvo auditori

mandare, ut, si per eventum litis et cause huiusmodi sibi constiterit neutri predictorum collitigantium in dicta prepositura et annexis huiusmodi jus competere, prepositurам huiusmodi, cui cura imminet animarum [cuius ac illi annexorum fructus 4 mr.] prefato oratori auctoritate apostolica conferat provideatque sibi de eadem. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 17. kal. aug. anno 1.

Suppl. 843 fol. 6.

2961. **18. Juli 1485.**

Ludovicus de St. Geminiano og Johannes Petrus Blasii de Camerino giver Kaution for, at den pavelige Nuntius i Sverige Bartholomeus de Camerino vil vende tilbage inden $1^1/_2$ Aar.

Incipiunt note contractuum stipulatorum per notarios camere apostolice infrascriptos de rebus et negotiis tangentibus dictam cameram de tempore Innocentii pape VIII et primo videlicet obligatio Ludouici de Sancto Geminiano et Johannis Petri etc. pro nomine Bartholomei de Camerino.

Die 18. mensis julii 1485 pontificatus . . . anno 1 in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia personaliter constitutus(!) spectabilis(!) vir(!) Ludovicus de Sancto Geminiano litterarum apostolicarum abbreviator et Johannes Petrus Blasii de Camerino frater Bartholomei etiam de Camerino, nuntii apostolici in regno Svecie, in manibus Urbani episcopi Forojuliensis in apostolica camera presidentis et in infrascriptis obligationibus nomine ipsius camere assistentis, stipulantis et recipientis sponte et in solidum se obligarunt eidem apostolice camere sub hiis verbis, videlicet:

Ego Ludovicus de Sancto Geminiano litterarum apostolicarum abbreviator promitto sub pena 3000 duc., quod Bartholomeus de Camerino, nuntius apostolicus in regno Svecie, se representabit camere apostolice infra decem et octo menses proxime futuros, dummodo impeditus legitime non fuerit, et dummodo supervivat, et hoc sub predicta pena 3000 duc., pro qua pena me obligo in meliori forma camere apostolice, sanctissimo domino nostro et dicte camere, ad que verba formalia inibi stipulata prefatus Johannes Petrus etiam similiter se obligavit, obligando se ipsos et eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. in forma camere etc. Juraverunt etc. Et ultra prefatus Johannes Petrus promisit relevare indemnem de premissis prefatum Ludovicum sub simili forma camere, se

et bona predicta obligando etc. Juravit etc. Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico in camera proprie habitationis prefati Urbani episcopi Forojuliensis. . . .

Dokumentet er overstreget, og i Margen er tilføjet:

Die lune 30. oct. 1486 prefatus Ludovicus de Sancto Geminiano presentavit in camera apostolica coram dominis eiusdem juxta presentem obligationem prefatum Bartholomeum de Camerino et petiit cassari presentem obligationem, ex quo presentavit ut supra et adimplevit promissa juxta eandem obligationem per eum, ut premittitur, factam, et domini de camera admiserunt etc. . . . .

Oblig. 79 A fol. 43.

2962. **23. Juli 1485.**

Claus Jensen faar ny Provision paa Provstiet i Harsyssel, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen (Hostorp), som nu giver Afkald paa sin Ret.

Dudum, lite et causa coram Antonio de Grassis, tunc vestri sacri palatii apostolici causarum [auditore], nunc vero episcopo Tiburtino unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locum tenente, inter Nicolaum Joannis prepositum in Hartsussel Ripensis diocesis reum et possessorem et quendam Joannem Petri assertum clericum adversarium actorem de dicta prepositura rebusque aliis in actis cause latius expressis . . . in prima instantia suborta, idem Antonius taliter qualiter procedendo diffinitivam adjudicatoriam cum fructuum et expensarum condempnatione pro dicto Joanne adversario et contra oratorem tulit et promulgavit sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem pretenditur transivisse judicatam, litteris executorialibus desuper decretis, quarum vigore postquam orator personaliter ad parendum eisdem requisitus fuerat, s. v. per certam constitutionem expressam ę. s. v. eundem oratorem contra dictam sententiam et rem judicatam restitui mandavit, prout in constitutione restitutionis desuper signata . . . plenius continetur, qua quidem constitutione restitutionis Gundissalvo de Villadiego vestri sacri palatii apostolici causarum auditori presentata et illius vigore ad nonnullos actus citra tamen cause conclusionem processo, partes hincinde ulterioribus volentes parcere laboribus et expensis mutuo concordarunt, ita quod prefatus Joannes adversarius liti et cause ac juri, si quod sibi competeret, renuntiare est paratus, prout renuntiat de presenti. Supplicat igitur pre-

fatus Nicolaus Joannis, quatenus . . . . . causam huiusmodi [ad vos] advocantes et litem penitus extinguentes cessionemque huiusmodi admittentes prefato oratori de dicta prepositura, que personatus in ecclesia Ripensi existit, et cui cura imminet animarum [fructus 4 mr.], de novo, quatenus opus sit, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jul. Ostiensis. Datum Rome 10. kal. aug. anno 1.

Suppl. 842 fol. 247 og 247 v.

2963. **29. Juli 1485.**

Samme Aar [ↄ: 1485] 4. kal. aug. gaf forskrefne Pafve Innocentius hannem [ↄ: Kong Hans] en almindelig Stadfestelse paa alle de Friheder, atskillige Pafver hafve gifvet Danmarkis Rige til Ære oc Bistand, serdelis paa de Friheder, hans Herre Fader, Kong Christiern, hafde forhverfvet, hand vaar til Rom, som de udi deris Tenor oc Punkter ere indholdendis.

Uddrag hos Hvitfeld Kvart. VI, 66. Reg. *7804. Maaske det samme som Nr. 2955.

2964. **30. Juli 1485.**

Markvard Pojske faar ny Provision paa Provstiet i Viborg.

Reformatio Marquardi Poyske.

In supplicatione, cuius copia preinseritur, expressum fuit per ignorantiam s. v. pro parte oratoris preposituram, de qua in ea mentio erat, valorem annuum 6 mr. non excedere. Cum tamen, ut ab aliquibus asseritur, dicta prepositura valorem annuum 15 mr. excedere seu ascendere noscatur, ne igitur dictus Marquardus, de nobili genere ex utroque parente procreatus, concessionis gratia sibi de dicta prepositura sic, ut prefertur, facta frustrari videatur, dignetur s. v. litteras super preinserta supplicatione conficiendas in forma simplicis vel nove, si neutri, si nulli, surrogationis, perinde valere seu cuiuscunque alterius oportune provisionis, prout id oratori utilius videbitur, et cum expressione verioris valoris, videlicet 15 mr., expediri mandare in omnibus et perinde, ac si valor debitus huiusmodi expressus fuisset, constitutionibus . . apostolicis ac dicte ecclesie Vibergensis statutis . . . . non obstantibus, merita cause et causarum huiusmodi ac omnium in ea actitatorum tenores, etiamsi in secunda instantia foret, habentes pro sufficienter expressis, aut quod exprimi possint in confectione litterarum. Fiat. J. . . . Et cum expressione valoris 15 mr. etiam ascendendo vel descen-

dendo usque ad medietatem dictorum fructuum veriorum aut alias, prout eidem oratori utilius videbitur. Fiat. J. Datum Rome 3. kal. aug. anno 1.

Suppl. 843 fol. 217.

2965. **5. Aug. 1485.**

Paven anbefaler til Kong Hans sin Nuntius og Kammerherre Benedictus de Mansella, Ærkedegn i Aquino, som er udsendt for at undersøge Bartholomeus de Camerinos og alle andre Kollektorers Regnskaber samt inddrive de Penge, som disse skylder det pavelige Kammer.

Regi Dacie. Mittimus ad partes istas *(Dipl. Norv. VI, 635; Reg. *7805).* [Datum Rome die 5. aug. anno 1.]

Arm. 39 vol. 18 fol. 246 v.

2966. **20. Aug. 1485.**

Paven befaler Biskoppen i Glandeves og Provsten og Ærkedegnen i Roskilde at give Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Episcopo Glandatensi et preposito et archidiacono ecclesie Roskildensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Marquardi Poyszke clerici Roskildensis diocesis petitio continebat, quod alias, canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, in qua nonnulle maiores et alie prebende fore noscuntur, quos Johannes Nicolai obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacantibus, prefatus Marquardus canonicatum et prebendam predictos vigore quarundam litterarum gratie expectative Sixti pape IIII, per quas idem predecessor dudum sibi motu proprio de uno predicte et alio Lundensis ecclesiarum canonicatibus cum reservatione totidem inibi prebendarum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii alterius earundem ecclesiarum . . . . . vacantium vel vacaturarum mandaverat provideri, infra tempus legitimum acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit. Cum autem dubitet acceptationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et canonicatus et prebenda acceptati huiusmodi adhuc ut prefertur vacare noscantur, nos prefato Marquardo, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam acceptatos predictos [quorum et illis annexorum fructus 4 mr.] eidem Marquardo auctoritate nostra conferre curetis, ... non obstantibus dicte ecclesie . . . statutis,

illis presertim, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod antiquiores eiusdem ecclesie Roskildensis canonici gradatim et successive pinguiores, si voluerint, possint optare prebendas, quibus, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus. Datum Rome 13. kal. sept. anno 1.

XXIIII.

Reg. Vat. 708 fol. 118; ogsaa Supplik motu proprio (Fiat. J.) i Suppl. 843 fol. 250 v og 844 fol. 122 v.

2967. 20. Aug. 1485.

Lübeckerkanniken Johan Breyde faar indsat udenlandske Dommere til at paadømme en Sag, han fører mod Lægmanden Arvid Trolle fra Upsala Stift.

Exponitur pro parte Johannis Breyde canonici Lubicensis, quod, licet Erwicus Turlle [ɔ: Arvidus Trolle] laicus Vpsalensis diocesis quedam hereditaria bona ad dictum Johannem legitime pertinentia detineat indebite occupata ac quasdam pecuniarum summas et res alias sibi solvere et assignare legitime teneatur, tamen prefatus Ewericus eidem Johanni pecuniarum summas solvere ac bona et res alias huiusmodi assignare indebite contradicit. Quare pro parte ipsius Johannis, [cum][1]) pro eo, quod prefatus Ewericus illustrissimi regis Svecie consiliarius et potens existit, ac propter alios inordinatos favores, quibus idem Eweritus in regno Svecie ac civitate et dicta diocesi Apsulensi (!) gaudet, in regno ac civitate et diocesi predictis justitie complementum super hiis adversus eundem Erwicum consequi minime speret, supplicat[ur], quatenus causas, quas dictus Johannes super bonis hereditariis, pecuniarum summis et rebus aliis contra predictum Erwicum movere intendit, aliquibus probis viris in litteris super presentibus conficiendis nominandis extra dictum regnum Svecie ac civitatem et diocesim predictas etc. ultra duas dietas cum potestate citandi etiam per edictum, quatenus opus sit, dummodo ad ipsum Erwicum tutus non pateat accessus, que perinde arte[n]t etc., audiendi et fine debito terminandi committere dignemini, non obstantibus . . . . privilegiis, illis maxime, quibus caveri dicitur, quod nullus extra dictum regnum ad causam et judicium evocari[2]) possit, nisi primitus coram archiepiscopo Vpsalensi in dicto regno ad causam et judicium vocatus fuerit, quibus . . . .

---

[1]) add. Gz. [2]) Cod. evocari non

derogare placeat hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore duraturis . . . Fiat. J. Datum Rome 13. kal. sept. anno 1.

Suppl. 843 fol. 146.

2968. **8. Sept. 1485.**

Kardinalerne Julianus (de Rovere), Gabriel (Rangone) og Raphael (Riario) giver 100 Dages Aflad til alle dem, der besøger Hellig Kors Kapel paa Vor Frue Kirkegaard i Aarhus paa Dagene Inventio crucis (3. Maj), Exaltatio crucis (14. Sept.), Spinea corona domini, Lancea domini og Kapellets Indvielsesdag. Brevet gælder for al Fremtid.

Julianus Ostiensis episcopus et Gabriel tituli ss. Sergii et Bachi presbiter[1]) ac Raphael s. Georgii ad Velum aureum diaconus, sacrosancte Romane ecclesie cardinales etc. Cupientes, ut capella in honorem s. Crucis dedicata *(Pontoppidan, Annales eccles. Dan. II, 683; Reg. 4809)*[2]). Datum Rome in domibus nostrarum solitarum residentiarum sub anno 1485 die vero 8. mensis sept. pontificatus anno 1.

[Orig. i Vor Frue Kirkes Arkiv i Aarhus, derefter i] Bartholin F, VI, 189.

2969. **23. Okt. 1485.**

Klerken Niels Friis fra Børglum Stift faar ny Provision paa Provstiet i Vendsyssel med Annekskirkerne i Skallerup og Vennebjærg (?).

Vacante prepositura rurali Vendlie cum ecclesiis sibi annexis, videlicet s. Nicolai Glekop necnon s. Marie in Vmbec Burglanensis diocesis, per obitum Auonis Petri, Nicolaus Friisz clericus dicte diocesis illam auctoritate ordinaria sibi conferri et de illa provideri, prout in litteris desuper confectis [plenius continetur], obtinuit possessione subsecuta. Et quia a nonnullis hesitatur collationem et provisionem ordinarias huiusmodi ac possessionis assecutionem viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta prepositura rurali cum annexis prefatis [fructus 3 mr.] providere dignemini. Fiat. J. . . . Et in forma simplicis aut nove provisionis . . . . Datum Rome 10. kal. nov. anno 2.

Suppl. 845 fol. 213.

Burglanensis. Nicolaus Frijs. Nova provisio prepositure.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII a. 2 lib. 9 (tabt) fol. 129.

2970. **4. Nov. 1485.**

Kardinal Johannes (Balue) af Anjou bevidner, at Paven efter hans Indstilling har udnævnt Roskildekanniken Niels Skave til Biskop i Roskilde.

[1]) Kardinalen af Sergius og Bacchus var i Virkeligheden ikke Presbyter, men Diakon. [2]) Her dog med urigtig Dato, 13. Sept.

Reverendissime in Christo pater et domine mi . . . . Hodie sanctissimus in Christo pater et dominus noster Innocentius . . papa VIII in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem meam ecclesie Roskildensi per obitum Olaui . . . . pastoris solatio destitute de persona Nicolai Schawe dicte ecclesie canonici, in etate legitima et quatuor minoribus ordinibus dumtaxat constituti, per capitulum dicte ecclesie in eorum et dicte ecclesie [episcopum] concorditer postulati, de . . . . cardinalium[1]) consilio providit . . . . In quorum fidem presentem cedulam fieri et manu mea propria subscriptam soliti mei parvi sigilli impressione communiri feci. Datum Rome in domibus mee solite residentie die veneris 4. mensis nov. anno 1485.

Servitor Johannes cardinalis Andegauensis manu propria etc.

Bibl. Vat. 3478 fol. 258 v.

2971. **4. Nov. 1485.**

Paven udnævner Niels Skave til Biskop i Roskilde, hvortil Kapitlet enstemmig havde valgt ham.

Nicolao Sckawe electo Roskildensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem, Olauo episcopo Roskildensi regimini ecclesie Roskildensis presidente, nos . . . . provisionem ipsius ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam . . . . Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Olaui pastoris regimine destituta, nos . . . . . ad te canonicum dicte ecclesie, in minoribus ordinibus dumtaxat constitutum, quem capitulum dicte ecclesie reservationis predicte forsan ignari in eorum et dicte ecclesie episcopum, quamvis de facto, concorditer postularunt, ... direximus oculos nostre mentis et unanimi capituli predictorum postulatione debita meditatione pensata de persona tua eidem ecclesie providemus. Datum Rome pridie non. nov. anno 2.

Simili modo Capitulo Roskildensi.
Clero civitatis et diocesis Roskildensis.
Populo — - — —
Universis vassallis ecclesie Roskildensis.
Johanni regi Dacie.
Archiepiscopo Lundensi.

B. XX. X. X. X. X. X. X. Polycarpus.
Reg. Lat. 847 fol. 74.

---

[1]) I Margen XXXXII.

2972. **4. Nov. 1485.**

Paven giver den ny udnævnte Biskop Niels Skave i Roskilde Absolution for de Kirkestraffe, han forud maatte være ifaldet.

Nicolao Sckawe canonico Roskildensi. Romani pontificis copiosa benignitas [etc.]. Cum itaque nos hodie intendamus ecclesie Roskildensi per obitum Olaui vacanti de persona tua providere, nos, ne provisio predicta possit pretextu quarumvis censurarum ecclesiasticarum, quibus forsan ligatus existeres, quomodolibet impugnari, te ab omnibus excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione latis, quibus forsan quomodolibet ligatus existis, quoad hoc dumtaxat, ut provisio predicta ac singule desuper . . conficiende littere sortiantur effectum, tenore presentium absolvimus. Datum Rome pridie non. nov. anno 2.

B. XX. Polycarpus.
Reg. Lat. 850 fol. 181.

2973. **4. Nov. 1485.**

Klerken Jens Brun fra Viborg Stift faar Provstiet i Viborg og Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Cum prepositura, que inibi dignitas post pontificalem maior curata et electiva existit, Vibergensis ac canonicatus et prebenda Roskildensis ecclesiarum, quas [ɔ: quos] Nicolaus Skaffwe electus seu postulatus tempore promotionis de persona sua ad ecclesiam Roskildensem tunc vacantem per s. v. facte obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi ac munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, supplicant nobilis vir Johannes Dacie et Norvegie rex etc. in personam Johannis Brini [ɔ: Brun] clerici Vibergensis diocesis, capellani sui et familiaris continui commensalis, quatenus sibi de prepositura, que de jure patronatus dicti regis existit [fructus 4 mr.], ac canonicatu et prebenda predictis [fructus etiam 4 mr.] providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome pridie non. nov. anno 2.

Suppl. 845 fol. 279 v.

2974. **4. Nov. 1485.**

Paven befaler Dekanen i København at overdrage Kanonikat og Præbende i Roskilde til Klerken Jens Brun fra Viborg Stift.

Decano ecclesie b. Marie virginis Halsnensis (!) Roskildensis diocesis. Dignum arbitramur [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Nicolaus Skaffue electus

Roskildensis tempore promotionis per nos facte de persona eius ad ecclesiam Roskildensem tunc pastore carentem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, nos, volentes Johannem Brun clericum Vibergensis diocesis . . . . consideratione Johannis Dacie et Norvegie regis, pro eodem Johanne capellano ac familiari continuo commensali suo super hoc supplicantis, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem dictum Johannem Brun ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] conferendos eidem Johanni Brun donationi tue auctoritate nostra reserves. Datum Rome pridie non. nov. anno 2.

XX.
Reg. Vat. 710 fol. 123.

2975. **5. Nov. 1485.**

Paven giver Biskop Niels Skave i Roskilde Lov til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Nicolao electo Roskildensi. Cum nos pridem [*etc. som Nr. 653*]. Datum Rome non. nov. anno 2.

B. XXVIII. Polycarpus.
Reg. Lat. 847 fol. 75 v.

2976. **7. Nov. 1485.**

Paven befaler Biskopperne i Nocera og Tivoli og Provsten i Roskilde at overdrage Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift Provstiet i Viborg, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Niels Skave.

Nucerino et Tiburtino episcopis ac preposito ecclesie Roskildensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Marquardi Poyske clerici Roskildensis diocesis petitio continebat, quod, orta dudum inter eum et Nicolaum[1]) electum Roskildensem, tunc in minoribus constitutum, super prepositura ecclesie Vibergensis, de qua tunc per promotionem Hartwici[2]) episcopi, tunc electi, Ripensis per Sixtum papam IIII et munus consecrationis eidem Hartwico impendendum vacatura, Marquardus auctoritate apostolica sibi provideri mandatum fuisse dictumque Nicolaum mandato huiusmodi contra justitiam se opponere et impedire . . . ., quominus mandatum huiusmodi suum debitum consequeretur effectum,

---

[1]) II: Nicolaum Sckaue [2]) II: Hartwicus Juul nunc episcopus Ripensis, tunc vero in minoribus constitutus

Nicolaus vero prefati preposituram ipsam ad se de jure spectare asserebant, prout asserunt, materia questionis, prefatus predecessor causam huiusmodi, non obstante quod ad Romanam curiam legitime devoluta ac apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, Johanni Francisco de Paninis, tunc capellano suo et causarum palatii apostolici auditori, ad instantiam ipsius Marquardi primo, et demum, cum dictus Johannes Franciscus ab hac luce decessisset, magistro Matheo de Ubaldis[1]), nostro, tunc suo, capellano et causarum eiusdem palatii auditori, audiendam commisit et fine debito terminandam, qui in illa perperam procedens diffinitivam pro eodem Nicolao et contra dictum Marquardum sententiam promulgavit iniquam, a qua pro parte dicti Marquardi fuit ad sedem apostolicam appellatum, nosque . . . . causam appellationis huiusmodi Gundisalvo electo Ovetensi[2]), tunc capellano nostro et causarum dicti palatii auditori[3]), primo, et demum ex certis causis magistro Petro de Ferrera, similiter capellano nostro et eiusdem palatii causarum auditori, audiendam commisimus et fine debito terminandam, ipseque Petrus auditor in causa sibi commissa huiusmodi ad nonnullos actus citra tamen conclusionem dicitur processisse[3]). Cum autem, lite huiusmodi sic coram eodem Petro auditore indecisa pendente, nos de persona ipsius Nicolai ecclesie Roskildensi tunc vacanti per alias nostras litteras . . . . duxerimus providendum . . ., et propterea omne jus, si quod sibi in dicta prepositura tempore provisionis huiusmodi quomodolibet competere poterat, per provisionem eandem ac munus consecrationis eidem Nicolao impendendum vacare speretur, nos prefato Marquardo, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit . ., specialem gratiam facere volentes, ipsamque causam in eventum impensionis muneris predicti eidem Nicolao seu lapsus temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti et non alias ad nos harum serie advocantes et litem huiusmodi penitus extinguentes, discretioni vestre mandamus, quatenus jus predictum, cum illud, ut premittitur vel

[1]) II: Waldis [2]) II: nunc episcopo Ovetensi

[3]) II: auditori commissa et per eum in illa ac inter partes eorumque procuratores predictos equali processu incohato et coram eodem seu per illius cause et causarum huiusmodi ad cancellariam apostolicam factam remissionem aut alias coram illius surrogato seu surrogando auditore eventumque etiam conclusionis forsan factum in secunda instantia successive adhuc pendente, dictus Nicolaus ad ecclesiam Roskildensem . . .

alias quovis modo preterquam per ipsius Nicolai obitum, vacare contigerit, necnon preposituram predictam, que in dicta ecclesia Vibergensi dignitas post pontificalem maior et, ut a nonnullis asseritur, de jure patronatus Johannis Dacie regis ex privilegio apostolico seu alias existit, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 8[1]) mr.], cum . . . annexis et connexis suis prefato Marquardo eadem auctoritate conferre curetis. Datum Rome 7. id. nov. anno 2.

XXX.

Reg. Vat. 714 fol. 74 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 846 fol. 101.

2977. **8. Nov. 1485.**

Paven befaler Biskoppen i Alessandria, Provsten i Lund og Ærkedegnen i Slesvig at overdrage Jens Pedersen Hostorp Kanonikat og Præbende i Haderslev og Sognekirkerne i Vilstrup (?) og Tellingstedt i Slesvig og Bremen Stifter.

Episcopo Alexandrino et preposito Lundensis et archidiacono Slesvicensis ecclesiarum. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie b. Marie Haderslevensis Slesvicensis diocesis, quos Georgius senior ipsius ecclesie canonicus et in Eustropp ac Tellingenstede predicte et Bremensis diocesium parrochiales ecclesie, quas dictus Georgius et Martinus Brogder dictarum ecclesiarum rectores respective obtinebant, per obitum Georgii et Martini predictorum vacent, nos, Johanni Petri de Hostorpp clerico Slesvicensis diocesis, magistro in artibus, qui unus ex notariis causarum palatii apostolici existit, cum quo dudum ad dictas parrochiales ecclesias insimul obtinendas auctoritate apostolica sufficienter dispensatum fuit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam ac in Eustropp ac in Tellingenstede ecclesias predictas [omnium insimul fructus 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 6. id. nov. anno 2.

XII.

Reg. Vat. 709 fol. 223 v.

2978. **8. Nov. 1485.**

Jens Pedersen Hostorp faar et evigt Vikariat i Lübeck.

Motu proprio, Johanni Petri clerico Slesvicensis diocesis sacri palatii apostolici causarum notario specialem gratiam facere volentes de perpetua sine cura vicaria in ecclesia Lubicensi

---

[1]) II: 6 mr.

per obitum Nicolai Hoyk vacante [fructus 4 mr.], eandem vicariam eidem Johanni conferimus et de illa etiam providemus. Fiat. J. Datum Rome 6. id. nov. anno 2.

Suppl. 846 fol. 16 v.

2979. **8. Nov. 1485.**

Jens Pedersen Hostorp faar Sognekirken i Tellingstedt i Bremen Stift.

Motu proprio, Johanni Petri de Hostorpp [*etc. som forrige Brev til* volentes] de parrochiali ecclesia in Edhgistede Bremensis diocesis in districtu prepositure Hamburgensis, vacante per mortem Martini Krogher [fructus 4 mr.], eandem ecclesiam eidem Johanni conferimus et de illa etiam providemus. Fiat. J. Datum Rome 6. id. nov. anno 2.

Suppl. 846 fol. 32 v.

2980. **8. Nov. 1485.**

Jens Pedersen Hostorp faar Kanonikat og Præbende i Haderslev og Sognekirken i Vilstrup (?).

Motu proprio, Johanni Petri de Hostorpp [*etc. som Nr. 2978 til* volentes] de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate b. Marie Hadersleuensis cum parrochiali ecclesia in Enstropp Slesvicensis diocesis per obitum Gregorii senioris vacantibus [fructus 2 mr.], eosdem eidem Johanni Petri conferimus et de illis providemus. Fiat. J. Datum Rome 6. id. nov. anno 2.

Suppl. 846 fol. 98 v.

2981. **8. Nov. 1485.**

Mikkel Pedersen Hostorp faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Haderslev og Sognekirken i Vilstrup.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda ecclesie collegiate b. Marie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis cum parrochiali ecclesia in Wilstorpp eiusdem Slesvicensis diocesis per obitum Gregorii Sanede, eos[1]) sic, ut premittitur vacantes Michael Petri de Hostorpp presbiter dicte Slesvicensis diocesis vigore gratie expectative sibi per Sixtum [papam IV] concessit [ɔ: -cesse] acceptavit et sibi de eisdem provideri obtinuit possessione subsecuta. Cum autem prefatus Michael Petri dubitet acceptationem et provisionem huiusmodi sibi factas viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus . . . pro potiori cautela dictos canonicatum et prebendam cum parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.] de novo

[1]) Gz. — Cod. quos

conferre et de illis sibi providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 6. id. nov. anno 2.

Suppl. 846 fol. 91.

2982. **22. Nov. 1485.**

Præsten Christian Jan fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Dobberkau (?) i Havelberg Stift.

Supplicat Cristianus Jan pauper presbiter Roskildensis diocesis, in Romana curia presens et nullum beneficium obtinens, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Dobbergati Havelbergensis diocesis [fructus 2 mr.], que de jure patronatus laicorum existit, per obitum Nicolai Wickbolt vacante providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 10. kal. dec. anno 2.

Suppl. 846 fol. 164.

2983. **10. Dec. 1485.**

Brunectus de Maccabrino de Camerino forpligter sig til at begive sig til Ærkebiskoppen paa Øsel og inden 8 Maaneder komme tilbage med saa mange Penge som muligt fra Bartholomæus de Camerinos Indsamling.

Die 10. [mensis] dec. 1485 . . . . honorabilis vir Brunectus de Maccabrino de Camerino . . . . se et bona sua quecunque mobilia et immobilia presentia et futura sub pena 2000 duc., si contrafecerit, apostolice camere applicandorum sponte obligavit [et promisit][1]) se personaliter accedere ad inveniendum . . . . . archiepiscopum Osiliensem in regno Dacie et presentare . . . . bullas et brevia pape juxta commissionem sibi datam et reportare ab eodem archiepiscopo responsum de premissis bullis et brevibus . . . . . infra octo menses proxime et immediate sequentes et etiam portare ad papam omnem sibi possibilem pecuniarum quantitatem de pecuniis collectis per Bartholomeum de Camerino commissarium apostolicum in dicto regno Dacie per illum tutum modum, secundum quem melius et tutius sibi videbitur, obligando se super premissis in forma et sub penis camere etc. Juravit etc. Acta fuerunt hec Rome in camera proprie habitationis ipsius Falconis [ɔ: de Sinibaldis pape generalis thesaurarii].

Oblig. 79 A fol. 43 v.

2984. **11. Dec. 1485.**

Klerken Peder Griis fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Odense.

Supplicat Petrus Griis clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ottoniensis [fruc-

---

[1]) add. Gz.

tus 2 mr.], per obitum Nicolai Skenckel vacantibus, providere dignemini . . ., dicte ecclesie etiam juramento etc. roboratis statutis etc. etiam de optando, quibus caveri dicitur, quod nullus in ecclesia predicta prebendam assequi possit, nisi de minori ad mediam et de media prebenda ad maiorem prebendam huiusmodi gradatim et successive ac per optionem ascendat, quibus hac vice dumtaxat derogare placeat, non obstantibus. Fiat. J. Datum Rome 3. id. dec. anno 2.

Suppl. 847 fol. 32.

2985. **11. Dec. 1485.**

Klerken Peder Griis faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Petrus Griss clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis [fructus 4 mr.], per obitum Jacobi Martini vacantibus, providere dignemini, dicte ecclesie [*etc. som forrige Brev til* non obstantibus]. Fiat. J. Datum Rome 3. id. dec. anno 2.

Suppl. 847 fol. 122 v.

Roskildensis. Petrus Grijsser. Canonicatus per obitum.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 2 lib. 2 (tabt) fol. 288.

2986. **11. Dec. 1485.**

Klerken Johan Jepsen (Ravensberg) faar Kanonikat og Præbende i Roskilde og Sognekirken i Svogerslev.

Supplicat Johannes Jacobi in artibus magister, clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis [fructus 3 mr.], per obitum Nicolai Sekimckel, ac parrochiali ecclesia in Suarslef dicte diocesis [fructus 1 mr.], per obitum Henrici Johannis vacantibus, providere dignemini, dicte ecclesie Roskildensis [*etc. som Nr. 2984 til* non obstantibus]. Fiat. J. Et quod littere simul vel seorsim expediri possint. Datum Rome 3. id. dec. anno 2.

Suppl. 847 fol. 81 v.

2987. **13. Dec. 1485.**

Klerken Vincens Erhard fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Vincentius Erhard clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, per Johannis Burgerii obitum vacantibus, qui dictos canonicatum

et prebendam obtinens prefate ecclesie Roskildensis sacrista fuit [fructus 4 mr.], providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome id. dec. anno 2.

Suppl. 847 fol. 48.

2988. **19. Dec. 1485.**

Klerken Tymme Johannis fra Vesterås Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Alias certis canonicatu et prebenda in ecclesia Roskildensi per obitum Nicolai Schynckel vacantibus, fuit per s. v. sanctamque sedem apostolicam Johanni Jacobi, prout in supplicatione desuper signata latius continetur, provisum, quique (!), litteris apostolicis super huiusmodi provisione non confectis neque possessione dictorum canonicatus et prebende subsecuta, in Romana curia, sicut domino placuit, diem vite sue clausit extremum, sicque dicti canonicatus et prebenda adhuc vacare dinoscuntur. Supplicat igitur Tymme Johannis clericus Arosiensis diocesis, artium liberalium magister, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini, . . . dicte ecclesie . . . privilegiis de optando . . . non obstantibus. Fiat. J. Datum Rome 14. kal. jan. anno 2.

Suppl. 847 fol. 100.

2989. **21. Dec. 1485.**

Klerken Laurens Falster fra Odense Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Nicolai Schinckel vacantibus, s. v. de illis Johanni Jacobi nondum decem diebus elapsis providit, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur, quique (!) litteris super illis minime expeditis in dicta (!) curia extitit vita functus. Supplicat igitur Laurentius Falster, de nobili genere procreatus, clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 3 mr.] providere dignemini, dicte ecclesie statutis [*etc. som Nr. 2984 til* non obstantibus]. Fiat. J. Datum Rome 12. kal. jan. anno 2.

Suppl. 847 fol. 129.

2990. **22. Dec. 1485.**

Kong Hans's Sekretær, Provsten Jens Brun i Viborg faar Dispensation til med Provstiet at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Bibbii (!), prepositus Vibergensis ac secretarius illustrissimi principis regis Dacie, Svecie et Norvegie

etc., quatenus [secum, ut][1]) una cum prepositura dicte ecclesie Vibergensis, que inibi principalis dignitas sive maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.], quodcunque aliud beneficium curatum incompatibile . . . . ., si sibi canonice conferatur, recipere et simul cum dicta prepositura, quoad vixerit, retinere illaque et quevis alia, que ipse sic assecutus est, vel cum ipsum assequi contigerit, incompatibilia beneficia . . . totiens, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . duo beneficia invicem incompatibilia recipere et, quoad vixerit, insimul retinere libere valeat, dispensare dignemini. Fiat. J. Datum Rome 11. kal. jan. anno 2.

Suppl. 847 fol. 163 v.

2991. **23. Dec. 1485.**

Klerken Johannes Teyme fra Køln Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Nicolai Schinckel vacantibus, s. v. Johanni Jacobi tunc in humanis agenti [de eisdem] auctoritate apostolica concessit provideri, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur. Cum autem dictus Johannes Jacobi, litteris non confectis sive expeditis ac illorum canonicatus et prebende possessione per eum non habita sive subsecuta, in Romana curia vita extit[er]it functus, et propterea canonicatus et prebenda predicti adhuc, ut premittitur, vacare noscantur, supplicat igitur Johannes Teyme clericus Coloniensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Fiat. J. Et cum derogatione statutorum de optando. Datum Rome 10. kal. jan. anno 2.

Suppl. 847 fol. 133 v.

Roskildensis. Joannes Huffine. Canonicatus per obitum.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 1 lib. 16 (tabt) fol. 224.

2992. **24. (30.) Dec. 1485.**

Klerken Henneke Pedersen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe.

Supplicat Hennekinus[2]) Petri clericus Vibergensis diocesis, in artibus magister, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis [fructus 4 mr.], per obitum Lagonis Seuerini

[1]) add. Gz. [2]) H: Benekinus

vacantibus, provideri mandare dignemini. Fiat. J. [1])Et quod verius cognomen dicti Lagonis ultimi possessoris exprimi possit in litteris[1]). Datum Rome 9. kal. jan.[2]) anno 2.

Suppl. 847 fol. 56 v og (II) fol. 183 v.

2993. **30. Dec. 1485.**

Klerken Johannes Moller fra Itzehoe faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Bertoldi van der Olve vacantibus, quorum collatio . . . ad s. v. et sedem apostolicam juxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta existit, non obstante quod post devolutionem ipsorum canonicatus et prebende quidam Enwaldus Seuenbroder assertus clericus se in eisdem intrusit illosque triennium et ultra, citra [tamen][3]) decennium, occupavit, prout de presenti occupat, supplicat igitur Johannes Moller de Idzehoe clericus Bremensis diocesis, e. v. s. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 3. kal. jan. anno 2.

Suppl. 847 fol. 166 v.

2994. **6. Jan. 1486.**

Klerken Henneke Pedersen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i København.

Supplicat Benefrinus(!) Petrus(!) clericus Vibergensis diocesis, in artibus magister, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie virginis opidi Haffnensis Roskildensis diocesis [fructus 2 mr.], per obitum Olaui Hettelanch vacantibus, provideri mandare dignemini. Fiat. J. Datum Rome 8. id. jan. anno 2.

Suppl. 847 fol. 293 v.

2995. **7. Jan. 1486.**

Kong Hans's Kapellan, Klerken Johannes Richardi fra Køln Stift, faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Johannes Richardi clericus Coloniensis diocesis, regis Dacie capellanus et continuus commensalis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis, per obitum Johannis Bruni vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 7. id. jan. anno 2.

Suppl. 847 fol. 278.

---

[1]—[1]) Fattes i II. [2]) II: 3. kal. jan. [3]) add. Gz.

2996. **7. Jan. 1486.**

Paven udnævner sin Kammerherre, Provsten Magister Guntherus de Bunow til Nuntius og Kollektor i Norden og Tyskland og befaler ham at opkræve de Penge, som Marinus de Fregeno havde samlet til Korstoget mod Tyrkerne, dem, der var indsamlet til Hospitalet St. Spiritus in Saxia og af Nuntien Bartholomæus Marasca, samt paabyder ham at anvende alle mulige Midler for at faa Pengene udleverede.

Magistro Gunthero de Bunow, preposito ecclesie s. Sebastiani Magdeburgensis, decretorum doctori, notario et ad Dacie, Svecie et Norvegie regna et illis adjacentia loca universamque Germaniam nuntio et commissario nostro ac nonnullorum piorum suffragiorum collectori. Romanus pontifex *(Dipl. Norv. XVII, 614—17)*. Datum Rome 7. id. jan. anno 2.

Reg. Vat. 692 fol. 34 v.

2997. **10. Jan. 1486.**

Paven beder Kong Hans hjælpe hans Kammerherre, Notar og Nuntius Guntherus de Bunow, der er sendt til Danmark, Sverige og Norge, imod nogle falske Indsamlere, der bedrager Indbyggerne og afpresser dem Penge.

Regi Dacie. Dedimus Gunthero de Bunaw *(Dipl. Norv. VI, 636; Reg. *7823)*. Datum Rome die 10. jan. 1486 anno 2.

Arm. 39 vol. 19 fol. 123 v.

2998. **12. Jan. 1486.**

Paven overdrager Klerken Reymarus Hauen fra Schwerin Stift Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Remaro Hauen[1]) canonico Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus . . . Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Johannes Richardi obtinebat, per obitum ipsius Johannis, qui apud sedem predictam diem clausit extremum, apud sedem eandem vacaverint et vacent, nullusque de illis preter nos hac vice disponere possit . . . ., nos tibi, cui hodie de quadam perpetua vicaria in ecclesia b. Marie Hamburgensi Bremensis diocesis[2]) [fructus 4 mr.] et quibusvis (!) aliis beneficiis, per obitum ipsius Johannis vacantibus, quorum fructus in litteris apostolicis desuper conficiendis exprimi voluimus, concessimus provideri, specialem

[1]) II: Reymaro Hauen clerico Zwerinensis diocesis [2]) II tilf.: que de jure patronatus principis loci illius sive ducis Holtzatie esse asseritur

gratiam facere volentes, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] . . . . tibi conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome pridie id. jan. anno 2.

Simili modo Zwerinensis et b. Marie Stettinensis Caminensis diocesis ecclesiarum prepositis ac officiali Razeburgensi.

N. XII. X. 10. kal. maji anno 2. episcopus Yporiensis.

Reg. Lat. 848 fol. 257; ogsaa (II) Supplik (Motu proprio. Fiat de omnibus. J.) i Suppl. 847 fol. 292.

2999. **13. Jan. 1486.**

Klerken Jens Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Roskilde og et evigt Vikariat paa Femern.

Motu proprio Johanni Petri clerico Slesvicensis diocesis, regis Dacie, ducatusque Slesvicensis et Holzatie atque Stormarie ducis, continuo familiari ac sacri palatii apostolici causarum notario, de canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis ac perpetua sine cura capellania sive vicaria in Ymbria Ottoniensis diocesis [fructus respective 2 mr., simul 4 mr.], per obitum Johannis Richardi apud sedem apostolicam defuncti vacantibus . . ., etiam si de jure patronatus ipsius regis Dacie ratione regie majestatis aut ducalis dignitatis fuerint, [cui] hac vice pro dicto oratore, familiari continuo prefati regis, attento, quod dicti canoni catus et prebenda ac perpetua capellania apud sedem apostolicam vacaverint, dumtaxat derogamus[1]), ... providemus. Fiat. J. Et quod littere seorsim et divisim expediri possint. Et cum derogatione statutorum de optando novos canonicatum et prebendam. Datum Rome id. jan. anno 2.

Suppl. 848 fol. 4 v.

3000. **22. Jan. 1486.**

Jens Pedersen (Hostorp) faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Nicolaus Skaue postulatus et confirmatus Roskildensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad dictam ecclesiam Roskildensem obtinebat, prout obtinet, per promotionem ipsam et munus consecrationis eidem postulato et confirmato impendendum vacare sperentur, motu proprio canonicatum et prebendam [predictos][2]) [fructus 2 mr.] Johanni filio Petri de Hostdop (!),

[1]) Cod. derogamus et eidem oratori motu simili conferimus et de illis providemus. [2]) add. Gz.

clerico Slesvicensis diocesis, palatii apostolici causarum notario, conferendos donationi apostolice reservamus et nichilominus canonicatum et prebendam eidem Johanni Petri motu simili conferimus et de illis etiam providemus. Fiat. J. Et cum derogatione statutorum de optando. Datum Rome 11. kal. febr. anno 2.

Suppl. 848 fol. 231 v.

3001. **10. Febr. 1486.**

Paven giver Provsten Hans Urne i Viborg Dispensation til med Provstiet at forene Besiddelsen af et andet, ellers dermed uforeneligt Embede.

Johanni Urwu (!) preposito ecclesie Vibergensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos te, qui Johannis Dacie regis secretarius existis ac prepositurarn ecclesie Vibergensis, que inibi dignitas post pontificalem maior existit [fructus 4 mr.], inter alia obtines, favore prosequi gratioso [volentes], tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum, ut una cum dicta prepositura . . . . quodcunque aliud et sine illa duo alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si tibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque . . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, dispensamus. Datum Rome 4. id. febr. anno 2.

B. XXXX. Polycarpus.
Reg. Lat. 850 fol. 37.

3002. **25. Febr. 1486.**

Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift faar Provstiet i Lund samt Kanonikat og Præbende sammesteds, ledige ved Mikkel Jensens Død, og Tilladelse til at besidde dem sammen med Provstiet i Viborg, hvorom han i anden Instans fører Proces ved Kurien, samt til at ombytte begge Embeder med andre.

Supplicat Marquardus Poyske *(Dipl. dioc. Lund. V).* Fiat. J. Datum Rome 5. kal. martii anno 2.

Suppl. 849 fol. 272.

3003. **8. Marts 1486.**

Hemming Gad fra Linköping Stift, der er Skolar i Rom, faar Provstiet i Lund, ledigt ved Mikkels Død.

Supplicat Hemmingus Gadz *(Dipl. dioc. Lund. V).* Fiat. J. Datum Rome 8. id. martii anno 2.

Suppl. 850 fol. 67 v.

3004. **16. Marts 1486.**

Jens Pedersen (Hostorp) faar motu proprio Kanonikat, Præbende og Provsti i Lund, ledige ved Mikkel Jensens Død; Kongens Præsentationsret til Kapitlernes højeste Embeder suspenderes.

Motu proprio Johanni Petri de Hostorpp *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. J. Datum Rome 17. kal. aprilis anno 2.

Suppl. 849 fol. 291 v.

3005. **3. April 1486.**

Klerken Peder Nielsen fra Aarhus Stift, der studerer i Bologna, faar Ærkedegneembedet i Aarhus og Kanonikater og Præbender i Roskilde og Aarhus.

Supplicat Petrus Nicolai de Dacia clericus Arusiensis diocesis, in theologia bachalaureus ac in jure canonico in universitate Bononiensi studens, quatenus sibi de archidiaconatu ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit [fructus 4 mr.], ac canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie [fructus etiam 4 mr.] necnon canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis [fructus similiter 4 mr.], per obitum Magni Erici vacantibus, providere dignemini. Fiat. J. Et quod maior specificatio singulorum premissorum etiam maioris et minoris valoris archidiaconatus, canonicatuum et prebendarum usque ad 6 alias mr. pro quolibet in litteris fieri possit . . . . Et, quatenus opus sit, cum dispensatione obtinendi archidiaconatum ac canonicatum et prebendam ecclesie Arusiensis insimul ad vitam. Datum Rome 3. non. aprilis anno 2.

Suppl. 850 fol. 132 v.

3006. **7. April 1486.**

Paven overdrager Jens Pedersen (Hostorp) et evigt Vikariat i Lübeck til Trods for mindre nøjagtige Oplysninger i den tidligere Supplik.

Johanni Petri de Hostorpp clerico Slesvicensis diocesis. Vite et morum honestas [etc.]. Dudum siquidem per nos accepto, quod quedam perpetua vicaria in ecclesia Lubicensi, quam Johannes Gerckens[1]) obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacabat, tunc nos, in cuius manibus Albertus de Aslen[2]) clericus Ottoniensis diocesis, asserens se predictam vicariam vigore quarundam litterarum gratie expectative sibi per Sixtum papam IIII concessarum infra tempus legitimum acceptasse et de illa sibi provideri obtinuisse, omni juri sibi in dicta vicaria quomodolibet competenti, illius possessione per eum non habita,

---

[1]) II: Gemkens [2]) II: Asthen

per Arnoldum Clouer[1]) clericum Coloniensis diocesis, procuratorem substitutum a te ipsius Alberti procuratore, sponte cesserat, nosque cessionem ipsam duxeramus admittendam, prefatam vicariam tibi per alias nostras litteras conferri et de illa etiam provideri mandavimus . . . . Cum autem prefatus Arnoldus tempore date litterarum earundem a te nundum (!) substitutus fuerit, licet tempore prefati consensus dicte concessioni[s] et earundem litterarum expeditioni[s] talis extiterit, et propterea dubites litteras predictas de subreptionis vitio notari posse, nos, ne littere ipse de subreptionis vitio huiusmodi notari valeant, te, qui causarum palatii apostolici notarius seu scriba existis, gratioso favore prosequi volentes, ... volumus, quod littere ac cessio et illius admissio predicte necnon collatio et provisio tibi de dicta vicaria litterarum earundem vigore facte ac processus per ipsas litteras habiti et inde secuta quecunque a data presentium valeant plenamque roboris firmitatem obtineant perinde, ac si dictus Arnoldus tempore date litterarum predictarum a te substitutus fuisset. Datum Rome 7. id. aprilis anno 2.

N. X. 3. kal. maji anno 2. episcopus Yporiensis.
Reg. Lat. 851 fol. 128; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 850 fol. 283.

3007. 8. April 1486.

Jens Pedersen (Hostorp) faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Vacantibus dudum canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per liberam resignationem Henrici Sarouw, Sixti pape IIII familiaris continui commensalis, idem Sixtus de eisdem Johanni Petri de Hostorpp, vestri sacri palatii apostolici causarum notario, providit, possessione etiam subsecuta, quam ad aliquos annos continuavit. Verum, quia dubitat huiusmodi provisionem et collationem cum inde secutis viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de predictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma simplicis seu nove provisionis providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 6. id. aprilis anno 2.

Suppl. 850 fol. 286.

3008. 11. April 1486.

Jens Pedersen (Hostorp) faar Brevet angaaende en tidligere Supplik udfærdiget med forskellige Tilføjelser.

---

[1]) II: Clauer

Reformatio Johannis Petri de Hostorpp.

Dignetur s. v. litteras apostolicas super preinserta supplicatione conficiendas cum clausula de speciali ad vitam oratoris et cum clausula de parrochialibus etiam ad vitam oratoris cum omnibus clausulis in preinserta supplicatione contentis expediri mandare. Fiat. J. Datum Rome 3. id. aprilis anno 2.

Suppl. 850 fol. 204.

3009. 11. April 1486.

Paven giver Jens Pedersen (Hostorp) Dispensation til med Provstiet i Harsyssel med Annekskirkerne Gammel Sogn og Ny Sogn at besidde 4 andre Embeder.

Johanni Petri de Hostorpp preposito in Hartzusol Ripensis diocesis, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui palatii apostolici causarum notarius existis et preposituram in Hartzusol Ripensis diocesis, cuius et parrochialis ecclesie, nova et antiqua nuncupate, in Hollem eidem preposture canonice annexe fructus 4 mr. non excedunt, inter alia obtines, favore prosequi gratioso . . . ., tecum, ut una cum dicta prepositura . . . . . quodcunque aliud et sine illa quecunque duo alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . . necnon duo quecunque cum cura vel sine cura dissimilia tamen sub eodem tecto . . . ., si tibi alias canonice conferantur, ... recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque omnia, ... quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . . beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia et duo dissimilia sub eodem tecto, dummodo inter ipsa omnia tam sub eodem tecto quam alia beneficia huiusmodi plura quam duo incompatibilia et ipsa beneficia sub eodem tecto per te pro tempore obtenta due dignitates aut duo canonicatus et totidem prebende insimul non fuerint, similiter recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus . . . . Datum Rome 3. id. aprilis anno 2.

X
X
X
Reg. Vat. 688 fol. 150.

3010. 13. April 1486.

Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift faar Provstiet i Lund, efter at Mikkel Jensen er død, og Klerken Hemming Gad fra Linköping Stift, der tidligere havde faaet Embedet tildelt, uden at der dog var udstedt nogen Bulle,

har trukket sig tilbage. Kongens Præsentationsret, der var tildelt ham af Sixtus IV, bliver suspenderet for denne Gang. Markvard Pojske faar Tilladelse til at besidde Embedet sammen med Provstiet i Viborg, hvorom han i anden Instans fører Proces ved Kurien, samt til at ombytte begge Embeder med andre.

Alias prepositura ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. J. Datum Rome id. aprilis anno 2.

Suppl. 850 fol. 57 v.

3011. **14. April 1486.**

Jens Pedersen (Hostorp) faar Ærkedegneembedet og Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Johannes Petri de Hostorpp clericus Slesvicensis diocesis, sacri palatii apostolici causarum notarius, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu ecclesie Arusiensis, qui archidiaconatus inibi post pontificalem maior dignitas existit, eique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], per obitum Magni Erici in Italia in civitate Bolonensi defuncti vacantibus, providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 18. kal. maji anno 2.

Suppl. 851 fol. 46.

Arusiensis. Joannes Petri de Horstopp. Archidiaconatus et canonicatus per obitum.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 2 lib. 9 (tabt) fol. 279.

3012. **22. April 1486.**

Paven befaler Officialen i Børglum at overdrage Prioratet i Ø Kloster til Præsten Gerlak Mortensen fra Børglum Stift, som tidligere havde faaet Provision paa Embedet af Biskop Jep (Friis).

Officiali Burglanensi. Dignum etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Gerlaci Martini presbiteri Burglanensis diocesis petitio continebat, quod olim, prioratu seculari in ecclesia monasterii insule Oo ordinis s. Benedicti dicte diocesis, in quo preter illius priorissam et moniales dictus prioratus secularis fore dignoscitur, et quem Petrus d'Wz[1]) obtinebat, per obitum eiusdem Petri vacante, Jacobus episcopus Burglanensis prioratum predictum prefato Gerlaco ordinaria auctoritate contulit et providit etiam de eodem, ipseque Gerlacus collationis et provisionis predictarum vigore prioratum predictum extitit assecutus. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus

[1]) H: Dws

non subsistere, et dictus prioratus adhuc vacare noscatur, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Gerlacum ad hoc idoneum esse reppereris, prioratum predictum, qui dignitas non est [fructus 4 mr.], prefato Gerlaco auctoritate nostra conferas. Datum Rome 10. kal. maji anno 2.

N. XX. 3. kal. maji anno 2. episcopus Yporiensis.
Reg. Lat. 848 fol. 34 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 851 fol. 46.

3013. **22. April 1486.**

Provinsialen for Provinsen Dacia af Karmeliterordenen Niels Mord faar Tilladelse til at anlægge et Kloster i Sølvesborg. Kong Hans, der havde Patronatsret til den derværende Sognekirke, som var indviet til den hellige Biskop Nicolaus og var ledig, havde skænket den til Karmeliterordenen med den Betingelse, at Brødrene i det nye Kloster hver Dag skulde synge en Messe og een Gang aarlig holde en Aartid for at bede for det danske Rige. Derefter havde Ærkebiskop Jens Brostrup bekræftet Overdragelsen og paabudt Munkene at besørge Gudstjenesten for Sognets Beboere. Provinsialen havde endelig modtaget Kirken og indført nogle af sin Ordens Brødre. Klosteranlæget bekræftes nu af Paven efter Kongens, Ærkebiskoppens og Provinsialens Bøn, og det bestemmes, at Klostret skal have Kirke, Klokketaarn, Klokker, Blomsterhave, Urtehave, Spisesal, Sovesal, Omgang etc. Klostret skal nyde alle Ordenens Privilegier.

Exponitur pro parte Nicolai Mordh *(Dipl. dioc. Lund. V).* Fiat sine prejudicio. J. Datum Rome 10. kal. maji anno 2.

Suppl. 850 fol. 293.

3014. **22.—27. April 1486.**

Paven bekræfter efter Biskop Jep Friis i Børglums Ansøgning Ø Klosters Grundlæggelse af Biskop Tyge og Bestemmelsen om, at det skal staa under Børglum Bispestols, ikke under Kongens, Jurisdiktion.

Ad perpetuam rei memoriam. Sedis apostolice providentia circumspecta [etc.]. Sane pro parte Jacobi episcopi Burglanensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim Tuco episcopus Burglanensis, de propria salute recogitans et cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, fervore devotionis, quem [ɔ: quam] ad ordinem s. Benedicti illiusque moniales propter earum bonos mores semper gesserat, accensus, de propriis bonis suis patrimonialibus sibi a deo collatis unum monasterium dicti ordinis sub vocabulo b. Marie virginis in insula Oo sue Burglanensis diocesis cum ecclesia, campanili, campanis, dormitorio, refectorio, ortis, ortalitiis et aliis necessariis officinis pro una priorissa et aliis monialibus, que inibi sub re-

gulari habitu ac secundum instituta dicti ordinis altissimo famularentur, auctoritate ordinaria fundavit ac illud sufficienter dotavit et in illo moniales dicti ordinis introduxit necnon ordinavit, quod monasterium predictum perpetuo esset sub sua suorumque successorum, episcoporum Burglanensium pro tempore existentium, gubernatione et protectione, prout in quibusdam litteris auctenticis dicti Tuconis desuper confectis dicitur plenius contineri[1]. Quare pro parte eiusdem Jacobi, asserentis moniales predictas in monasterio predicto, postquam illud fundatum fuit, cum odore bone fame vitam duxisse regularem, nobis fuit supplicatum, ut fundationi et ordinationi predictis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . . dignaremur. Nos igitur, qui monasteriorum et religiosorum locorum ac personarum in illis sub suavi religionis jugo degentium omnium statum nedum conservari, sed augeri nostris potissime temporibus supremis desideramus affectibus . . ., fundationem et ordinationem predictas ac, prout illas concernunt, omnia in dictis litteris contenta et inde secuta quecunque tenore presentium confirmamus . . . . Datum Rome 5. kal. maji[2] anno 2.

N. XXXX. episcopus Yporiensis.

Reg. Lat. 851 fol. 129; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J. Et quod littere desuper in forma gratiosa et ex certa scientia expediantur . . . Et sine prejudicio . . .) i Suppl. 850 fol. 229 v.

3015. 29. April 1486.

Paven giver Biskop Ejler Madsen (Bølle) i Aarhus Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som hele hans Levetid kan give ham Absolution, ogsaa i Tilfælde, som ellers er forbeholdte Pavestolen undtagen, hvor det gælder Krænkelser af Kirkens Frihed.

Elero episcopo Arusiensi. Fervens etc. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati tibi, ut aliquem idoneum presbiterum secularem vel religiosum in tuum possis eligere confessorem, qui vita tibi comite in casibus sedi apostolice reservatis preterquam offenso ecclesiastice libertatis etc. . . . . Datum Rome 3. kal. maji anno 2.

G. VI. Polycarpus.

Reg. Lat. 912 fol. 169 v.

---

[1]) II tilføjer: Et deinde, quia ab aliquibus asserebatur dictum monasterium esse de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis, Cristiernus tunc Dacie rex per declarationem veritatis sponte confessus est monasterium predictum de suo jure patronatus non esse illudque legitime pertinere ad episcopum et successores suos . . . . . . [2]) II: 10. kal. maji

3016. **29. April 1486.**

Præsten Peder Nielsen fra Børglum Stift faar ny Provision paa Sognekirkerne i Heltborg og Visby i samme Stift.

Alias parrochiali ecclesia principis apostolorum b. Petri in Helthborgh cum commenda sive ecclesia s. Johannis baptiste in Vyby Burglanensis diocesis, per mortem Johannis Bruni canonici Arusiensis vacante, Petrus Nicolai presbiter diocesis prenotate sibi dictam ecclesiam parrochialem cum commenda conferri et de illa etiam provideri juxta formam collationis sibi facte per ordinarium (?) desuper assignatam (!)[1]) auctoritate ordinaria obtinuit . . . . Cum autem dubitet collationem et provisionem huiusmodi ac inde secuta quecunque viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis parrochiali ecclesia et commenda [fructus insimul 2 mr.] per modum simplicis aut nove provisionis, prout sibi utilius videbitur, providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 3. kal. maji anno 2.

Suppl. 851 fol. 78.

3017. **9. Maj 1486.**

Paven stadfæster Voer Klosters Ejendomsret til Vissing Kloster og Kirkerne i Voer, Yding, Vissing og Bryrup og de tidligere Beskyttelsesbreve for Klostret.

Ad perpetuam rei memoriam. Ad statum pacificum et tranquillum ecclesiarum et monasteriorum [etc.]. Sane pro parte abbatis et conventus monasterii de Wore ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis nobis exhibita petitio continebat, quod olim, postquam Innocentius papa III monasterium predictum sub b. Petri et sua protectione susceperat et apostolici scripti patrocinio communiverat ac inter alia statuerat, ut ordo monasticus, qui secundum deum et b. Benedicti regulam ac institutionem Cluniacensium fratrum in eodem monasterio institutus erat, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observaretur, quodque quecunque possessiones et bona, que dictum monasterium possidebat tunc et in futurum canonice adipisci posset, quorum aliqua propriis vocabulis duxit exprimenda, presertim locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, et ecclesiam in Wero, eidem monasterio firma perpetuo et illibata permanerent, Esgerus archiepiscopus Lundensis et deinde Esgerus episcopus Arusiensis sub excommunicationis pena universis districte inhibuerunt, ne quis, cuiuscunque status existeret, in aquis Mossioe ad dictum monasterium pertinentibus piscari auderet

---

[1]) diocesis preassignate. Gz.

sine consensu et voluntate ac speciali licentia abbatis dicti monasterii, qui pro tempore esset, necnon Sweno etiam episcopus Arusiensis parrochialem ecclesiam b. Marie in Yding[1]) Arusiensis diocesis de consensu capituli ecclesie Arusiensis prefato monasterio ordinaria auctoritate perpetuo univit, Ulricus vero similiter episcopus Arusiensis omnia bona monasterii Vissing[2]) ad ultime desolationis obprobrium redacti in parrochia Vissing[2]) sita, parrochiali ecclesia s. Nicolai dumtaxat cum sua sacerdotali residentia excepta[3]), cum suis pertinentiis, videlicet agris, pratis, silvis, campis, aquis et piscaturis ac juribus aliis quibuscunque, regis Dacie et archiepiscopi Lundensis tunc existentium ad hoc accedente consilio et assensu, prefato monasterio salvo jure episcopali, et deinde etiam Johannes similiter episcopus Arusiensis ecclesiam Bitrop cum sua vera sacerdotali residentia omnibusque pertinentiis suis de consensu dictorum capituli prefato monasterio similiter perpetuo univerunt; postmodum vero Cristiernus rex Dacie, habita super hoc cum eius consilio deliberatione matura, locum dicti monasterii Vissing cum omnibus bonis suis, silvis videlicet, campis, agris, pratis, pascuis, piscinis, siccis et humidis, quocunque nomine censerentur, [4])specialiter piscatura Osagardhe usque ad medium torrentis, prout locus Vising tunc ut nunc desolatus uti consueverat, ac in stanno Mosio ad medium linealiter protendens usque ad fines silve Hoom, nichil dempto vel excluso[4]), prefato monasterio de Wore pro divini cultus augmento, quantum in eo fuit, approbavit [ɔ: appropriavit][5]) et applicavit, prout in Innocentii predecessoris plenius continetur ac Cristierni regis necnon archiepiscopi et episcoporum predictorum litteris desuper confectis dicitur contineri. Quare pro parte abbatis et conventus predictorum, asserentium, quod fructus ecclesiarum unitarum predictarum insimul 24 duc. auri de camera non excedunt, quodque ipsi in illarum ac aliorum bonorum predictorum pacifica et quieta possessione vigore unionum predictarum existunt, nobis fuit supplicatum, ut susceptionem, communitionem et statutum Innocentii predecessoris approbare ac inhibitionibus, unionibus, applicationi et appropriationi predictis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere . . . dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia aliis uniri tenerentur exprimere

---

[1]) H: Inding [2]) H: Wishing [3]) Gz. — Cod. adjecta
[4]) Fattes i H. [5]) Gz.

verum annuum valorem tam beneficii uniendi quam illius, cui uniri peteretur, alioquin unio non valeret, et in unionibus semper commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interesset, ac idem voluimus in confirmationibus unionum observari . . . . . . susceptionem, communitionem et statutum Innocentii presentium tenore approbamus necnon inhibitiones, uniones, applicationem et appropriationem predictas confirmamus illaque omnia perpetuum firmitatis robur obtinere decernimus. Datum Rome 7. id. maji anno 2.

Simili modo archiepiscopo Lundensi et Ottoniensi ac Nucerino episcopis. Datum ut supra.

P. LX. Altissensis.

Reg. Lat. 851 fol. 137 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 851 fol. 168 v.

Monasterio et conventui de Wore ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis due parrochiales ecclesie [fructus insimul 24 duc.] sub data 7. id. maji anno 2 perpetuo alias unite confirmate fuerunt . . . . .

Arm. 33 vol. 2 fol. 410.

3018. **12. Maj 1486.**

Abbeden og Munkene i Voer Kloster faar Tilladelse til at leve ikke som før efter Cluniacenserordenens, men efter Bursfelderkongregationens Regler.

Licet olim abbati et monachis monasterii de Wore ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis per sedem apostolicam indultum fuerit, ut ordo, qui secundum deum et b. Benedicti regulam ac institutionem fratrum Cluniacensium ibidem institutus erat, perpetuis inibi temporibus observaretur, tamen a tanto tempore citra, de cuius initio sive contrario memoria hominum non habetur, nullus monachus Cluniacensis ordinis in dicto monasterio fuit, quin immo ab eodem tempore citra abbas et monachi dicti monasterii, qui extunc fuerunt, sub dicta regula s. Benedicti ac juxta instituta regularia congregationis Burfeldensis eiusdem ordinis s. Benedicti semper vixerunt et de presenti vivunt. Cum autem abbas et monachi predicti pro eorum conscientie serenitate summopere desiderant deinceps perpetuo juxta institutiones dicte congregationis vivere ac horas canonicas et alia divina officia secundum illius ritum celebrare, cum, postquam monasterium ipsum ter combustum fuerat, libri, quos postea habuerunt, secundum ritum dicte congregationis scripti et compositi sint, supplicant abbas et conventus dicti monasterii, quatenus ipsis deinceps perpetuis futuris temporibus juxta instituta regularia dicte congregationis vivere et illis se confor-

mare necnon horas canonicas et alia divina officia secundum ritum ipsius congregationis recitare et celebrare, ac eis, ut monasterium predictum omnibus privilegiis . . . ., quibus dicta congregatio illiusque monasteria [et] loca quecunque gaudent in genere ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, similiter gaudere libere valeat in omnibus perinde, ac si privilegia . . . huiusmodi pro eis specifice et nominatim emanassent, indulgere dignemini. Fiat. J. Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Datum Rome 4. id. maji anno 2.

Suppl. 851 fol. 213.

Arusiensis. Abbas et conventus monasterii de Wore ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis. Statutum et ordinatio in dicto monasterio vivendi juxta ritus fratrum Cluniacensium (!). Ad perpetuam.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 2 lib. 12 (tabt) fol. 82.

3019. **12. Maj 1486.**

Klerken Johannes Branth fra Camin Stift og Skolaren Jakob Wedderlinck fra Slesvig Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie til de 4 lavere Grader af en Biskop ved Kurien.

Cum Johannes Branth clericus Caminensis diocesis beneficiatus perpetui beneficii, elemosinaria nuncupati, clerico seculari conferri soliti, in ecclesia s. Jacobi opidi Sundis Swerinensis diocesis et Jacobus Vedderlinck scolaris Slesvicensis diocesis, qui militie clericali ascribi intendit, sufficiens patrimonium habens, fervore devotionis accensi cupiant respective ad quatuor minores promoveri et in illis promoti perpetuum altissimo reddere famulatum, supplicant, quatenus . . . . . ipsis . . ., ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente ad minores etiam extra tempora a jure statuta possint se facere promoveri, eisdemque antistiti ordines huiusmodi conferendi et oratoribus recipiendi licentiam concedere dignemini. Fiat. J. Et tribus dominicis vel aliis festivis diebus. Et presentis supplicationis signatura sola sufficiat. Datum Rome 4. id. maji anno 2.

Suppl. 851 fol. 282 v.

3020. **14. Maj 1486.**

Paven overdrager Klerken Jakob Pedersen fra Roskilde Stift Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Jacobo Petri clerico Roskildensis diocesis, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum

itaque canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Nicolaus[1]) electus Roskildensis tempore promotionis per nos facte de sua persona ad ecclesiam Roskildensem .... obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, nos .... canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], cum illos quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendos tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome pridie id. maji anno 2.

Simili modo preposito Lundensis et decano Haffnensis Roskildensis diocesis ecclesiarum ac officiali Roskildensi.

N. XII. X. 10. kal. junii anno 2. episcopus Yporiensis.
Reg. Lat. 848 fol. 233; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 851 fol. 171 v.

3021. **14. Maj 1486.**

Klerken Niels Jensen Basse fra Lunde Stift faar et evigt Vikariat ved Jomfru Maries Alter i Lunde Domkirke, ledigt ved Anders Madsens Død, og Tilladelse til at besidde det sammen med Kanonikat og Præbende i samme Kirke.

Supplicat Nicolaus Johannis, alias Basso *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. J. Datum Rome pridie id. maji anno 2.

Suppl. 851 fol. 171.

Lundensis. Nicolaus Joannis. Vicaria per obitum.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII anno 2 lib. 3 (tabt) fol. 15.

3022. **18. Maj 1486.**

Jens Pedersen Hostorp faar ny Provision paa Ærkedegneembedet og Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Vacantibus alias archidiaconatu ac canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis per obitum Magni Erici, s. v. Johanni Petri de Hostorpp clerico Slesvicensis diocesis, palatii apostolici causarum notario, de eisdem providit, possessione nondum, creditur, subsecuta. Verum, quia hesitat huiusmodi provisionem vestram cum inde secutis viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis archidiaconatu, qui maior post pontificalem curata et electiva dignitas existit, ac canonicatu et prebenda [fructus seorsum et divisim 4 mr.] in forma seu (!) nove provisionis providere dignemini. Fiat. J. Et quod littere expediantur in forma seu (!) nove provisionis, prout videbitur. Et quod littere seorsum et divisim super archidiaconatu specialiter aut ca-

---

[1]) II: Nicolaus Scamen

nonicatu et prebenda specialiter, si opus fuerit, expediri possint. Datum Rome 15. kal. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 256 v.

3023. **18. Maj 1486.**

Klerken Jesper Jensen faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Roskilde.

Alias vicaria perpetua ad altare s. Georgii in ecclesia Roskildensi sita per obitum Johannis Iiss vacante, Jaspero Johannis clerico Ottoniensis diocesis per electum dicte ecclesie, non tamen confirmatum, provisum extitit. Cum autem dubitet dictam provisionem viribus non subsistere et adhuc eandem vicariam vacare, supplicat, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] de novo providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 15. kal. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 237.

3024. **18. Maj 1486.**

Haderslevkanniken Mogens Olufsen faar et større Kanonikat og Præbende sammesteds.

Alias canonicatu et prebenda collegiate ecclesie b. Marie virginis Hadersleuensis Slesvicensis diocesis per obitum Ditleui Wolff vacantibus, Magnus Olaui dicte ecclesie canonicus eosdem canonicatum et prebendam juxta consuetudinem dicte ecclesie optavit et capitulariter, ut moris est, ad dictam optationem admissus[1]) per capitulum ipsius ecclesie conferri et provideri obtinuit possessione subsecuta. Cum autem dubitet dictas optationem et provisionem viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat idem Magnus, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda sic optatis [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 15. kal. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 238.

3025. **18. Maj 1486.**

Klerken Jens Olufsen fra Roskilde Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Roskilde.

Alias vicaria perpetua ad altare s. Yvonis in ecclesia Roskildensi sita per obitum Hemmingi Suenonis vacante, Johanni Olaui clerico dicte Roskildensis diocesis per electum dicte ecclesie non tamen confirmatum provisum extitit. Cum autem dubitet

[1]) Cod. admissus est

dictam provisionem eo, quod collatio et provisio ad episcopum et capitulum spectat, viribus non subsistat [ɔ: -ere] et adhuc eandem vicariam vacare, supplicat, quatenus provisionem predictam modo premisso etiam per non episcopum confirmatum factam et quecunque inde secuta in eadem [confirmantes] sibi de dicta vicaria [fructus 3 mr.] de novo providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 15. kal. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 237 v.

Roskildensis. Johannes Solani. Nova provisio vicarie.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII anno 2 lib. 3 (tabt) fol. 16.

3026. **19. Maj 1486.**

Præsten Gerlak Mortensen fra Børglum Stift og Katarina, Enke efter Jakob Jørgensen fra Roskilde Stift, faar Tilladelse til at besøge Kristi Grav.

Cum Geralcus Martini presbiter et Catherina relicta Jacobi Georgii Burglanensis et Roskildensis diocesium fervore devotionis accensi pro animarum suarum salute et peccaminum remissione ac felici statu religionis christiane in commemorationem redemptionis humane per passionem creatoris eius cupiant sepulchrum dominicum et loca sacra ultramarina visitare, sed quia id facere non valent, licentia sedis apostolice super hoc per eos non obtenta, supplicant igitur, quatenus sibi, ut sepulcrum dominicum et alia loca sacra ultramarina visitare libere possint, licentiam concedere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 14. kal. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 217.

3027. **20. Maj 1486.**

Klerken Jens Hagensen fra Lunde Stift faar Provstiet i Lund, ledigt ved Mikkel Jensens Død, efter at Klerken Hemming Gad fra Linköping Stift har afstaaet det.

Alias prepositura ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. J. Datum Rome 13. kal. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 267 v.

3028. **20. Maj 1486.**

Optegnelse om, at Niels Skave udnævnes til Biskop i Roskilde og lover at betale Servispenge.

Pridie non. nov. anno 2 Nicolaus Sclrwe (!) fit episcopus Roskildensis; obtulit 1000 fl. 20. maji 1486.

Uddrag af Garampi efter S. C. 27 fol. 48 (tabt).

3029. **23. Maj 1486.**

Den udvalgte Biskop Niels Skave i Roskilde betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Raphael [pape camerarius]. Universitati vestre etc., quod Nicolaus Sck[a]we electus Roskildensis pro totali et integra solutione communis servitii dicte Roskildensis ecclesie, in quo camere apostolice sub certis sententiis, censuris et penis ratione provisionis et prefectionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte tenebatur et efficaciter obligatus erat, fl. auri de camera 475, F. de Sinibaldis prothonotario . . . pape thesaurario generali pro ipsa camera recipiente . . . . ., ac pro totali et integra solutione unius minuti servitii nobis et dicte camere clericis debiti fl. similes 35 sol. 35 den. 8 monete Romane necnon pro totali et integra solutione trium minutorum servitiorum familiaribus et officialibus . . . pape debitorum, pro quibus erat in camera apostolica similiter obligatus, fl. similes 107 sol. 7 eiusdem monete ipsis clericis . . . recipientibus die date presentium per manus spectabilium virorum societatis de Spanochis de Romana curia tempore debito realiter et cum effectu solvit. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome in camera apostolica die 23. mensis maji . . . anno 2. Fl. 3 gr. 4.

Oblig. 86 fol. 22.

[1486] Dicta die habuit similiter fl. 470 auri a Nicolao Schage electo Roskildensi pro communi dicte ecclesie per manus de Spanocchis — fl. 540, 4, 34.

Introitus et Exitus 513 fol. 72 v.

3030. **24. Maj 1486.**

Klerken Niels Jensen Basse fra Lunde Stift faar ny Provision paa Kirken Odarslöf i samme Stift, der tidligere var tildelt ham af Ærkebiskoppen.

Alias parrochiali ecclesia Marie virginis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. J. Datum Rome 9. kal. junii anno 2.

Suppl. 852 fol. 12 v.

3031. **27. Maj 1486.**

Klerken Jens Pedersen Hostorp faar Tilladelse til at lade sig præstevie ved Kurien af en hvilkensomhelst Biskop.

Cum Johannes Petri de Hostorp, clericus Slesvicensis diocesis, causarum palatii apostolici notarius, zelo devotionis accensus cupiat ad omnes, etiam sacros et presbiteratus, ordines promoveri et in illis promotus perpetuo altissimo famulari, sup-

plicat, quatenus sibi, ut a quocunque maluerit catholico antistite . . . etiam extra tempora a jure statuta aliquibus tribus dominicis vel aliis festivis diebus ad omnes ordines promoveri, ac ipsi antistiti, ut ordines huiusmodi sibi conferre possi[n]t, indulgere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur ab antistite. Datum Rome 6. kal. junii anno 2.

Suppl. 852 fol. 13.

3032. **28. Maj (12. Juni) 1486.**

Jens Pedersen Hostorp faar ny Provision paa Ærkedegneembedet samt Kanonikat og Præbende i Aarhus, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Cum, lite sive causa in prima indecisa pendente instantia in palatio causarum apostolico coram Matheo de Vbaldis, vestri dicti palatii apostolici causarum auditore, inter Johannem Petri de Hostorpp clericum Slesvicensis diocesis, dicti palatii apostolici causarum notarium[1]), ex una et quosdam Petrum Nicolai et Petrum Grijs assertos clericos de archidiaconatu, qui maior post pontificalem dignitas curata et electiva existit, ac canonicatu et prebenda Arusiensibus, de quibus nuper eidem Johanni Petri per s. v. apostolica auctoritate fuit provisum, et illorum occasione partibus ex altera, et in causa ipsa ad nonnullos actus citra tamen conclusionem processo, ab aliquibus asseritur neutri vel nulli dictorum Johanni[s] et Petro [ɔ: -tri] ac Petro [ɔ: -tri][2]) in dictis archidiaconatu ac canonicatu et prebenda jus competere eosque adhuc vacare, supplicat prefatus Johannes Petri, quatenus auditori prefato vel eius forsan surrogato vel surrogando auditori mandare dignemini, quatenus, si et postquam lis ipsa coram ipso legitime introducta fuerit et per illius eventum sibi constiterit neutri vel nulli ipsorum Johanni[s] et Petro [ɔ: -tri] aut Petro [ɔ: -tri][2]) in dictis archidiaconatu ac canonicatu et prebenda jus competere, dictos archidiaconatum ac canonicatum et prebendam [fructus respective 4 mr.] eidem [Johanni] Petri conferat et de illis sibi provideat[3]). Fiat. J. . . . Et quod littere seorsum et respective super archidiaconatu solum aut canonicatu et prebenda solum, quatenus opus sit, expediantur. Et quod

---

[1]) II: actorem et quendam Petrum Nicolai assertum clericum intrusum de

[2]) II: neutri dictorum Johanni[s] aut Petro [ɔ: -tri]

[3]) II. tilf.: non obstante quocunque indulto regi Dacie super dicto archidiaconatu presentandi, attento, quod maior dignitas post pontificalem existit, que curata et electiva est, hac vice ultroque dumtaxat derogantes . . .

huiusmodi littere in forma gratie si neutri vel nulli expediantur. Datum Rome 5. kal. junii[1]) anno 2.

Suppl. 851 fol. 297 og (II) 852 fol. 263.

3033. **28. Maj 1486.**

Dominikanerklostret i Ribe faar bevilget, at en tidligere tilstaaet Aflad overføres til en anden Festdag.

Dudum Bonifacius papa VIII visitantibus ecclesiam domum [ɔ: -mus] s. Catherine virginis Ripensis ordinis fratrum Predicatorum die dominica festo sanctissime Trinitatis certas tunc expressas indulgentias [concessit]: in dicto festo ad ecclesiam ipsam magna confluere consuevit fidelium multitudo, qui ibidem pias elemosinas et oblationes erogare soliti sunt, ex quibus pro maiori parte fratres dicte domus sustentantur, et reparationi edificiorum ecclesie et domus earundem intendunt, et quia in [eadem][2]) dominica est festum dedicationis maioris ecclesie Ripensis, quod inibi cum magna solempnitate et populi devotione celebratur, concursus amborum festorum eo, quod in eadem civitate simul sunt constituti [ɔ: -a], plurimum impedit, quo minus indulgentia predicta fuerit eidem domui, prout sibi necesse foret, satis fructuosa. Supplicant igitur prior et fratres dicte domus, quatenus eorum festum huiusmodi ad festum decem milium martirum, quod 10. kal. julii celebrari consuevit, una cum indulgentiis et remissione prepetitis transferre necnon, quod visitantes ecclesiam dicte domus in dicto festo decem milium martirum et pro reparatione et conservatione structurarum et edificiorum domus et ecclesie predictarum ac fratrum earundem sustentatione aliisque ipsius domus et ecclesie necessitatibus adjutrices manus porrigentes indulgentias et remissionem predictas consequantur, statuere dignemini. Fiat J. Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Datum Rome 5. kal. junii anno 2.

Suppl. 852 fol. 101.

3034. **28. Maj 1486.**

Præsten Jens Nielsen fra Ribe Stift faar Absolution for Drabet paa Lægmanden Torkil.

Cum olim quidam Torkullus laicus Ripensis diocesis in Johannem Nicolai presbiterum eiusdem diocesis quam plurima convicia et verba ignominiosa ac bone fame ipsius Johannis non parum detrahentia protulisset, ipse Johannes propterea

[1]) II: pridie id. junii [2]) add. Gz.

ira commotus et dicta verba equo animo tollerare et animi sui primi [ɔ: -os] motus, qui in sua potestate non erant, reservare non valens, prefatum laicum in utroque brachio et in crure letaliter vulneraverat, quin ipse laicus propter eius malum regimen et medicorum et ciru[r]gicorum carentiam, quos si habuisset, ex dictis vulneribus convaluisset, post aliquos dies, sicut domino placuit, ab hac luce decessit. Cum autem dictus Johannes, qui cum parentibus et amicis dicti defuncti super premissis composuit et eum [ɔ: eis] satisfecit et expost per septem annos ab altaris ministerio continuo abstinuit et de morte dicti laici ab intimis dolet, cupiat ex magno devotionis fervore in susceptis per eum ordinibus ministrare, supplicat, quatenus ipsum a reatu homicidii huiusmodi absolvere ac secum super irregularitate, quam propterea contraxit, quod in ordinibus per eum susceptis citra tamen altaris ministerium ministrare libere valeat, dispensare omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam abolere dignemini. Fiat de absolutione. J. Datum Rome 5. kal. junii anno 2.

Suppl. 852 fol. 101.

3035. **30. Maj 1486.**

Klerken Jakob Wedderlinck fra Slesvig Stift faar Tilladelse til at lade sig præstevie ved Kurien.

Cum Jacobus Vedderlinck clericus Slesvicensis diocesis, antiquus curialis in ecclesiaque s. Nicolai opidi Sund Swerinensis diocesis perpetuus vicarius, in curia s. v. militie clericali assumptus existit, fervore devotionis accensus cupiat propterea, et quod ratione dicte perpetue vicarie artatus existit, ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines promoveri et in illis promotus perpetuum altissimo reddere famulatum, supplicat, quatenus sibi, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente ad omnes sacros ordines huiusmodi tribus dominicis vel festivis diebus etiam extra tempora a jure statuta valeat facere se promoveri, eisdemque antistiti ordines huiusmodi modo premisso conferendi et oratori recipiendi licentiam concedere dignemini, attento quod beneficium huiusmodi per oratorem possessum juxta fundationis tenorem requiret actu presbiterum aut infra annum ad omnes sacros ordines promovendum. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera. Datum Rome 3. kal. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 297 v.

3036. **30. Maj 1486.**

Jens Pedersen (Hostorp) faar paany tildelt Ærkedegneembedet samt Kanonikat og Præbende i Aarhus, hvorom han havde ført Proces ved Kurien (jfr. Nr. 3032).

Vacantibus alias canonicatu et prebenda archidiaconatuque ecclesie Arusiensis, qui maior post pontificalem dignitas curata et electiva existit, per obitum Magni Erici, s. v. Johanni Petri clerico Slesvicensis diocesis, palatii apostolici causarum notario, de eisdem providit. Verum e. s. v. in favorem dicti Johannis causam super dictis canonicatu et prebenda ac archidiaconatu in palatio vestro causarum apostolico coram Matheo de Vbaldis, dicti vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, inter dictum Johannem et quendam Petrum Nicolai omnesque alios interesse habentes etc. commisit, coram quo ad nonnullos actus citra tamen ipsius conclusionem processum est. Dubitat ipse [Johannes] huiusmodi provisionem seu collationem cum inde secutis viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda ac archidiaconatu [fructus respective 4 mr.] in forma simplicis seu nove provisionis providere dignemini, constitutionibus . . apostolicis, si quid habent super presentatione archidiaconatus huiusmodi, attento quod archidiaconatus maior dignitas post pontificalem existit et in partibus Italie in Bolonia per mortem dicti Magni vacavit, hac vice dumtaxat derogantes, non obstantibus. Fiat. J. Et quod littere seorsum etiam respective super archidiaconatu solum aut canonicatu et prebenda solum expediantur. Datum Rome 3. kal. junii anno 2.

Suppl. 852 fol. 173 v.

3037. **6. Juni 1486.**

Slesvigkanniken Didrik Tetens faar Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Cum Thonius Kaack clericus Bremensis diocesis, cui alias de certis canonicatu et prebenda maiori ecclesie Lubicensis, tunc per obitum Gotefridi Stanwer vacantibus, per s. v. concessum fuit provideri . . . . ., in manibus s. v. ex nunc cedit, supplicat Theodorus Thetens canonicus prebendatus ecclesie Slesvicensis, quatenus sibi de dictis canonicatu et maiori prebenda ecclesie Lubicensis [fructus 4 mr.] . . . . . ., sive, ut premittitur, sive alias quovis modo vaca[n]t vel ex eo, quod dictus Gotefridus bone memorie Bonifacii tituli s. Laurentii in Damaso presbiteri cardinalis et patriarche Aquilegiensis familiaris et continuus commensalis fuit, dignemini providere, dicte ecclesie statutis et con-

suetudinibus, quibus inter alia caveri dicitur, quod nullus in maiorem canonicatum recipiatur, nisi graduatim et successive de minori ad mediam et de media ad maiorem [prebendam] ascendat, quibus pro hac vice derogare placeat, non obstantibus. Fiat. J. Datum Rome 8. id. junii anno 2.

Suppl. 852 fol. 110.

3038. **8. Juni 1486.**

Sognepræsten Peder Henningsen i Garding faar Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Cum certi canonicatus et prebenda distincta, quos Theodoricus Therens (!) in ecclesia Lubicensi obtinet, per assecutionem certorum aliorum canonicatus et prebende eiusdem ecclesie Lubicensis, de quibus tunc vacantibus concessum est provideri, vacent sive vacare sperentur, supplicat igitur Petrus Heningi rector parrochialis ecclesie in Gardingh Slesvicensis diocesis, quatenus sibi specialem gratiam facientes de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.], cum illos, ut premittitur, vel alias quovis modo preterquam per ipsius Theodorici obitum vacare contigerit, conferendos eidem Petro donationi apostolice reservare et nichilominus de dictis canonicatu et prebenda distincta, cum vacaverint, prefato oratori dignemini providere. Fiat. J. Datum Rome 6. id. junii anno 2.

Suppl. 851 fol. 279.

3039. **11. (15.) Juni 1486.**

Paven tillader Provinsialvikaren for Franciskanerobservanterne i Provinsen Dacia, at hans Eftermænd, naar Provinsialministeren, der rettelig burde bekræfte Valget af Vikaren, er fraværende, maa modtage Stadfæstelsen af den ultramontane Generalvikar eller af hans Kommissær i Provinsen.

Vicario provincie Dacie ordinis Minorum de observantia. Exponi nobis curasti *(Dipl. Norv. IX, 365—66 og XVII, 711—12; Reg. *7847)*. Datum Rome sub annulo piscatoris die 15. junii anno 2.

1) Afskrift i [Nicolaus Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D, 192—93.
2) Indtaget i Supplik af 30. Juli 1513 (Suppl. 1411 fol. 281 v), men her med Datoen 11. Juni.

3040. **20. Juni 1486.**

Klerken Jakob Vedderlinck fra Slesvig Stift indvies til de højere Grader i Rom.

Universis etc. Raphael etc. Universitati etc., quod Johannes episcopus Calinensis in Romana curia residens de mandato etc.

ac auctoritate etc. necnon vigore supplicationis sub data Rome 3. kal. junii anno 2 in ecclesia s. Marie de Regina (!) Celi Jacobum Vedderlinck clericum Slesvicensis diocesis, perpetuum vicarium in ecclesia s. Nicolai opidi Synd Swerinensis diocesis, die dominica 4. junii anni infrascripti ad subdiaconatus, deinde die dominica 11. ipsius mensis ad diaconatus, postremo vero die 13. festo s. Antonini (!) de Padua ad presbiteratus sacros ordines promovit et ordinavit etc. In quorum etc. Datum Rome etc. die 20. junii . . . anno 2. Hadrianus.

I Margen: Habuit in eadem formata fidem de tonsura et quattuor ordinibus minoribus, quos accepit in proximis quattuor temporibus.

Libri formatari 1484—88 fol. 88 (Archivio di Stato).

3041. 20. Juli 1486.

Klerken Markvard Pojske fra Roskilde Stift faar Ærkedegneembedet samt Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved, at Jens Tetz er død.

Supplicat Marquardus Poyske *(Dipl. dioc. Lund. V).* Fiat. J. Datum Rome 13. kal. aug. anno 2.

Suppl. 855 fol. 138.

3042. 12. Sept. 1486.

Klerken Jens Pedersen Hostorp faar Tilladelse til at følge Kuriens Ritus ved Messen.

Cum Johannes Petri de Hostorpp clericus Slesvicensis diocesis, causarum palatii apostolici notarius, in Romana curia presens, in dicendis horis canonicis morem sive ritum Romane ecclesie cum socio per eum eligendo cupiat observare, supplicat igitur, quatenus sibi, ut in Romana curia vel studio generali aut alibi etiam extra curiam residendo in horis dicendis predictis morem sive ritum Romane ecclesie huiusmodi, quoad vixerit, observare possit, ita quod in illis dicendis alios morem sive ritum observare minime teneatur, concedere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento quod orator est presens in curia. Datum Rome pridie id. sept. anno 3.

Suppl. 856 fol. 63 v.

3043. 19. Sept. 1486.

Paven befaler Biskoppen i Alessandria og Officialerne i Halberstadt og Minden at overdrage Kanonikat og Præbende samt Ærkedegneembedet i Halberstadt til den pavelige Auditør og Kapellan Eggert Durkop, Dekan i Minden.

Episcopo Alexandrino et Halberstadensi ac Mindensi officialibus. Grata devotionis obsequia [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ac archidiaconatus Balsanne in ecclesia Halberstadensi, quos Wernerus Jansman obtinebat, per obitum eiusdem Warneri vacent ad presens, nos, volentes magistro Egerdo Durcap, decano ecclesie Mindensis, decretorum doctori, capellano nostro, qui etiam causarum palatii apostolici auditor existit, et cum quo dudum Sixtus papa IV, ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . . ., dummodo inter ipsa tria incompatibilia plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie non existerent . . . ., si sibi alias canonice conferrentur . . . ., recipere et insimul, quoad viveret, retinere libere valeret, dispensavit . . . ., quique decanatum ecclesie Mindensis inter alia obtinet, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam ac, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et cui cura imminet animarum, ac ad quem quis per electionem non assumitur, archidiaconatum predictos [fructus 8 mr.] prefato Egerdo auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 13. kal. oct. anno 3.

Gratis de mandato.
Reg. Vat. 756 fol. 246 v.

3044. **17. Okt. 1486.**

Præsten Jens Nielsen fra Ribe Stift, som havde dræbt Lægmanden Torkil Lille fra samme Stift og saaret hans frugtsommelige Kone, saa hun 10 Dage efter fødte en dødfødt Dreng, faar Absolution herfor og yderligere tildelt et Beneficium uden Sjælesorg.

Alias pro parte Johannis Nicolai presbiteri Ripensis diocesis exposito, quod[1]) alias ipse manus suas in Trochillum Lille laicum dicte diocesis etiam usque ad sanguinis effusionem non tamen animo ipsum interficiendi temere injecisset violentas, ex qua quidem injectione et vulneratione dictus Trochillus lapsis deinde novem vel decem diebus diem vite sue extremum clausisset, s. v., dicto Johanni oratori, tunc propterea apud sedem apostolicam personaliter constituto, gratiam volens facere specialem, secum, ut [in]voluntario[2]) homicidio huiusmodi non obstante in omnibus suis ordinibus citra tamen altaris ministerium, alio sibi non obstante canonico, ministrare libere posset, dispensavit,

---

[1]) Gz. — Cod. quod cum [2]) add. Gz.

prout in supplicatione desuper signata latius continetur. Verum tempore vulnerationis huiusmodi Dorothea uxor gravida dicti Trochilli aderat, que, cum dictum Trochillum eius virum defendere voluisset, tribus vulneribus per oratorem ipsum tunc furore accensum inopinate etiam usque ad non modicam sanguinis effusionem percussa fuit et vulnerata, a quibus licet postea pristine fuerit sanitati restituta, tamen post vulnerationes huiusmodi nondum decem diebus elapsis, cum gravida, ut prefertur, fuerat, nimio propter vulnerationes antedictas terrore perterrita puerum quendam abortivum dicitur peperisse, quod non sine ipsius oratoris culpa, ut verisimiliter presumitur, dicitur processisse, cumque piarum mentium est culpam timere, ubi minime timenda est, propterea[1]) dictus orator, qui de premissis ab intimis doluerit, prout dolet de presenti, recurrit ad pedes e. s. v. prostratus supplicando, quatenus sibi more pii patris compatientes ipsum a reatu homicidii huiusmodi, quod incurrit, ac excommunicationis aliisque penis . . . premissorum occasione forsan incursis pro hac vice dumtaxat absolvere omnemque irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam propterea contractam abolere ac secum, qui nullum beneficium obtinet, ampliorem gratiam facientes, ut premissis non obstantibus unum beneficium, si sibi alias canonice conferatur, libere recipere et, quoad vixerit, retinere ac in omnibus suis ordinibus citra tamen ministerium altaris, super quo secum per s. v. jam dispensatum est, ne in ludibrium presbiteralis status ipsiusque ignominiam mendicare cogatur, etiam quoad vixerit, libere ministrare necnon dictum beneficium sibi conferendum . . . . per alium sacerdotem idoneum secularem vel cuiusvis ordinis regularem, quem ad hoc duxerit eligendum, in dicto ministerio altaris regi facere possit, dispensare dignemini. Fiat de absolutione et de uno non curato. J. . . . Et quod littere expediantur in forma gratiosa. Fiat ut supra. J. Datum Rome 16. kal. nov. anno 3.

Suppl. 857 fol. 109.

30. Okt. 1486.

Notits se 18. Juli 1485.

3045. 31. Okt. 1486.

Klerken Morten Jensen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde og Sognekirken i Toreby paa Lolland.

---

[1]) Gz. — Cod. et propterea

Supplicat Martinus Johannis clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis ac parrochiali ecclesia Toreby in Lalandia diocesis Ottoniensis, que de jure patronatus regine Dacie existit ex privilegio Sixti pape IV concesso ac aliorum pontificum ac dudum per s. v. revocato [ɔ: renovato] [fructus insimul 8 mr.], vacantibus ex eo, quod quidam Johannes Jacobi assertus clericus Roskildensis diocesis illos obtinens archidiaconatum ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, extitit pacifice assecutus, providere ac juri patronatus laicorum huiusmodi, quatenus opus sit, hac vice dumtaxat derogare [dignemini]. Fiat. J. Et quod littere conjunctim vel divisim expediri possint. Datum Rome pridie kal. nov. anno 3.

Suppl. 857 fol. 73 v.

3046. **31. Okt. 1486.**

Herman Fleming faar ny Provision paa Provstiet i Aarhus.

Vacante prepositura ecclesie Arusiensis post pontificalem non maiori, que curata et electiva existit, per obitum Cristierni Nicolai, Hermannus Flemingh, ex utroque parente nobilis, clericus dicte diocesis Arusiensis, illam preposituram sibi auctoritate ordinaria conferri et de illa sibi provideri obtinuit possessione illius subsecuta . . . Et quia a nonnullis hesitetur collationem sive provisionem ordinariam huiusmodi ac possessionis assecutionem viribus non subsistere, supplicat dictus orator, quatenus sibi de dicta prepositura Arusiensi [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Fiat. J. Et in forma simplicis aut nove provisionis, prout id oratori utilius videbitur. Datum Rome pridie kal. nov. anno 3.

Suppl. 857 fol. 73.

Arusiensis. Ermannus Fremingii. Nova provisio prepositure.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 2 lib. 16 (tabt) fol. 163.

3047. **4. Nov. 1486.**

Franciskanermunken Niels Siggesen faar Lov til at vælge en Skriftefader, som maa give ham Absolution i forskellige Tilfælde.

Ut anime saluti fratris Nicolai Sigonis Getti ordinis Minorum provincie Dacie expresse professi salubrius consulatur eiusque conscientia sincerius expurgetur, supplicat, quatenus sibi, ut confessor idoneus eiusdem ordinis, quem ipse duxerit eligen-

dum, ipsumque ab omnibus peccatis . . . ante et post receptionem habitus, quantumcunque gravibus et enormibus, etiam si talia fuerint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda, plenarie semel in vita et a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, si quas a jure vel ab homine latas seu contra statuta et ordinationes dicti ordinis veneranda superiorum suorum mandata transgrediendo aut alias quomodolibet incurrit, etiam si ipsorum absolutio ex quavis causa sedi apostolice reservata existat, absolvere et pro commissis penitentiam salutarem injungere necnon super irregularitate quacunque, si quam premissis sententiis vel earum aliqua ligatus missas et alia divina officia aut alias [in] quibusvis susceptis ordinibus ministrando contraxit, dispensare, omnem inabilitatem et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione quomodolibet contractam penitus abolere necnon in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem impendere auctoritate apostolica possit, concedere dignemini. Fiat. J. Et per breve. Datum Rome pridie non. nov. anno 3.

Suppl. 857 fol. 151.

3048. **20. Nov. 1486.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Provsten i Børglum Niels Styggesen (Rosenkrantz) til Biskop sammesteds.

[1486] Die 20. dicti [ɔ: nov.] idem sanctissimus dominus noster ad relationem prefati vicecancellarii providit ecclesie Burglanensi per obitum Jacobi vacanti de persona Nicolai Stigonis prepositi dicte ecclesie.

Oblig. 83 fol. 105.

3049. **20. Nov. 1486.**

Kardinal Julianus (de Rovere) bevidner Niels Styggesen (Rosenkrantz)' Udnævnelse til Biskop i Børglum.

Reverendissime pater. Hodie . . . . Innocentius . . papa VIII in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem meam ecclesie Burglanensi Premonstratensis ordinis, tunc per obitum Jacobi Fris . . . . pastoris solatio destitute, de persona Nicolai Stigonis, prepositi dicte ecclesie, de nobili et militari genere ex utroque parente procreati, magistri in artibus et in sacerdotio ac etate legitima constituti, de cardinalium consilio providit. XIII [cardinales] . . . . . . In quorum fidem presentem cedulam manu

nostra subscriptam nostri[1]) anularis signeti jussimus impressione muniri. Datum Rome 1486 . . . . . . die 20. mensis nov. anno 3.

Ita est. Julianus episcopus Ostiensis cardinalis s. Petri ad vincula manu propria.

Cod. Vat. 3478 fol. 280 v.

3050. 20. Nov. 1486.

Paven udnævner Niels Styggesen (Rosenkrantz) til Biskop i Børglum.

Nicolao electo Burglanensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem, Jacobo Friz episcopo Burglanensi Premonstratensis ordinis regimini ecclesie Burglanensis presidente, nos . . . . provisionem eiusdem ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam. Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum eiusdem Jacobi episcopi pastoris solatio destituta, nos . . . . ad te prepositum dicte ecclesie, de nobili et militari genere ex utroque parente procreatum, in sacerdotio constitutum ac in artibus magistrum . . . . direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua . . . eidem ecclesie providemus . . . . Datum Rome 12. kal. dec. anno 3.

Simili modo Capitulo Burglanensi.
Clero civitatis et diocesis Burglanensis.
Populo — - — —
Universis vassallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni Dacie regi.

G. XX. Polycarpus.
Reg. Lat. 854 fol. 195.

3051. 20. Nov. 1486.

Paven giver den udvalgte Biskop Niels Styggesen (Rosenkrantz) i Børglum Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Nicolao electo Burglanensi. Cum nos hodie [*etc. som Nr. 861*]. Datum Rome 12. kal. dec. anno 3.

G. XXVIII. Polycarpus.
Reg. Lat. 854 fol. 347.

3052. [20. Nov. 1486.]

Pro Nicolao Sidonis (!) absolutio super provisione ecclesie Burglanensis.

Uddrag i Indice 482 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 3 vol. 7 (tabt) fol. 173.

---

[1]) Gz. — Cod. et nostri

3053. **20. Nov. 1486.**

Paven befaler Biskoppen i Viborg at overdrage Provstiet i Børglum til Klerken Simon Læsø, saa snart han er gaaet ind i Præmonstratenserordenen.

Episcopo Vibergensi. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque prepositura ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis, quam Nicolaus[1]) electus Burglanensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Burglanensem obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speretur, et Simon Lesso[2]) clericus Burglanensis diocesis cupiat ob melioris vite frugem in dicta ecclesia una cum illius capitulo sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos, prefatum Symonem, qui Johannis Dacie regis familiaris continuus commensalis existit, in suo laudabili proposito confovere volentes, fraternitati tue mandamus, quatenus eundem Symonem, si sit idoneus et aliud canonicum non obsistat, in dicta ecclesia in canonicum et in fratrem auctoritate nostra recipias sibique habitum regularem juxta ipsius ecclesie consuetudinem exhibeas .... necnon professionem regularem per canonicos dicte ecclesie emitti solitam ab ipso Symone, si illam in tuis manibus sponte emittere voluerit, eadem auctoritate recipias eaque per te recepta, si eundem Symonem ad hoc idoneum esse reppereris, preposituram predictam, que in dicta ecclesia dignitas post pontificalem maior existit, cuique cura imminet animarum, et ad quam consuevit quis per electionem assumi [fructus 4 mr.], cum illam quovis modo preterquam per ipsius Nicolai electi obitum vacare contigerit, conferendam eidem Simoni, postquam habitum susceperit et professionem huiusmodi emiserit, donationi tue eadem auctoritate reserves .... [ac dictam preposituram] dicto Symoni eadem auctoritate nostra conferas. Volumus autem, quod dictus Simon, quamprimum professionem huiusmodi emiserit, aut annus probationis sue lapsus fuerit seu habitum professorum susceperit et illud per triduum scienter gestaverit vel etiam antea, si constiterit ipsum vitam absolute mutare voluisse, omnia beneficia, que obtinet, et que ac omne jus sibi in aliis beneficiis competens extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Datum Rome 12. kal. dec. anno 3.

G. XXXX. 16. kal. martii anno 5. Polycarpus.

Reg. Lat. 846 A fol. 369; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 857 fol. 95 v.

---

[1]) II: Nicolaus Stigonis [2]) II: Lessio

3054. **27. Nov. 1486.**

Klerken Morten Jensen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Martinus Johannis clericus Vibergensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis [fructus 4 mr.], vacantibus ex eo, quia quidam Simon Lessie assertus clericus Burglanensis ordinis Premonstratensis illos obtinens habitum cum professione dicti ordinis indutus est ac preposituram dicte ecclesie Burglanensis de ordine Premonstratensi, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, tunc vacantem, auctoritate apostolica sibi collatam, extitit pacifice assecutus, providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 5. kal. nov. anno 3.

Suppl. 858 fol. 4 v.

Arusiensis. Martinus Johannis. Canonicatus per emissionem professionis.

Uddrag i Indice 336 efter Reg. Lat. anno 2 lib. 16 fol. 242 (tabt).

3055. **5. Dec. 1486.**

Paven befaler Biskoppen, Provsten og Kantoren i Odense at komme Biskop Ejler (Madsen Bølle) til Hjælp mod Byraadet og Borgerskabet i Aarhus.

Episcopo Ottoniensi et preposito ac cantori ecclesie Ottoniensis. Conquestus est nobis Elerius episcopus Arusiensis, quod proconsules et consules ac communitas hominum civitatis Arusiensis necnon quidam alii clerici et laici dicte civitatis et sue diocesis super quibusdam immobilibus in civitate et diocesi predictis consistentibus mobilibusque bonis, pecuniarum summis, juribus, jurisdictionibus et rebus aliis ad mensam episcopalem Arusiensem legitime spectantibus injuriantur eidem ac quasdam alias graves injurias ei irrogarunt pariter et jacturas; ideoque discretioni vestre mandamus, quatinus, vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, proviso, ne aliqua singularis persona dicte communitatis auctoritate presentium ad judicium evocetur, seu in illam aut civitatem predictam interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale. Testes autem [etc.]. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo aut unus vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Rome non. dec. anno 3.

L. Dipl. Barth. C 585 [fra Jens Rosenkrantz' Museum].

3056. **9. Dec. 1486.**

Optegnelse om, at Biskop Niels Styggesen (Rosenkrantz) betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1486] Dicta die [ɔ: 9. mensis dec.] habuit similiter fl. 31 auri bol. 34 a Nicolao electo Burglanensi pro communi ecclesie Burglanensis per manus societatis de Spanocchis. Fl. 35, 71.

Introitus et Exitus 514 fol. 28.

3057. **11. Dec. 1486.**

Optegnelse om, at Biskop Niels Styggesen (Rosenkrantz) i Børglum lover at betale Servispenge.

Nicolaus fit episcopus Burglanensis 12. kal. dec. anno 3, obtulit fl. $66^2/_3$ 11. [mensis] dec. 1486.

Uddrag af Garampi efter S. C. 27 fol. 62 (tabt).

3058. **6. Jan. 1487.**

Præsten Peder Both fra Børglum Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Sennels.

Alias parrochiali ecclesia in Seds cum suis annexis Burglanensis diocesis per liberam resignationem Seuerini Gregorii vacante, Petrus Both presbiter eiusdem diocesis sibi obtinuit auctoritate ordinaria provideri de eadem, possessione subsecuta. Cum autem dubitet possessionem huiusmodi cum inde secutis viribus non posse subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia [fructus 5 mr.] de novo seu simpliciter providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 8. id. jan. anno 3.

Suppl. 858 fol. 120 v.

3059. **6. Jan. 1487.**

Klerken Ville Friis fra Børglum Stift faar Dispensation til, naar han bliver 19 Aar, at modtage et hvilketsomhelst Beneficium.

Supplicat Veladus Friis clericus Burglanensis diocesis, in decimo septimo vel circa sue etatis anno constitutus, quatenus secum, ut ex nunc quodcunque beneficium . . . . ., si sibi alias canonice conferatur, recipere et, quoad vixerit, etiam cum potestate permutandi totiens quotiens, retinere libere possit, dispensare dignemini, . . . defectu etatis premisse . . . non obstante. Fiat in decimo nono. Datum Rome 8. id. jan. anno 3.

Suppl. 858 fol. 120 v.

3060. **11. Jan. 1487.**

Paven befaler Biskoppen i Ribe at lægge Kirken i Karby ind under Bispestolen i Børglum, saa længe Niels Styggesen (Rosenkrantz) er Biskop der (jfr. Nr. 2332).

Episcopo Ripensi. Divina disponente clementia [etc.]. Sane pro parte Nicolai electi Burglanensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet ecclesia Burglanensis, cui ipse Nicolaus preesse dinoscitur, ab eius primeva fundatione competentibus fuerit dotata redditibus, tamen causantibus bellis et aliis sinistris temporum eventibus, quibus partes ille prohdolor diu afflicte fuerint, ac ipsius ecclesie diuturnis vacationibus ecclesia ipsa adeo in suis redditibus diminuta et deteriorata fuit, ut ipse Nicolaus ex illis juxta pontificalis exigentiam dignitatis se substentare non possit; verum, si parrochialis ecclesia de Karleby sue diocesis, que tempore predecessoris sui mense episcopali dicte ecclesie Burglanensis, quamdiu illi preesset, auctoritate apostolica unita fuit, de novo eidem mense, quamdiu ipse Nicolaus electus ecclesie Burglanensi predicte preesse[t], uniretur, ex hoc profecto ipse Nicolaus electus statum suum sine subditorum et clericorum suorum jactura decentius tenere valeret; quare pro parte eiusdem Nicolai electi, asserentis parrochialis ecclesie predicte ac certarum capellarum illi annexarum 4 mr. fructus non excedere, nobis fuit supplicatum, ut dictam parrochialem ecclesiam eidem mense, quamdiu prefatus Nicolaus electus dicte ecclesie Burglanensi prefuerit, unire dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia aliis uniri tenerentur exprimere verum valorem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, quique de premissis certam notitiam non habemus, fraternitati tue mandamus, quatenus, vocatis, quorum interest, de premissis omnibus ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, et, si per informationem eandem ita esse reppereris, parrochialem ecclesiam predictam cum annexis huiusmodi dicta auctoritate nostra eidem mense, quamdiu prefatus Nicolaus electus dicte ecclesie Burglanensi prefuerit, unias, ita quod, cedente moderno dicte parrochialis ecclesie rectore, liceat eidem Nicolao electo per se vel alios corporalem parrochialis ecclesie et annexarum possessionem propria auctoritate libere apprehendere et, quamdiu dicte ecclesie Burglanensi prefuerit, retinere illarumque fructus in suos ac mense et parrochialis ecclesie ac annexarum predictarum usus convertere, cuiusvis

licentia super hoc minime requisita . . . . Datum Rome 3. id. jan. anno 3.

N. XXV. episcopus Yporiensis.
Reg. Lat. 856 fol. 77 v.

3061. 16. Jan. 1487.

Margrete, Enke efter Jeronimus, fra Bremen Stift faar indsat Dommere i en Sag mod nogle Lægmænd og Gejstlige fra Slesvig og Bremen Stifter, som havde tilføjet hende mange svære Krænkelser.

Cum nonnulli Nicolaus Starke, Nicolaus Nerkle, Nicolaus Et vicarius perpetuus in ecclesia parrochiali in Haselon, Nicolaus Oseborne presbiter, heredes Nicolai Barjohan filii quondam Kerstens, Knue Clawessone et Kannen Spue Wrse, Johan Eggerdus, Jer Junge, Clawes Tele, Nichels Hans, Kerstine Jungclawes, et filii quondam Kerstens Clawes, Kerstens Hans eius frater, Wolkmarus Reymari, Clawes, Reymarus Arndes, Junge Reymar, Johan et Henneken eius frater, Marquardus Seyke, Johan et Kersten Keymer, Jons Poppe et Poppe eius filius, Gesen Syuerdessone, Kersten Lyno Wirkers, Otto Fersen et Nicolaus Dene laici Bremensis et Slesvicensis diocesium Margarete[1]) Jeronimi vidue pauperi mulieri dicte Bremensis diocesis de nonnullis pecuniarum summis sibi debitis bonisque mobilibus et immobilibus ad ipsam jure hereditario ab utroque parente legitime devolutis illo[rum]-que[2]) spolio, detentione et occupatione necnon gravibus et enormibus injuriis, violentiis, percussionibus, vulnerationibus et membrorum mutilationibus ipsi oratrici et eius genitori, dum in humanis ageret, ausu temerario deique timore postposito irrogatis graviter injuriati fuerint eidemque respective injurientur et obnoxii existant in dicte oratricis non modicum prejudicium, dampnum permaximum et gravamen, premissaque[3]) etiam adeo notoria et publica, presertim in partibus illis, existant, quod nulla penitus valeant tergiversatione celari, ipsaque impunita transibunt, nisi s. v. de sua solita clementia occurrat, cum etiam utilitati rei publice intersit, ne crimina, presertim notoria et manifesta, remaneant impunita, sitque perniciosi exempli, quod mulieres viduali statu dedite, que demum plus aliis privilegiate sint, tam dire et atrociter injuriari, percuti, vulnerari et membris mutilari bonisque, rebus presertim hereditariis, de facto spoliari debuerint et privari, et ne aliis cedat in exemplum, ac ne dicti presbiteri et laici adversarii eorumque heredes, complices, fautores et ad-

[1]) Cod. Margarete Margarete [2]) add. Gz. [3]) Gz. — Cod. impremissaque

herentes de tanto facinore remaneant impuniti, pro tanto dicta oratrix in Romana curia propterea presens recurrit ad e. s. v., que pauperes, afflictas, desolatas et oppressas personas et presertim[1]) viduali statu deditas defensare consuevit et debet, prostrata humiliter supplicando, quatenus sibi paterno compatientes affectu . . . dignemini causas, quas dicta Margareta pauper orphana, et que spolio huiusmodi ac adversariorum spoliantium potentia et tyrannide causantibus de divite pauper effecta est, movet movereque vult contra presbiteros et laicos adversarios antedictos eorumque heredes et filios . . . . . omnesque alios sua interesse putantes, etiam dictorum adversariorum injuriantium complices, fautores et adherentes ac eisdem in premissis auxilium, consilium vel favorem prestantes, de predictis bonis, pecuniarum summis, injuriis, percussionibus, vulnerationibus, mutilationibus necnon dampnis et interesse propterea passis et incursis ac patiendis et incurrendis rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius exprimendis et illarum occasione, aliquibus prelatis seu probis viris in partibus illis residentibus per unum breve s. v., hac supplicatione introclusa, summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, cum clausula, quod, si non ambo, etiam alter eorundem exequatur, quem et quotiens oratrix ipsa duxerit eligendum, et(!) excusatione [ɔ: exoneratione] alterius judicis non premissa, mandare audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum . . . . potestate prefatos presbiteros et laicos aliosque adversarios prenominatos et in executione citationis decernende nominandos etiam per edictum publicum, cum ad aliquos eorundem tutus non patet accessus, constito de non tuto accessu, citandi illisque et quibuscunque aliis judicibus et personis sub censuris ecclesiasticis et peccuniariis, quibus sibi videbitur, et camere apostolice applicandis penis totiens, quotiens opus fuerit, simili edicto inhibendi et cum facultate in eventum victorie et rei judicate de omnibus premissis per ipsam oratricem forsan consequende prenominatos presbiteros et laicos et alios adversarios supradictos respective, si spirituales, sub beneficiorum et dignitatum, si vero seculares fuerint, sub honorum, fundorum, officiorum et bonorum, que obtinent et in futurum obtinebunt, privationis et excommunicationis penis monendi[2]) . . . ., ut infra certum brevem peremptorium terminum competentem eis pre-

---

[1]) Gz. — Cod. presertim in [2]) Gz. — Cod. moneant

figendum dicte oratrici de omnibus bonis, pecuniarum summis, quibus spoliata extitit et privata, ac alias sibi debitis, si extant, alioquin in illorum verum valorem, necnon de omnibus injuriis, violentiis, percussionibus, vulnerationibus et membrorum mutilationibus ipsi oratrici et illius genitori respective, sicut prefertur, ac alias factis ac irrogatis una cum omnibus dampnis, expensis et interesse propterea per eandem oratricem passis et incursis ac patiendis et incurrendis satisfaciant . . . . . sibique illa tradant, restituant ac integraliter satisfaciant . . . . . de eisdem, aut interim se cum dicta oratrice seu eius loco procuratore ad hoc sufficiens mandatum habente de premissis omnibus amicabiliter componant . . . . cum potestate dictos presbiteros et laicos aliosque adversarios supradictos in eventum non paritionis huiusmodi interdicti excommunicationis et privationis penas . . . incidisse declarandi, aggravandi et reaggravandi, interdictum ponendi ac auxilium bracchii secularis invocandi ceteraque omnia in premissis necessaria faciendi, que ad plenariam huiusmodi executionem spectant, ... cancellarie regulis, illa presertim, qua caveri dicitur, quod littere executoriales sub plumbo expediri debeant, alias quod sint nulle, et quibuscunque privilegiis communitatibus et inhabitatoribus civitatum, opidorum, villarum, villagiorum, castrorum et aliorum locorum, in quibus dicti adversarii forsan morantur et lites suas fovent, concessis, et quibus forsan inter alia caveri dicitur expresse ipsos extra dictas civitates, opida, villas, villagia, castra et alia loca illorumque dioceses evocari non posse, quibus omnibus pro hac vice dumtaxat derogare placeat, quodque oratrici ipsi liceat eligere alterum ex dictis judicibus deputatis totiens quotiens pro sibi justitia ministranda, ante tamen motam litem, exoneratione superstitis non premissa ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus. Fiat. J. Et per breve s. v. hac supplicatione introclusa. Fiat. J. Datum Rome 17. kal. febr. anno 3.

Suppl. 860 fol. 122 v.

3062. **26. Jan. 1487.**

Klerken Johannes Ernesti fra Hildesheim faar Sognekirken i Erfde i Slesvig Stift.

Supplicat Johannes Ernesti clericus Hildesemensis diocesis, Marii de Mellinis scriptoris v. s. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia s. Marie Magdalene in Arueto Slesvicensis diocesis, per obitum Marquardi Syken [va-

cante] [fructus 4 mr.], providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 7. id. febr. anno 3.

Suppl. 860 fol. 68.

3063. **3. Febr. 1487.**

Optegnelse om Udstedelsen af Bullen Nr. 3060.

[1487] Dicta die [3. febr.] una bulla pro Nicolao electo Burglanensi super unione parrochialis ecclesie Karleby sue diocesis [fructus 4 mr.] facienda mense dicte sue ecclesie, quamdiu ipse eidem prefuerit, cedente vel decedente moderno illius rectore, sub data 3. id. jan. anno 3.

Annate 1486—87 fol. 214 v (Archivio di Stato).

3064. **13. Febr. 1487.**

Klerken Claus Borneman, Præst ved St. Nikolai Alter i Flensborg, faar Tilladelse til at lade sig indvie til alle de gejstlige Grader af en hvilkensomhelst Biskop.

Cum Nicolaus Bornamen, clericus et accolitus, rector altaris s. Nicolai in Flensborch Slesvicensis diocesis, fervore devotionis accensus sit, et quoniam ratione fundationis dicti altaris artatur, ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines promoveri, et postquam promotus fuerit, ministrare et altissimo domino perpetuo famulari [cupit], supplicat igitur, quatenus votis et desideriis [suis][1]) annuentes sibi, ut [ab] antistite catholico . . . in tribus diebus dominicis seu festivis etiam extra tempora a jure statuta ad dictos ordines [valeat se facere][1]) promoveri, et, postquam promotus fuerit, ministrare, [et][1]) eidem antistiti conferendi dictoque oratori dictos ordines recipiendi plenam dignemini impertiri facultatem. Fiat. J. Et per unum breve s. v. Fiat. J. Datum Rome id. febr. anno 3.

Suppl. 860 fol. 211.

3065. **17. Marts 1487.**

Klerken Laurens Vesteni fra Aarhus Stift faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom.

Supplicat Laurentius Vesten clericus Arusiensis diocesis, qui ratione vicarie, quam in ecclesia s. Clementis obtinet, ad sacros ordines se facere promoveri tenetur, quatenus sibi, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente se aliquibus tribus diebus dominicis vel festivis etiam extra tempora a jure statuta ad omnes, etiam sacros et presbiteratus, or-

---

[1]) add. Gz.

dines promoveri facere, ipseque antistes huiusmodi ordines sibi conferre libere possint respective, indulgere dignemini. Fiat. J. Et quod sola signatura presentis supplicationis sufficiat. Et quod examinetur in camera apostolica. Fiat. J. Datum Rome 16. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 862 fol. 1 v.

3066. **17. Marts (10. Maj) 1487.**

Paven bekræfter og fornyer efter Begæring af Generalvikaren og Provinsialvikarerne for Franciskaner-Observanterne flere af sine Formænds Breve om de Brødre, der uden deres Foresattes Tilladelse gaar over fra Observanter til Konventualer.

Generali et provincialibus vicariis[1]) ordinis Minorum de observantia nuncupatorum. Exponi nobis fecistis *(Dipl. Norv. IX, 366—67; Wadding, Annales Minorum XIV, 424—25).* Datum Rome sub anulo piscatoris die 17. martii[2]) 1487 pontificatus anno 2.

Afskrift [i Nic. Jordanis Kopibog og derefter] i Barth. D, 264—67.

3067. **19. Marts 1487.**

Klerken Laurens Vesteni fra Aarhus Stift faar Tilladelse til at forene Besiddelsen af et Vikariat i Aarhus Domkirke med Kanonikat og Præbende sammesteds.

Dudum certis canonicatu et prebenda ecclesie s. Clementis Arusiensis vacantibus, s. v. de illis Laurentio Westeyn clerico Arusiensis diocesis gratiose providit, prout in supplicatione desuper signata . . . . plenius continetur. Cum autem certam perpetuam vicariam in dicta ecclesia sub eodem etiam tecto forsan cum canonicatu et prebenda consistentem possideat, ne igitur in eventum pacifice possessionis canonicatus et prebende predictorum juri sibi in dicta vicaria quomodolibet competenti destitui videatur, quo minus illam una cum dictis canonicatu et prebenda retinere possit, supplicat dictus Laurentius in Romana curia presens, et qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, quatenus sibi, ut vicariam huiusmodi cum canonicatu et prebenda predictis, si illos vigore presentium aut alias assequatur, etiam sub eodem tecto, quoad vixerit, retinere libere possit, concedere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 14. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 862 fol. 238 v.

[1]) Hos Wadding: Vicario generali Cesimontano

[2]) Hos Wadding med Datoen 10. maji.

3068. **20. Marts 1487.**

Paven befaler Biskoppen i Odense og Kannikerne Paulus de Casellis i Reggio og Dines Jensen i Viborg at overdrage Laurens Vesteni Kanonikater og Præbender i Ribe og Aarhus.

Episcopo Ottoniensi et Paulo de Casellis ac Dionisio Johannis Regine et Vibergensis ecclesiarum canonicis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum autem Ripensis et s. Clementis Arusiensis ecclesiarum canonicatus et prebende, quos Anerius Henrici[1]) obtinebat, per obitum eiusdem Anerii vacent ad presens, nos Laurentio Westen[2]) clerico Arusiensis diocesis, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . Ripensis et s. Clementis ecclesiarum canonicatus et prebendas huiusmodi [fructus insimul 4 mr.][3]) . . . eidem Laurentio auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 13. kal. aprilis anno 3.

XXII.

Reg. Vat. 734 fol. 82; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 863 fol. 47 v.

3069. **24. Marts 1487.**

Paven, der tidligere har udsendt Provsten ved St. Sebastians Kirke i Magdeburg Guntherus de Bunow som Nuntius og Kollektor til Danmark, Sverige, Norge og Tyskland for at opkræve de Penge, som var indsamlede i disse Lande af Marinus de Fregeno, af det romerske Helligaandsklosters Udsendinge og af Bartholomæus Marasca, men har bragt i Erfaring, at Guntherus ikke kan overkomme sit Arbejde alene, udnævner derfor Abbeden Johannes Antonius i Klostret St. Geminus i Narni Stift og Kanniken Dr. Hermannus Tuleman i Utrecht til Nuntier og Kollektorer sammen med ham. De skal ligeledes opkræve de Penge, der er indsamlede af Bartholomæus de Camerino og hans Subkollektorer.

Johanni Antonio abbati monasterii s. Gemini de Sanctogemino Narniensis diocesis et Hermanno Tuleman canonico ecclesie Trajectensis, decretorum doctori, acolito nostro, ad Dacie Svecie et Norvegie regna et illis adjacentia insulas et loca, universam quoque Germaniam nuntiis et commissariis nostris ac nonnullorum piorum suffragiorum, fructuum quoque omnium camere apostolice in illis debitorum collectoribus. Ex fideli et solicita diligentia *(Dipl. Norv. XVII, 619—23).* Datum Rome 9. kal. aprilis anno 3.

Reg. Vat. 693 fol. 125 v.

---

[1]) II: Arnerus [2]) II: Mesteni [3]) II: fructus separatim 4 mr.

3070. **6. April 1487.**

Paven giver de Beboere af Tyskland, Danmark, Sverige og Norge, der i Løbet af 1½ Aar giver et Bidrag til Tyrkerkrigen til hans Udsendinge Abbed Johannes Antonius i St. Geminus (Narni Stift), Provsten Guntherus de Bunow i Magdeburg og Kanniken Hermannus Tuleman i Utrecht. Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der maa give dem Aflad een Gang i Livet for alle Forseelser, ogsaa dem, hvis Paakendelse ellers er forbeholdt Pavestolen, samt, saa ofte de ønsker, for alle ikke reserverede Forseelser; desuden maa Skriftefaderen tillade dem at ombytte visse fromme Løfter med andre. Al anden Aflad suspenderes foreløbig. Johannes, Guntherus og Hermannus udnævnes til Nuntier og Kollektorer med Ret til at vælge Prædikanter, særlig Franciskanerobservanter, til at lade Folk løskøbe sig for Simoni, til at give Ægteskabsdispensationer, Aldersdispensationer m. m. Endelig opfordrer Paven dem til at udføre deres Hverv trofast og nidkært.

Ad perpetuam rei memoriam. Sacrosanctis domini nostri Jesu Christi preceptis *(Dipl. Norv. XVII, 1110—1117)*. Datum Rome 8. id. aprilis anno 3. *De curia.*

Reg. Vat. 722 fol. 262 v.

3071. **7. April 1487.**

Prioren og Brødrene i Katrineklostret i Ribe faar bevilget en tidligere Supplik (Nr. 3033) med en Rettelse.

Reformatio prioris et fratrum s. Caterine Ripensis.

Per inadvertentiam prefatorum prioris et fratrum ac procuratoris eorundem in preinserta supplicatione fuit supplicatum Bonifacio pape VIII, qui tamen fuit Bonifacius papa IX. Dignetur igitur s. v. litteras ipsas sub [nomine] Bonifacii pape IX expediri mandare. Fiat. J. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl. 862 fol. 100 v.

3072. **7. April 1487.**

Nonnerne Anna Hindzadoth og Katarina i Dalum Kloster faar det overdraget til Prioren i Antvorskov og Provsten i Viborg at tillade dem at forlade deres Kloster og overgaa til et andet Benediktinerkloster.

Exponitur pro parte Anne Hindzsadoth ac Caterine sue consororis monasterii seu loci Dalum ordinis s. Benedicti diocesis Ottoniensis in regno Dacie ultra mare constituti, quod alias dicte domus seu monasterii moniales secundum ordinis institutam regulam bene et virtuose vivendo operam dederint, tamen jam propter vitam inordinatam tam abbatisse quam aliarum sororum in dicto loco commorantium, que laxatis habenis in mala fama ordinem et domum ipsam denigrarunt ac quotidie male vivendo denigrant, cum eis in bona conscientia cohabitare

formidabant. Quare pro parte dictarum Anne et Caterine supplicatur, quatenus earum saluti animarum consulentes, ut priori in Andwarscragh diocesis Roskildensis ac preposito Vibergensi mandare dignemini, ut constito de premissis auctoritate apostolica eisdem oratricibus licentiam [concedant][1]) locum alium eiusdem ordinis vel alium magis artum[2]) intrare, ubi deo cum quiete et sine conscientie scrupulo servire poterunt. Fiat in regulari observantia. J. Et per breve attenta paupertate oratricum. Fiat. J. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl. 862 fol. 100 v.

3073. **7. April 1487.**

Rektoren Jens Laurenssen fra Roskilde Stift faar et Kanonikat og »Vicedominat« [i Camin?].

Supplicat Johannes Laurentii rector scolarium Roskildensis diocesis, [quatenus sibi] de canonicatu ac vicedominatu ecclesie . . .[3]) [fructus insimul 24 duc. auri], [vacantibus per obitum] Johannis, providere dignemini. Fiat. J. Et quod maior et verior [valor][1]) fructuum beneficiorum usque ad 40 duc. in totum in litteris exprimi possit . . . . Et quod littere insimul et ad partem, prout oratori magis expedierit, expediri possint. Fiat. J. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl 863 (meget ødelagt af Fugtighed) fol. 162 v.

3074. **12. April 1487.**

Optegnelse om Udstedelsen af Afladsbullen Nr. 3070 (6. April 1487).

[1487] Dicta die [ɔ: 12. mensis aprilis] una bulla pro Johanne Antonio abbate monasterii s. Gemini de s. Gemino ordinis s. Benedicti Narniensis diocesis et Gunthero de Bunawe preposito s. Sebastiani Magdeburgensis et Hermanno Tuleman canonico Trajectensi domini nostri familiaribus, nuntiis et collectoribus oblationum pro fide obventurarum in Alamanie et Dacie, Svecie et Norvegie regnis, insulis etc. deputatis cum facultatibus et indulgentiis etc. sub data 8. id. aprilis anno 3. Restituta episcopo Aleriensi mandanti de mandato domini nostri.

Annate 1486—87 fol. 234 v (Archivio di Stato). Trykt Dipl. Norv. XVII, 623.

3075. **19. April 1487.**

Klerken Bjørn Eriksen fra Viborg Stift faar Tilladelse til at besøge det hellige Land.

---

[1]) add. Gz. [2]) aptum Gz. [3]) Hul i Codex.

Cum Bero Erici clericus Vibergensis diocesis fervore devotionis accensus ac de propria et parentum eius salute cogitans cupiat terram sanctam Jerusalem deo propitio visitare, supplicat igitur, quatenus . . . sibi terram sanctam huiusmodi libere visitandi facultatem concedere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Fiat. J. Datum Rome 13. kal. maji anno 3.

Suppl. 863 fol. 265.

3076. 27. April 1487.

Sognepræsten Mikkel Jensen i Medelby i Slesvig Stift faar indsat Dommere imod nogle Lægmænd og Gejstlige fra samme Stift, som har berøvet hans Præstekald nogle Ejendomme.

Exponitur s. v. pro parte Michaelis Johannis pauperis presbiteri, rectoris parrochialis ecclesie s. Mathei apostoli et evangeliste ville Medelbu in Kerherde Slesvicensis diocesis, gravi cum querela, quod, licet alias Paulus papa II vigore perpetue constitutionis sive bulle, cuius copia preinseritur *(1. Marts 1468; Nr. 2415)*, contra immobilia et pretiosa mobilia bona deo dicata, ex quibus ecclesie, monasteria ac pia loca reguntur, illustrantur illorumque ministri sibi alimoniam vendicant, prophanis usibus applicare aut cum maximo illorum ac divini cultus detrimento exquisitis mediis usurpare ipsaque alienare presumentes decreverit tam alienantes quam eos, qui alienatas res et bona predicta receperint, sententiam excommunicationis incurrisse . . ., et, si prelati, videlicet commendatarii et alii ecclesiarum rectores beneficiati vel administrationes quomodolibet obtinentes, fuerint, prioratibus, prepposituris, prepositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis aliisque ecclesiasticis cum cura et si[ne] cura secularibus et regularibus beneficiis, quorum res et bona alienarunt, dumtaxat ipso facto pri[vatos] existere illaque absque declaratione aliqua vacare debere, nichilominus nonnulli, videlicet Johannes Lasse, Vmarus Pelsen, Johannes Nigelsen, Nicolaus Hanszen, Yesse Hanszen, Yesse Perszen, Petrus Wersen et Andreas Bassen villani laici in Erherde dicte diocesis et s[u]i in hac parte complices, quo spiritu ducti nescitur, oratorem ipsum quibusdam agris et pratis etiam notabilibus in locis Legel et Swibecke dicte diocesis situatis et ad dictam ecclesiam pleno jure etiam ab antiquo pertinentibus, nonnullis iniquitatis filiis, videlicet Enwaldo Sovenbroeder preposito, Henrico Vaget, Jacobo Seuelbergh, Alberto Wilhauen, Andrea Junge, Troderto Engelke, Benedicto, Ottone

Nicolai et Nicolao Junge canonicis ecclesie Slesvicensis instantibus et procurantibus, spoliarunt et illa in dicta ecclesia alienarunt licet de facto. Quis enim dubitat dictos adversarios laicos et alios nominatos instantes et procurantes[1]) contra omnem juris rigorem et canonicam equitatem ac ecclesiasticam libertatem premissa fecisse et attemptasse ipsosque tamquam jurium violatores [ac] transgressores fore penis legalibus acriter fer[i]endos[2]) ac eos excommunicationis maioris sententiam et alias penas, sententias et censuras ecclesiasticas etiam privationis etc. in talibus et contra tales res et bona et fructus ecclesiarum temere et violenter alienare non formidantes a jure promulgatas et [in tenore][2]) bulle seu constitutionis preinserte a[c][2]) die jovis sancta anno singulo publicari solite contentas et expressas ipso facto temere et scienter incidisse et incurrisse et quibus usquequaque insorduerunt, prout insurdescunt de presenti, in animarum suarum grave periculum, ecclesiastice libertatis vilipendium et conculcationem et dicti oratoris permaximum prejudicium, dampnum, injuriam et gravamen? Ne igitur premissa, que adeo publica et notoria, saltim in dictis partibus, existunt, quod nulla penitus valeant tergiversatione celari, transierint impunita, et bona ecclesie huiusmodi perpetuo alienata remanere videantur, prout re vera transibunt et remanebunt, nisi s. v. de sua solita clementia occurrat, et ut pena ipsorum alias forte similia et peiora audentes valeat formidare, recurrit ad pedes e. s. v. dictus Michael orator, qui[3]) jam senio confractus pro dictis bonis alienatis recuperandis et divini cultus augmento in curia Romana presens existit, quatenus sibi paterno compatientes affectu . . . . dignemini aliquibus prelatis seu probis viris in partibus illis residentibus per unum breve s. v. mandare, ut constito sibi de premissis summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, prenominatos prepositum, canonicos et laicos adversarios eorumque complices, fautores et adherentes ac eisdem in premissis auxilium . . . . quovis quesito colore . . . . prestantes . . . . omnesque alios sua interesse putantes et in executione moratorii in eventum citatorii presentium vigore decernendi nominandos sub penis, sententiis et censuris etiam privationis in dictis litteris apostolicis et processibus desuper . . . forsan fulminatis contentis moneant et requirant vel alter eorum, qui ad hoc primo requisitus fuerit, moneat et requirat, ut infra certum brevem peremptorium ter-

---

1) Cod. procurantes ob premissa contra 2) add. Gz. 3) Gz. — Cod. quique

minum competentem prefigendum prefato oratori omnes agros omniaque prata et bona alia a dicta ecclesia alienata restituant ac[1]) ipsum ac[1]) illam et[2]) illa in eum, quo ante alienationem huiusmodi fuerant, statum reintegrent sibique etiam de omnibus injuriis sibi irrogatis dampnisque, expensis et interesse premissorum occasione passis et incursis ac patiendis et incurrendis satisfaciant . . . . realiter et cum effectu, cum potestate citandi . . .[3]), [ac casu] quo dicti monendi monitionibus huiusmodi non paruerint aut alias se legitime non excusaverint, [omn]es penas, sententias et censuras etiam privationis etc. antedictas incidisse declarandi [illa]sque eorum contumacia id exigente aut alias, prout justum fuerit, aggravandi, reaggravandi, interdictum ecclesiasticum ponendi ac auxilium bracchii secularis totiens, quotiens opus fuerit, contra eos eorumque res et bona decernendi et invocandi dictisque etiam adversariis et aliis, quibus videbitur, etiam judicibus et personis sub excommunicationis et pecuniariis, de quibus sibi videbitur, penis inhibendi ceteraque faciendi et exercendi, que merita causarum huiusmodi ac juris ordo postulaverint et requisiverint ac in premissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna. Concessum de commissione cause in presentia pape. Jo. cardinalis Mediolanensis. Et cum absolutione a censuris ad effectum presentium, Pauline introcluse et commissionis attenta presentia oratoris et illius paupertate . . . . Datum Rome 5. kal. maji anno 3.

Suppl. 864 fol. 10.

3077. **3. Maj 1487.**

Johanniterordenens Stormester paa Rhodos faar stadfæstet de Regler, som Visitatoren Johannes de Cardona havde faaet indført for Valg af en Prior for Provinsen Dacia.

Olim magister hospitalis s. Johannis Jerosolimitani et conventus Rhodi hospitalis eiusdem, ne prioratus Dacie, Svecie et Norvegie dicti hospitalis regnorum predictorum ob illius ab insula Rhodi distantiam occurrente illius vacatione detrimentum pateretur, provide ordinaverunt, quod in huiusmodi vacationis eventum ad electionem inibi futuri prioris per illius et membrorum eiusdem preceptores et fratres sub certis tunc expressis modo et forma pro tempore procederetur, deberetque electus sui electionem a magistro hospitalis prefati pro tempore exi-

[1]) Gz. — Cod. ad [2]) Gz. — Cod. illum et ad
[3]) Ødelagt af Fugtighed (omtrent 10 Bogstaver).

stente vel alio ad hoc ab eo potestatem habente obtinere, fuitque juxta ordinationem eandem ab immemorabili tempore citra prioris electio occurrente tali vacatione celebrata; et deinde quidam Johannes de Cardona baiulivus domus Moricar[1]), dicti hospitalis, prioratuum et membrorum dicti hospitalis per universum mundum visitator et [ɔ: a] tunc magistro et conventu Rhodi hospitalis eiusdem cum plena potestate reformatione indigentia in eisdem reformandi specialiter deputatus, per sedem apostolicam confirmatus et [ad] Dacie, Svecie et Norvegie regnorum prioratum dicti hospitalis personaliter se conferens ac provide attendens, quod illius fratres ad insulam Rhodi pro fidei catholice defensione in ultramontanis partibus commode se conferre non poterant, creveratque adeo numerus eorundem, quod eiusdem prioratus fructus ad eorum sustentationem et solutionem responsionis per eos debite annuatim communi thesaurario ipsius hospitalis et alia ipsius prioratus onera perferenda[2]) [non] commode sufficiebant, cessaverantque aliquamdiu et cessabant prior et fratres dicti prioratus propterea in responsionum earundem solutione in [non] modicum dicti hospitalis detrimentum, et ne hospitale ipsum in posterum tali detrimento afficeretur, providere volens, inter alia priori et fratribus predictis ei[us]dem[3]) inibi [ɔ: inhibuit], ne de cetero in prioratu ipso et membris eius reciperent in fratres nisi solum illos, qui necessarii essent pro cultu et servitio divino celebrando et decantando in ecclesiis eorundem, ita quod cultus ipse debitis et consuetis in nullo diminueretur obsequiis, sed in eisdem ecclesiis cum summa devotione et decenti numero fratrum celebraretur omni superfluitate fratrum ammota. Ut igitur premissa sic provide ordinata et extunc laudabiliter observata eo firmius illibata perdurent, quo erunt maiore robore solidata, supplicant prior et fratres dicti prioratus, sub regulari observantia divinis inibi obsequiis insistentes, quatenus eisdem ordinationi, inhibitioni ac, prout illa concernunt, omnibus in instrumentis seu litteris autenticis desuper confectis contentis confirmationem adjicere[4]), et ne contra tenorem dicte ordinationis, quo minus libere, dum prioratum ipsum pro tempore vacare contingat, secundum deum et rectam conscientiam ac modum et formam dudum a magistro hospitalis predicti tunc existente eis

---

[1]) H: baiulive Maioricarum [2]) Cod. proficienda [3]) add. Gz.
[4]) Gz. — Cod. confirmare

traditam et concessam priorem inibi eligant, impediantur neve ad recipiendum aliquos inibi fratres contra inhibitionem predictam inviti compellantur per quoscunque cuiuscunque status, sub excommunicationis late sententie pena inhibere et aliquos executores, qui eis in hoc efficacis defensionis presidio assistant et non permittant contra inhibitionem ipsam molestari seu quomodolibet inquietari et contra facientes excommunicatos publicent, deputare dignemini, ... invocato etiam auxilio bracchii secularis . . . . Fiat. J. Datum Rome 5. non. maji anno 3.

Suppl. 865 fol. 261 v. Jfr. Nr. 3084, hvis Afvigelser er anførte som II.

10. Maj 1487.

Se 17. Marts 1487 (Nr. 3066).

3078. **29. Maj 1487.**

Dronning Dorothea opnaar for sig selv og en anden Kvinde, hun vælger, den Aflad, Franciskanerne faar ved at læse den hellige Franciscus's 7 Bodssalmer.

Cum Dorothea Dacie, Svecie et Norvegie regina permaxime optet pro salute anime sue ac remissione suorum peccatorum posse consequi omnes indulgentias per Romanos pontifices pro lectura septem salmorum penitentialium fratribus ordinis s. Francisci, de observantia nuncupatis, concessas, idcirco supplicat prefata regina, quatenus sibi et uni alteri mulieri de suis, quam ipsa regina pro legendis dictis septem salmis penitentialibus una secum duxerit eligendam, ut indulgentias dictis fratribus de observantia pro lectura dictorum septem salmorum penitentialium per Romanos pontifices concessas totiens, quotiens septem salmos huiusmodi legerint, consequantur ac consequi possint, concedere dignemini. Fiat. J. Et per breve. Datum Rome 4. kal. junii anno 3.

Suppl. 865 fol. 196 v.

3079. **29. Maj 1487.**

Borgerne i Haderslev faar Tilladelse til at oprette et Helligaandskloster og gøre Helligaandsbroderen Jens Madsen til dets Prior.

Cum communitas et cives civitatis Haderslewensis, cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio[1]) commutare, quandam domum in dicta civitate sitam in domum sive hospitale sub ordine s. Spiritus in Saxia, in qua aliqui fratres dicti ordinis, qui inibi deservire possint in divinis, recipiantur, summo opere erigi desiderant, supplicant igitur tam prefati

[1]) Cod. commemoratione

quam Johannes Mathie frater dicti ordinis, qui presbiter et dictum ordinem expresse professus existit, quatenus eisdem, ut (!) dictam domum in dicta civitate sitam in domum sive hospitale ordinis s. Spiritus in [ɔ: cum] ecclesia sive capella, campanili, campana, ortis, ortalitiis ac aliis necessariis officinis pro usu et habitatione religiosorum ibidem pro tempore degentium de novo erigendi, construendi et edificandi . . . . ipsumque Johannem administratorem dicte domus seu hospitalis, quamdiu vixerit, deputare [ɔ: -tandi] sibique quoscunque alios dicti ordinis fratres in dicta domo in fratres recipiendi ipsisque fratribus de quibuscunque aliis domibus dicti ordinis ad domum prefatam transeundi et ibidem perpetuo remanendi facultatem concedere necnon domui seu hospitali et inibi pro tempore degentibus religiosis, ut omnibus privilegiis . . . . ordini predicto per sedem apostolicam quomodolibet concessis gaudere libere valeant, indulgere dignemini, non obstantibus Martini pape V, que incipit *Viam ambitiose cupiditatis,* et aliis apostolicis constitutionibus. Fiat sine prejudicio. J. . . . Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam . . . . Datum Rome 4. kal. junii anno 3.

Suppl. 865 fol. 218.

3080. **29. Maj 1487.**

Klerken Peder Albertsen fra Roskilde Stift faar det overdraget til den pavelige Auditør Eggert Durkop at give ham ny Provision paa Kanonikat og Præbende i København, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Postquam Petro Alberti clerico Roskildensis diocesis, decretorum doctori, de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie b. Marie virginis Affnensis dicte Roskildensis diocesis, per obitum Johannis Nicolai tunc vacantibus, ordinaria auctoritate provisum extitit, illorum possessione subsecuta, quidam Johannes Laurentii assertus clericus eiusdem diocesis, pretendens sibi in dictis canonicatu et prebenda jus competere, causam contra eundem oratorem de dictis canonicatu et prebenda Egerdo Durcop, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori, committi ipsumque oratorem coram eodem auditore citari fecit. Verum [cum], quia eventus litis dubii sunt, asseratur ab aliquibus neutri prefatorum Petri et Johannis collitigantium in dictis canonicatu et prebenda jus competere, propterea supplicat idem orator, quatenus . . . . . dignemini prefato Egerdo auditori mandare, ut, si per eventum litis et cause huiusmodi sibi constiterit neutri prefatorum Johannis et Petri collitigantium in dictis canonicatu et prebenda jus competere, canonicatum et prebendam huiusmodi [fructus

4 mr.[1] prefato oratori auctoritate apostolica conferat sibique provideat de eisdem. Fiat. J. Datum Rome 4. kal. junii anno 3.

Suppl. 865 fol. 252 v.

3081. **8. Juni 1487.**

Kong Hans faar Tilladelse til at hente Relikvier fra »Scala cæli« i Rom og lade dem bringe til Maribo Kloster ved sin Kapellan Ejler.

Cum Johannes rex Dacie singularem gerit devotionis affectum ad reliquias sanctorum decem milium martirum, orat igitur atque obsecrat ac ut obedientissimus s. Romane ecclesie vestreque sanctitatis filius supplex precatur, quatenus, [ut][1]) reliquias aliquas quamcunque parvas in Scala Celi ex ossibus sive costis ibidem reconditis de v. s. licentia sibi concedenda et in persona Eleri prefati oratoris capellani accipere et secum reverenter ad monasterium Mariebo ordinis s. Brigide in regno Dacie constitutum deferri [ↄ: -re] lice[a]t reverenter (!), eidem concedere dignemini . . . Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, . . . et committatur vicario Urbis. Fiat. J. Datum Rome 6. id. junii anno 3.

Suppl. 866 fol. 78 v.

3082. **12. Juni 1487.**

Paven befaler Prioren for Helligaandsklostret i København og Ærkedegnen i Roskilde, at de skal bringe den Dom til Udførelse, som Biskoppen i Roskilde har fældet i en Sag mellem Københavns Domkapitel og St. Nikolaj Sogns Beboere om Fisketienden af Nikolaj Sogn, som Biskoppen havde tilkendt Frue Kirke.

Priori prioratus s. Spiritus Hafnensis Roskildensis diocesis et archidiacono ecclesie Roskildensis. Sua nobis modernus decanus . . . . petitione *(Kbhs. Dipl. IV, 200; Reg. 4837).* Datum Rome pridie id. junii anno 3.

Indtaget i Notarialinstrument af 14. Sept. 1487 (Bartholin F, 175).

3083. **21. Juni 1487.**

Johanniterne faar Bullen Nr. 3077 (3. Maj 1487) udfærdiget med en Tilføjelse.

Reformatio prioris et fratrum hospitalis s. Johannis Jerusolimitani Dacie.

Dignetur s. v. litteras super supplicatione, cuius copia preinseritur, cum inhibitione predicta sub pena interdicti ingressus ecclesie in episcopos et superiores prelatos et excommunicationis

[1]) add. Gz.

late sententie in alios quacunque ecclesiastica vel mundana, etiam principali, dignitate fungentes contravenientes eo ipso incurrenda ita, ut, si episcopi et superiores sub interdicto huiusmodi per mensem permanserint, excommunicationis penam eo ipso incurrant, et cum invocatione bracchii secularis expediri mandare. Fiat. J. Datum Rome 11. kal. julii anno 3.

Suppl. 865 fol. 299.

3084. **21. Juni 1487.**

Paven stadfæster Johanniterordenens Regler for Valg af en Prior for Provinsen Dacia.

Ad perpetuam rei memoriam. Regimini universalis ecclesie quamquam immeriti disponente domino presidentes, curis perurgemur assiduis, ut juxta credite nobis dispositionis officium quieti subditorum quorumlibet, presertim sub regulari observantia studio vacantium pie vite, in quorum utique prosperitate reficimur jugi, quantum nobis ex alto commissum fuerit, solicitudinis studio intendamus, et hiis, que pro religionis incremento provide ordinata et concessa comperimus, ut illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolici adjicimus roboris firmitatem. Sane pro parte prioris et fratrum prioratus Dacie, Svecie et Norvegie hospitalis s. Johannis Jerosolimitani nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim tunc magister generalis dicti hospitalis et conventus Rhodi [*etc. som Nr. 3077 til* inhibere] dignaremur. Nos igitur, qui vacantibus sub regulari observantia apostolici favoris presidium libenter impendimus et [in][1]) hiis, que tranquillitatem eorum respiciunt, nos eis gratiosos et favorabiles exhibemus, . . . ordinationem et inhibitionem predictas ac, prout illas concernunt, omnia in litteris et instrumentis auctenticis super illis confectis contenta tenore presentium confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus . . . ., et, ne contra tenorem dicte ordinationis, quominus fratres predicti occurrente pro tempore prioratus vacatione huiusmodi ad futuri inibi prioris electionem procedere valeant, impediantur, neve fratres ipsi ad recipiendum aliquos in dicto prioratu in fratres contra inhibitionem predictam inviti compellantur per quoscunque cuiuscunque status existentes et quacunque dignitate et auctoritate ecclesiastica, etiam episcopali et superiori, vel mundana, etiam principali, fungentes sub interdicti ingressus ecclesie per episcopos et superiores prelatos ac excommunicationis late sen-

---

[1]) add. Gz.

tentie per alios ab eis eo ipso incurrendis [penis] eisdem auctoritate et tenore inhibemus . . . . Datum Rome 11. kal. julii anno 3.

Simili modo preposito s. Nicolai Grepswaldensis et Haffenensis Caminensis et Roskildensis diocesium ac Lubicensis decanis ecclesiarum . . . .

N. XXX. XV. N. episcopus Yporiensis.
Reg. Lat. 846 A fol. 73.

3085. **30. Aug. 1487.**

Paven bekræfter Cistercienserordenens Privilegier og fritager dem for at staa under den ordinære Jurisdiktion.

Ad perpetuam rei memoriam. Ad Romani pontificis spectat officium suorum predecessorum inherendo vestigiis illa, que per ipsos predecessores laudabiliter ac provida ratione pro statu et quiete personarum sub regulari observantia assidue studio pie vite vacantium gesta sunt, ut mayorem obtineant roboris firmitatem, quo sepius fuerint apostolico presidio communita, sui presidii munimine roborare et illa etiam de novo concedere, prout rationabiles cause suadent et id in domino conspicit salubriter expedire. Sane pro parte Johannis Cistercii Cabilonensis diocesis aliorumque Cisterciensis ordinis monasteriorum abbatum et conventuum eorundem nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet ipsi eorumque ac dicti ordinis monasteria tam virorum quam mulierum et alia religiosa loca et membra ac monachi, moniales, vasalli, subditi et eis servientes bonaque omnia jam dudum per plures Romanos pontifices sub ipsorum pontificum et apostolice sedis protectione recepti et recepta ac sedi predicte immediate subjecti et subjecta necnon ab omni jurisdictione ordinaria exempti et exempta fuerint, eisque concessum exstiterit[1]), ut ad prestationem aliquarum collectarum seu subsidiorum aut procurationum et aliarum exactionum per sedem predictam seu eius legatos aut ipsorum auctoritate et mandato seu per locorum ordinarios vel alios pro tempore impositarum non tenerentur, tamen desiderant pro mayori eorum quiete premissis receptioni, exemptioni, subjectioni et aliis predictis etiam nostre approbationis robur adjici illaque omnia etiam per nos eis de novo concedi. Quare pro parte abbatum et conventuum predictorum nobis fuit supplicatum, ut receptioni, exemptioni et subjectioni predictis ac singulis desuper confectis

[1]) Gz. — Cod. constiterit

litteris pro illorum subsistentia firmiori robur nostre approbationis adjicere ac eos necnon monasteria, loca, membra, monachos, moniales, vassallos, subditos, servientes et bona omnia huiusmodi de novo sub nostra et sedis predicte protectione suscipere ac ab huiusmodi jurisdictione perpetuo eximere et totaliter liberare . . . . . dignaremur. Nos igitur, qui in singulorum sub regulari observantia pie vite studio vacantium quiete reficimur, cupientes, ut religiosi dicti ordinis, quos pre ceteris propter uberes fructus, quos in militanti ecclesia continue bonis eorum operibus afferunt, in visceribus gerimus caritatis, eo liberius divinis beneplacitis insistere possint, quo a sede predicta mayori libertatis privilegio noverint se communitos, huiusmodi supplicationibus inclinati, receptionem, exemptionem, subjectionem ac singulas desuper confectas litteras cum omnibus in eis contentis clausulis ex certa scientia tenore presentium approbamus ac perpetue et inviolabilis firmitatis robur obtinere decernimus . . . . Et nichilominus pro potioris cautele suffragio monasteria, loca, membra, bona omnia predicta presentia et futura, abbates, abbatissas, monachos, moniales, vassallos, subditos et servientes prefatos nunc [et] pro tempore existentes scientia prefata sub b. Petri et sedis predicte ac nostra protectione suscipimus ac ab omni jurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio et potestate archiepiscoporum, episcoporum et aliorum judicum ordinariorum eorumque vicariorum et officialium quorumcunque necnon a solutione subsidiorum etiam caritativorum, procurationum, collectarum et aliarum exactionum huiusmodi pro tempore imponendarum scientia predicta perpetuo prorsus eximimus et totaliter liberamus ac nobis et sedi predicte subjicimus, ita quod archiepiscopi, episcopi, ordinarii, vicarii, judices et officiales predicti etiam ratione delicti aut contractus vel rei, de qua agetur[1]), ubicunque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat, nullam in eos vel[2]) eorum aliquem aut monasteria, membra et bona predicta tamquam prorsus exemptos et exempta jurisdictionem, correctionem, superioritatem, dominium vel potestatem exercere aut excommunicationis, suspensionis vel interdicti aut quasvis alias sententias, censuras et penas ecclesiasticas promulgare presumant seu possint aut debeant quoquomodo, nec ipsi sic exempti coram illis aut ipsius sedis legatis vel subdelegatis, nisi in litteris

[1]) Gz. — Cod. ageretur [2]) Gz. — Cod. et

eis pro tempore directis de presentibus specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio fiat, ad judicium evocari aut quovis modo directe vel indirecte molestari possint, decernentes omnes processus, sententias, censuras et penas, quos et quas per archiepiscopos, episcopos, ordinarios, judices, vicarios et officiales predictos . . . contra abbates et alios exemptos necnon monasteria et loca huiusmodi etiam exempta, ut prefertur, haberi vel promulgari, necnon, quicquid secus super hiis ab eis et alio quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti, non obstantibus Innocentii pape IV, que incipit *Volentes*, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis . . . . Verum quia difficile foret [*etc. som Nr. 1567*]. Datum Rome 3. kal. sept. anno 3.

[Simili modo] Abbati monasterii s. Stephani de Diuione Lingonensis diocesis et Parisiensis ac Cameracensis ecclesiarum decanis.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 25—27. Danske samtidige Oversættelser med ufuldstændig Dato i Codex Esromensis, 277—79 og Løgum Klosters Brevbog (Script. rer. Dan. VIII, 203—05, Reg. 5030), indtagne i Notarialinstrumenter af 26. Juni 1492 og 4. Febr. 1494; samt i et Notarialinstrument af 12. Jan. 1494 i Riksarkivet i Stockholm (Pergamentsbref rörande Danmark; Cod. Esrom. 288—89).

3086. 30. Aug. (20. Dec.) 1487.

Klerken Henricus Crassow fra Roskilde Stift faar Dispensation til at benytte Camin-Kirkens Ritus.

Cum Henricus Crassow clericus Roskildensis diocesis, ex utroque parente de nobili et militari genere procreatus, cupiat divinum officium horasque canonicas nocturnas et diurnas secundum usum et ritum diocesis Caminensis, in qua idem orator perpetuus beneficiatus existit, celebrare et dicere ac in illo altissimo deservire, supplicat igitur, quatenus sibi, ut officium huiusmodi, quoad vixerit, dicere, orare et celebrare, cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, [libere possit], et ne propter hoc a quoquam invitus cogi vel coartari valeat, licentiam[1]) concedere secumque dispensare dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento, quod est presens in curia[2]). Fiat. J. Datum Rome 3. kal. sept. anno 3[3]).

Suppl. 870 fol. 33 og (II) 874 fol. 69.

---

[1]) Cod. libere possit licentiam [2]) II: Et per breve s. v.
[3]) II: 13. kal. jan. anno 4.

30. Okt. og 2. Nov. 1487.

Suppliker fra Birger Gunnersen se 8. Nov. 1487.

3087. **8. Nov. (30. Okt., 2. Nov.) 1487.**

Paven befaler Biskopperne i Glandeves og Roskilde og Kanniken i Modena Johannes Baptista fra Ferrara at overdrage Klerken Magister Birger Gunnersen fra Lunde Stift, Dronning Dorotheas Kansler, Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Peder Nielsens Død.

Glandatensi et Roskildensi episcopis ac Johanni Baptiste de Ferrariis canonico ecclesie Mutinensis. Litterarum scientia, vite ac morum honestas *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome 6. id. nov. anno 4.

N. XX. 18. kal. maji anno 5. episcopus Yporiensis.

Reg. Lat. 865 fol. 181 v; ogsaa Suppliker i Suppl. 878 fol. 165 v, 879 fol. 127 v (her dateret 4. non. nov. anno 4) og 879 fol. 141 (her dateret 3. kal. nov. anno 4).

20. Dec. 1487.

Supplik af denne Dato se 30. Aug.

3088. **30. Dec. 1487.**

Paven giver 5 Gejstlige de samme Rettigheder som de pavelige familiares continui commensales antiqui.

Motu proprio etc. Infrascriptos, quibus dudum sub data kal. nov. anno 3 sub certis modis et formis gratias concessimus expectativas, ... specialibus favoribus prosequi volentes, eis, ut ex gratiis et litteris huiusmodi celeriorem consequantur effectum, quod in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum aliorumque beneficiorum quorumcunque, que vigore gratiarum expectativarum huiusmodi seu illarum revalidationum . . . . respective expectant et expectabunt et duxerint acceptanda, huiusmodi assecutione omnibus . . . prerogativarum [et] antelationum . . . . favoribus [et] privilegiis, quibus nonnulli nostri familiares continui commensales antiqui, in certis aliis nostris litteris seu libro cancellarie descripti, in assecutione canonicatuum . . . seu aliorum beneficiorum quorumcunque, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis etiam motu simili concessarum et concedendarum expectant et duxerint acceptanda vel alias quomodolibet [consequentur][1]), gaudent aut gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ad instar, sed pariformiter et eque principaliter ac absque ulla differentia eorundem familiarium antiquorum descriptorum sine

---

[1]) add. Gz.

tamen eorum prejudicio, ... perinde ac si ex eisdem nostris veris domesticis antiquis familiaribus continuis commensalibus et in dictis litteris seu libro descriptis etiam veri familiares nostri antiqui et continui commensales domestici etiam descripti existant, ... gaudere possint, motu simili concedimus et indulgemus. Fiat motu proprio pro omnibus. J.

Nomina vero dilectorum sunt hec:

Guntherus de Bunaw de Estirberg Nuemburgensis diocesis . . .

Theodericus Thetens.

Francischus Grambeke . .

Theodericus de Bulow . . . .

Johannes Hermanni.

Et quod littere pro omnibus etiam conjunctim vel separatim pro quolibet possint expediri. Fiat ut supra. J. Datum Rome 3. kal. jan. anno 4.

Suppl. 885 fol. 93 v.

3089. **1487—1488.**

Dronning Dorothea lader fremstille for Paven, hvorledes Processen mellem hende og Sten Sture hidtil har udviklet sig indtil Biskoppen af Ratzeburgs Bandlysning.

In causa . . regine Dacie contra Stenonem Sture . . . . exponenda sanctissimo domino nostro.

Quia episcopus Ratzeburgensis *(Geh. Arch. Aarsberetn. IV, 406—08; Reg. *7932). Uden Dato*[1]).

Danske Kongers Hist. (R. A.), Fasc. 2 b.

3090. **10. Jan. 1488.**

Optegnelse om, at det pavelige Kammer har faaet 2000 Gylden fra Bartholomæns de Camerinos Indsamling i Norden.

[1488] Die 10. [mensis] jan. prefatus thesaurarius posuit ad introitum vigore mandati facti per introitum et exitum fl. 2000 auri papales a Bartholomeo de Camerino collectore in regnis Dacie et Svecie ad computum dicte collectorie . . . . fl. 2347, 16.

Introitus et Exitus 517 fol. 41. Trykt Dipl. Norv. XVII, 624.

3091. **15. Jan. 1488.**

Biskop Niels Skave i Roskilde og Prioren i Antvorskov faar den Strid, de har ført om Biskoppens Visitationsret, henvist til Biskoppen af Camins (?) Afgørelse.

---

[1]) Formodentlig affattet i Anledning af Dronningens Rejse til Rom Maj 1488, i al Fald før Bullen af 16. Sept. 1488.

Licet Nicolaus episcopus Roskildensis de jure et consuetudine privilegium domos et monasteria cuiusvis ordinis ac alia loca sue diocesis invisitandi habuisset, prout nunc habet, et illorum privilegiorum vigore alias quandam domum hospitalis Andwarskow ordinis s. Johannis Jerosolimitani dicte Roskildensis diocesis tempore debito visitare vellet ac ad dictam domum causa visitationis fiende se contulisset et nedum, ut pretenditur, ultra mentem et voluntatem prioris dicte domus intrasset ibique cum sua familia per duos dies stetisset sumptusque in eadem domo usque ad 30 fl. seu quasi fecisset, nichilominus dictus prior, ex premissis pretendens injuriam sibi irrogatam sibique et domui predicte violentiam factam fuisse, causas, quas contra dictam creaturam super quibusdam pretensis injuriis aliisque differentiis et discordiis, questionibus, dampnis passis aliisque[1]) movere tunc intendebat, Antonio episcopo Tyburtino, unius ex palatii apostolici causarum auditoribus locum tenenti, committi obtinuit, qui vigore commissionis sibi facte ad instantiam dicti prioris ac procuratoris fisci s. v. monitoriam in eventum citationum extra Romanam curiam et ad partes contra dictam creaturam [ordinavit]. Et deinde intervenientibus nonnullorum amicorum [ɔ: nonnullis amicis] et presertim Johanne Dacie Norvegie etc. rege concordia inter dictam creaturam ac dictum priorem inita fuit. Igitur tam dicta creatura quam etiam prefatus prior suo et conventus sui nominibus ad v. s. recurrunt illique supplicant, ut causas coram prefato episcopo Tyburtino ac quovis alio judice in eodem statu, in quo sunt, pendentes ad se advocare ac penitus extinguere necnon causas, quas de consensu partium intentare intendunt, episcopo Cadicensi [ɔ: Caminensi?] in partibus residenti per unum breve s. v. audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas . . . . summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, mandare dignemini cum potestate citandi ac, quibus opus fuerit inhibendum, inhibendi necnon dictam creaturam, si occasione premissarum questionum et differentiarum ab ingressu ecclesie suspensus esse videretur sive alias quomodolibet irretitus, simpliciter vel ad cautelam, quatenus opus sit, absolvendi. Fiat. J. Et per breve s. v. Fiat. J. Datum Rome 18. kal. febr. anno 4.

Suppl. 875 fol. 13 v.

---

[1]) Gz. — Cod. et aliis que

3092. **16. Jan. 1488.**

Præsten Anders Kok fra Slesvig Stift faar Fristen til at stævne Præsten Conradus Contiter (!), som uretmæssig i næsten 3 Aar har siddet inde med Kanonikat og Præbende i Hameln, forlænget med et halvt Aar.

Alias certis canonicatu et prebenda ecclesie s. Bonifacii Hamelensis Myndensis diocesis per obitum Gottfridi Stauller vacantibus, s. v. de dictis canonicatu et prebenda Andree Kvoch presbitero Slesvicensi concessit gratiose provideri, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur. Cum autem orator ipse Conradum Contiter (!) assertum clericum, possessorem eorundem canonicatus [et] prebende, infra triennium ad judicium evocari facere posse dubitat, prout juxta quandam s. v. et cancellarie regulam de triennali possessore per s. v. editam teneretur, ne igitur propter regulam cancellarie predictam et lapsum dicti triennii, cuius finis in brevi instare dignoscitur, orator ipse a suo bono jure cadat, supplicat dictus Andreas orator, quatenus tempus dicti triennii ad alium terminum a fine triennii huiusmodi computandum prorogare ipsique oratori, ut prefatum Conradum Contiter possessorem dicte prebende infra eundem terminum prorogatum ad judicium evocari facere possit, concedere, quodque vocatio et prosecutio sic facte seu fiende infra tempus prorogatum huiusmodi valeant et oratori suffragentur in omnibus perinde, ac si temporibus debitis facte extitissent, decernere dignemini. Fiat ad sex menses. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 17. kal. febr. anno 4.

Suppl. 880 fol. 109.

3093. **29. Jan. 1488.**

Lægmanden Hintze Kersten fra Bremen Stift, som havde faaet en Proces med Øvrigheden i Ejdersted afgjort af Øvrigheden i Ditmarsken, uden at Dommen var bleven bragt til Udførelse, faar nu indsat pavelige Dommere i Sagen.

Dudum extra Romanam curiam et in partibus lite et causa coram spectabilibus viris 16, judicibus ordinariis per communitates terrarum Dithmertie et Frisonie Bremensis et Slesvicensis diocesium in temporalibus deputatis, inter Hintzen Kersten laicum dicte Bremensis diocesis ac ipsius litis consortes actores et quendam vocatum[1]) vulgariter Jans Kindere ac communitates [et][2]) singulares personas prefecturarum Eyderstedo, Euerinckschoy et Vtolm laicos dicte Slesvicensis diocesis eorumque in hac parte

[1]) Gz. — Cod. quosdam vocatos [2]) add. Gz.

complices, litis consortes et adherentes reos et conventos de nonnullis enormibus et gravibus injuriis, dampnis, expensis et interesse ipsi oratori et litis consortibus per eosdem adversarios occasione cuiusdam injuste condempnationis amicorum eorundem facte illatis et irrogatis ac pecuniarum summis rebusque aliis in actis cause huiusmodi specialiter deductis . . . . in prima instantia vertentibus, iidem judices in causis huiusmodi rite et legitime procedentes, quod prefati Jans Kindere ac communitates et singulares persone ac complices et adherentes adversarii dictis oratoribus (!) et litis consortibus huiusmodi summam 600 mr. Lubicensium, que 300 duc. auri in auro de camera constituunt, premissorum occasione darent et assignarent, per eorum condempnatoriam diffinitivam sententiam condempnarunt, prout in publico instrumento desuper confecto plenius continetur, que nulla provocatione seu appellatione suspensa in rem transivit judicatam. Cum autem parum esset sententias ferre, nisi esset, qui eas debite executioni demandaret, cumque dicti judices jam annis quindecim vel circa nedum in ministranda oratoribus justitia negligentes fuerint, sed etiam justitiam dicte executioni saltem tacite denegarunt, recurrunt ad pedes s. v. oratores (!) prefati et litis consortes, qui, sicut hactenus consequi non potuerunt, ita deinceps a dictis judicibus, prout jurare parati sunt, circa eiusdem summe executionem justitie complementum nullatenus consequi sperant, quatenus . . . . aliquibus probis viris in partibus, ut, constito eis de re judicata ac negligentia judicum ac denegata justitia saltem tacite, omnes expensas pro parte dictorum oratorum (!) in hac causa [tam] coram dictis sedecim judicibus quam coram se factas taxent et moderent necnon sententiam diffinitivam et expensarum taxationem huiusmodi sub excommunicationis aliisque sententiis, penis et censuris ecclesiasticis ac omnibus aliis juris remediis contra dictos adversarios ac alios quoscunque rebelles et inobedientes et contumaces debite executioni demande[n]t cum potestate sententias [etc.] huiusmodi contra eosdem adversarios et omnes suprascriptos aggravandi, reaggravandi et auxilium bracchii secularis invocandi et implorandi ac incidisse et incurrisse declarandi et publicandi litterasque desuper necessarias et oportunas sub eorum sigillis concedendi et expediendi ac causas huiusmodi reassumendi et ulterius cognoscendi, audiendi, decidendi fineque debito terminandi . . . . ac cum potestate dictum Jans Kindere et communitates et singulares personas ac eorum complices et litis

consortes omnesque alios suprascriptos in executione presentium decernenda nominandos totiens, quotiens opus fuerit, etiam per edictum publicum, constito de non tuto accessu, citandi et judicibus quibusvis et suprascriptis ac aliis, quotiens opus fuerit, inhibendi mandare [dignemini], non obstantibus cancellarie apostolice regulis, illa presertim, qua caveri dicitur, quod littere executoriales sub plumbo et non sub sigillis dudum [ɔ: tantum] expediri debeant, alias sint nullius roboris vel momenti. Fiat constito de re judicata et aliis assertis. J. Datum Rome 4. kal. febr. anno 4.

Suppl. 875 fol. 240 v.

3094. **31. Jan. 1488.**

Klerken Nicolaus Franche fra Havelberg Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev og et evigt Vikariat ved St. Peders Kirke i Lübeck.

Cum quidam Johannes Quand, collegiate ecclesie in Aderscleue Slesvicensis diocesis canonicus prebendatus ac vicarius perpetuus in ecclesia s. Petri Lubicensi, in monasterio N. Treuerensis diocesis in monachum receptus fuerit et in fratrem, et propterea dicti canonicatus et prebenda necnon perpetua sine cura vicaria dictarum ecclesiarum, quas idem Johannes obtinet, quamprimum ipse regulam ordinis dicti monasterii in litteris exprimendi expresse professus fuerit, vacare sperentur, supplicat Nicolaus Franche clericus Hauelbergensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda ac vicaria, que sine cura existit [fructus insimul 4 mr.], cum prefatus Johannes dictam professionem emiserit vel annus probationis elapsus fuerit seu etiam ante, si evidenter constiterit dictum Johannem vitam absolute mutare voluisse vel si habitum receperit et per triduum gestaverit professorum vel alias quovis modo vacare contigerit, . . . providere dignemini . . . . Fiat. J. . . . . Et quod verior valor annuus usque ad alias 4 mr. etiam consimiles ascendendo augeri nominaque monasterii, ordinis et diocesis et verior situatio, quatenus opus sit et secundum quod oratori melius visum fuerit, exprimi possint in confectione litterarum. Datum Rome pridie kal. febr. anno 4.

Suppl. 885 fol. 128.

3095. **29. Marts 1488.**

Paven stadfæster efter Ansøgning fra Biskoppen og Kapitlet i Odense Omdannelsen af Benediktinerklostret i Odense til et sekulært Kapitel og befaler Bisperne i Viborg og Aarhus at sørge for, at Brevet bliver overholdt.

Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis ea, que litterarum apostolicarum auctoritate facta fuerunt [etc.]. Dudum siquidem, Sixto pape IV pro parte Cristierni Dacie regis exposito, quod Ottoniensis ecclesia, monasterium s. Canuti tunc nuncupata, ordinis s. Benedicti, totus vero alius clerus Ottoniensis secularis erant, et propterea circa celebranda inibi divina officia inter personas predicte et aliarum ecclesiarum notabilis diversitas et differentia erat, ac persone civitatis Ottoniensis, que se ad diversa litterarum studia non absque gravi sumptu ac continuis laboribus in dies conferebant, pro eo, quia in ipsa ecclesia consequi non poterant aliquos canonicatus et prebendas, dimissis propriis laribus ad diversa prefati regni loca proficiscebantur, quo fiebat, ut civitas et diocesis Ottonienses litteratis et peritis viris penitus destituta remaneret, et in eadem expositione subjuncto, quod, si dignitates regulares, si que erant, necnon dictus ordo ac conventualitas in ipsa ecclesia supprimerentur et extinguerentur illaque in secularem ecclesiam sub invocatione eiusdem s. Canuti regis et martiris erigeretur ac omnibus insignibus cathedralibus decoraretur, et inibi dignitates et officia necnon canonicatus et prebende ac alia beneficia de novo crearentur, profecto divinus cultus oportunum inibi susciperet incrementum, ac plures persone litterarum scientia decorate suam ibidem eligerent residentiam, prefatus Sixtus, ipsius regis, asserentis tunc optare nonnulla beneficia ad suam presentationem spectantia mense capitulari dicte ecclesie, postquam in secularem erecta fuisset, pro augmento fructuum illius uniri, in ea parte supplicationibus inclinatus, archiepiscopo Lundensi et episcopo Roskildensi, eorum propriis nominibus non expressis, per quasdam dedit in mandatis, ut ipsi super premissis omnibus se informarent et, si per informationem huiusmodi ita esse reppererint, dictum ordinem s. Benedicti ac illius dignitates et conventualitatem, si qua esset in prefata ecclesia, penitus supprimerent et extinguerent necnon provectis et valitudinariis monachis, qui ad alia monasteria sive regularia loca commode transferri non possent, congruas portiones sive pensiones, ex quibus in aliquo condecenti loco apud dictam ecclesiam constituto decenter sustentari possent, reservarent ac juniores monachos ad ea, in quibus voluntarios receptores invenirent, eiusdem ordinis monasteria seu loca transferrent ipsamque ecclesiam in secularem cum omnibus cathedralis secularis ecclesie insignibus ad instar aliarum secularium cathedralium ecclesiarum illarum partium sine qua-

vis differentia necnon preposituram, que inibi maior post pontificalem, ac decanatum, qui secunda, et cui cura animarum personarum dicte ecclesie immineret, necnon cantoriam, que tertia, et cui cura regendi chorum incumberet, in dignitates ac etiam officia necnon canonicatus et prebendas ac alia beneficia, prout facultates et redditus dicte ecclesie suppeterent ac eisdem archiepiscopo et episcopo condecens et oportunum visum foret, crearent, instituerent et dotarent ac illis congrua qualitates et onera adjicerent omnesque fructus, deductis portionibus dictorum monachorum, mense capitulari dicte ecclesie ac inter prepositum, decanum, cantorem, canonicos et beneficiatos huiusmodi, qui forent pro tempore, prout eis videretur, dividendos perpetuo applicarent nonnullaque circa ea necessaria et oportuna statuerent ac pro commodiori et decentiori sustentatione prepositi, decani et aliorum predictorum unum, duo aut tria beneficia, cuiuscunque qualitatis essent, de jure patronatus dicti regis de illius expresso consensu prefate mense capitulari perpetuo unirent ac pro felice statu et salubri directione dicte ecclesie ac illius personarum statuta licita et honesta ac a jure communi non discrepantia facerent, prout pro decore et venustate ipsius ecclesie conspicerent; ipse quoque Sixtus prefato regi eiusque successoribus jus patronatus et presentandi personas idoneas ad preposituram Romano pontifici infra quatuor mensium spatium a die vacationis illius computandorum ac ad decanatum et cantoriam predictos necnon ad sex canonicatus et totidem prebendas, quos in ipsa ecclesia creari contingeret, tam prima vice quam quotiens illos vacare contingeret, loci ordinario reservavit, ac statuit, ut aliorum canonicatuum et prebendarum, qui ultra dictum numerum sex canonicatuum et prebendarum superessent, ac beneficiorum creandorum huiusmodi collatio [etc.] ad episcopum Ottoniensem necnon prepositum, decanum et capitulum ecclesie huiusmodi tam prima vice quam quoties illa vacare contingeret, communiter spectarent. Postmodum vero, prefato Sixto pro parte prepositi et capituli dicte ecclesie Ottoniensis similiter exposito, quod Johannes archiepiscopus Lundensis et Olauus episcopus Roskildensis ad executionem dictarum litterarum procedentes illarum forma servata in dicta ecclesia ordinem s. Benedicti predictum ac collegium et dignitates et officia regularia penitus suppresserant necnon ecclesiam ipsam in secularem et in ea unam preposituram maiorem post pontificalem et unum decanatum ac unam cantoriam, dignitates necnon quindecim canoni-

catus et totidem prebendas pro totidem canonicis necnon vicarias et alia officia ad instar aliarum cathedralium secularium ecclesiarum cum plenitudine juris canonici ac aliis juribus et jurisdictionibus et alias sub recta forma erexerant ac illis nonnullas parrochiales ecclesias, preposituras et alia beneficia, fructus quoque, jura, jurisdictiones, res et bona perpetuo univerant, applicaverant et addiderant et nonnulla divinum cultum ac felicem statum dicte ecclesie concernentia fecerant [et] statuerant, prefatus Sixtus, . . . prepositi et capituli predictorum in ea parte supplicationibus inclinatus, suppressionem, erectionem, unionem, applicationem [et] statuta huiusmodi per Johannem archiepiscopum et Olauum episcopum prefatos facta ac, prout illa concernebant, omnia in quibusdam publicis instrumentis desuper confectis contenta per alias suas litteras inter alia confirmavit. . . . . Quare pro parte episcopi Ottoniensis et prepositi necnon capituli dicte ecclesie nobis fuit supplicatum, ut posteriores litteras predictas ac omnia in eisdem contenta pro illorum subsistentia firmiori approbare . . . . dignaremur. Nos itaque . . . . posteriores litteras predictas ac omnia in eis contenta tenore presentium approbamus et presentis scripti patrocinio communimus, decernentes illa robur obtinere perpetue firmitatis, et nichilominus statuimus ac eisdem preposito et capitulo concedimus, quod ipsi et dicta ecclesia omnibus indulgentiis [et] privilegiis gaudeant, quibus ecclesia ipsa ante suppressionem, erectionem et alia premissa quomodolibet gaudebat. Datum Rome 4. kal. aprilis anno 4.

Simili modo Vibergensi et Arusiensi episcopis.

F. LX. X. Suno.
Reg. Lat. 860 fol. 147; ogsaa Supplik[1]) (Fiat. J.) i Suppl. 877 fol. 210 v.

3096. **17. April 1488.**

Sognepræsten Jakob Jensen i Varde, som er 18 Aar gammel, faar Dispensation til ikke at lade sig præstevie, før han bliver 25 Aar.

Supplicat Jacobus Johannis, rector parrochialis ecclesie s. Jacobi in Waden Ripensis diocesis, in decimo octavo anno constitutus, quatenus secum, ut ratione dicte parrochialis ecclesie,

---

[1]) Suppliken er meget mere kortfattet og har Tilføjelserne: Et cum clausula de perpetuo imponendo silentio molestare volentibus propter pacificam et diuturnam possessionem. Et cum deputatione conservatorum.

quam obtinet et de jure patronatus regis Dacie, Norvegie et Svecie existit ac ex presentatione eiusdem regis est assecutus possessione subsecuta [fructus 3 mr.], se ad aliquem ex sacris ordinibus, donec vigesimum quintum annum attigerit, promoveri facere minime teneatur . . . ., dummodo infra annum sit subdiaconus, ac dictam ecclesiam in dicto etatis anno retinere illamque . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco illius aliud beneficium recipere et similiter, ut prefertur, retinere libere valeat, dispensare dignemini, defectu etatis predicte non obstante, attentis tenuitate fructuum ecclesie ac studio, quo inheret. Fiat. J. Datum Rome 15. kal. maji anno 4.

Suppl. 878 fol. 135.

3097. **4. Maj 1488.**

Paven stadfæster efter Dronning Dorotheas Ønske Grundlæggelsen af et Franciskanerkloster i Køge.

Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos suscepti cura regiminis, ut ad ea favorabiliter intendamus, per que religiosa loca, presertim per Christi fideles et catholicas reginas ex eorum pia devotione de propriis bonis suis fundata, ac persone in illis sub suavi religionis jugo altissimo famulantes ab indebitis oppressionibus releventur, nec status locorum predictorum contra fundatorum voluntatem successu temporis immutetur et alteretur. Sane Dorothea Dacie Svecie et Norvegie regina coram nobis constituta nobis nuper exposuit, quod, licet olim ipsa ob singularem, quem ad fratres ordinis Minorum, de observantia nuncupatos, propter eorum bonos et exemplares mores ac uberes fructus, quos continue predicationibus verbi dei et aliis bonis operibus afferunt, gerit, devotionis affectum domum b. Marie virginis, de consolatione nuncupatam, in Koke[1]) dicti ordinis Roskildensis diocesis de propriis bonis suis construi[2]) fecerit illamque calicibus, libris, paramentis et aliis ornamentis ad divinum cultum necessariis decenter ornaverit, ac fratres dicti ordinis in ea hactenus laudabiliter conversati fuerint, prout conversantur, tamen dubitat, ne tempore procedente aliqui domum predictam et fratres in ea pro tempore degentes molestare et perturbare ac statum dicte domus forsan mutare conentur, quod ab omni voluntate sua prorsus foret alienum. Quare dicta

[1]) II: Kike [2]) II tilf.: sumptuoso opere

regina nobis cum instantia supplicavit, ut super hoc oportune providere paterna diligentia curaremus. Nos igitur, cupientes quieti domus fratrum predictorum, prout tenemur, debite consulere, . . . omnibus personis cuiuscunque status . . ., ne domum et fratres predictos quoquomodo directe vel indirecte perturbare vel molestare ac illius status mutationem procurare presumant, sub excommunicationis late sententie, quam contrafacientes eo ipso incurrant, et a qua non nisi a nobis et successoribus nostris preterquam in mortis articulo constituti absolvi possint, ac maledictionis eterne pena tenore presentium districtius inhibemus. . . . . Et nichilominus quibuscunque locorum ordinariis ac cathedralium seu metropolitanarum ecclesiarum canonicis aut in ecclesiastica dignitate constitutis personis, quos seu quas regina aut fratres dicte domus duxerint requirendos, omnes molestatores predictos, quotiens expedierit, excommunicationis et maledictionis penam huiusmodi incurrisse auctoritate nostra declarandi et super hiis legitimis servatis processibus sententiam ipsam etiam iteratis vicibus aggravandi, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plenam et liberam concedimus facultatem. Datum Rome 4. non. maji anno 4.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 686 fol. 83; ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 879 fol. 15.

3098. **4. Maj 1488.**

Kong Hans faar pavelig Stadfæstelse paa alle kejserlige og pavelige Privilegier, som tidligere er tilstaaede hans Riger.

Dignetur s. v. omnia privilegia . . . . Johanni Dacie, Svecie et Norvegie regi suisque in dictis regnis predecessoribus per e. s. v. suosque predecessores ac imperatores pro tempore existentes sub quacunque forma concessa ex vestra certa scientia confirmare ac munimine e. s. v. roborare. Fiat, quatenus sint in usu. J. Et quod littere desuper conficiende expediantur in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Fiat ut supra. J. Datum Rome 4. non. maji anno 4.

Suppl. 879 fol. 16.

3099. **4. Maj 1488.**

Paven stadfæster efter Kong Hans's Ansøgning alle de Privilegier, som han og tidligere Paver har tilstaaet Kongen og hans Forgængere, og befaler Ærkebiskoppen i Lund samt Biskopperne i Roskilde og Viborg at paasé, at Privilegierne overholdes.

Ad perpetuam rei memoriam. Licet ea, que per sedem apostolicam *(Dipl. Norv. IX, 368—69: Reg. *7949: Dipl. Norv. XVII, 624—26)*. Datum Rome 4. non. maji anno 4.

Gratis de mandato etc.
Reg. Vat. 732 fol. 32.

3100. **4. Maj 1488.**

Ridderen Johan Oxe til Tordsø faar bevilget Aflad til dem, som paa en bestemt Dag besøger de af ham grundlagte Altre i St. Olai Kirke og Karmeliterkirken i Helsingør, i Esrom Kloster, Dominikanerkirken i Helsingborg, Sognekirken i Landskrona og Domkirken i Roskilde.

Cum Johannes Oxe miles de Thursse regni Dacie Roskildensis diocesis nonnullas capellanias ad s. Trinitatis et s. Marie in ecclesia s. Ilarii (!) in Helsingor et s. Trinitatis in ecclesia s. Marie ordinis Carmelitarum etiam in Helsingor et undecim millium virginum in monasterio Escroni (!) ordinis s. Bernardi Roskildensis diocesis et s. Crucis in ecclesia s. Dominici in Helsingburg et s. Anne in parrochiali ecclesia s. Johannis Baptiste in Landescrena Lundensis diocesis ac s. Johannis Evangeliste in cathedrali ecclesia Roskildensi altaria suis propriis sumptibus erexerit et edificaverit dictaque altaria calicibus, libris, paramentis et aliis ornamentis pro divino cultu necessariis fulciverit et sufficienter dotaverit, cupiatque idem Johannes orator, ut altaria huiusmodi muneribus indulgentiarum fulciantur, idcirco supplicat, quatenus dignemini omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui altaria predicta in die dedicationis illorum a primis vesperis usque ad secundas vesperas causa indulgentie adquirende devote visitaverint annuatim et ad conservationem et manutentionem structurarum illorum et munitionem librorum, calicum et paramentorum et aliorum ornamentorum pro divino cultu necessariorum in hiis elemosinis manus porrexerint adjutrices, septem annos et totidem quadragenas indulgentiarum relaxare et indulgere dignemini, perpetuis futuris temporibus. Fiat. J. Et quod littere ad partem super qualibet indulgentia ad quodlibet altare seorsum, prout placuerit oratori, expediri possint. Datum Rome 4. non. maji anno 4.

Suppl. 879 fol. 165 v.

3101. **4. Maj 1488.**

Paven skænker 7 Aars Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger et Alter, som Dronning Dorotheas Hushovmester, Ridderen Johan Oxe til Tordsø har stiftet i Esrom Kloster. Brevet gælder for al Fremtid.

Universis presentes litteras inspecturis. Licet is *(Cod. Esrom. 286 f.; Reg. *7948)*. Datum Rome 4. non. maji anno 4.

Orig. i Danske Selskabs Membraner (R. A.).

3102. **7. (4.) Maj 1488.**

Paven giver Plenaraflad til dem, der paa Søndagen Lætare besøger Franciskaner-Observantklostret i Køge. Brevet gælder for 10 Aar.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Stella maris in suppremo celi solio collocata, Maria Christifera ex regia prole stirpis Davitice mirifice genita, hec est, que nobis clausam salutis portam aperuit, que regem regum pro nostra redemptione humane fragilitatis veste imbutum immaculata et intacta genuit, et que humilitatis exemplar existens super choros angelorum ad celestia regna meruit exaltari; cuius dum precelsa meritorum insignia, quibus veluti sidus prerutilans et jubar afferens matutinum resplendescit, interna meditatione pensamus, dum etiam intra nostre mentis archana revolvimus, quod ipsa angelorum domina, misericordie mater, fons gratie et flumen pietatis ac humani generis consolatrix tamquam sedula exoratrix et pervigil ad regem, quem almo gestavit utero, pro nostrorum sarcina deponenda criminum indefessis precibus intercedit, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut ecclesias et loca in suo sacratissimo nomine instituta condignis honoribus attollamus et remissionum impendiis decoremus. Cupientes igitur, ut ecclesia domus b. Marie de Consolatione in Koke ordinis fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum, Roskildensis diocesis, quam Dorothea Dacie Svecie et Norvegie regina, sicut nobis nuper apud nos constituta exposuit, dudum pia ducta devotione a fundamentis de propriis bonis suis construi fecit ac calicibus, libris, paramentis et aliis ornamentis ad divinum cultum necessariis decenter ornavit, congruis frequentetur honoribus ac in suis structuris debite conservetur, libris quoque, calicibus et aliis ornamentis huiusmodi in dies peramplius muniatur . . . . ., omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam predictam in dominica *Letare* a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive devote visitaverint annuatim . . . . ., plenariam omnium suorum peccatorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, indulgentiam et remissionem elargimur, presentibus post decennium minime

valituris[1]). Volumus autem [*etc. som Nr. 860*]. Datum Rome non. maji anno 4.

Gratis de mandato etc.

Reg. Vat. 732 fol. 172 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat ad biennium. J. Et quod dicta plenaria indulgentia perpetuo duret.) i Suppl. 879 fol. 15 med Datum 4. non. maji anno 4.

3103. **8. Maj 1488.**

Klerken Joakim Ahlefeld fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck.

Supplicat Joachim de Aleuelde clericus Slesvicensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus illi de quadam perpetua vicaria in ecclesia s. Petri Lubicensi ad altare s. Andree et b. Marie Magdalene in parte septentrionali eiusdem sita [fructus 4 mr.], [que] per ingressum monasterii cuiusdam Johannis Stheker clerici Maguntine diocesis tempore provisionis dicte vicarie tonsura clericali [vacare] speratur, ... providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 8. id. maji anno 4.

Suppl. 880 fol. 71.

3104. **10. Maj 1488.**

Paven befaler Biskoppen i Lübeck og Abbederne i Næstved og Sorø at kassere Omdannelsen af Benediktinerklostret i Odense til et sekulært Kapitel (Nr. 3095) og føre det tilbage til dets tidligere Tilstand.

Episcopo Lubicensi et s. Petri Nestuidensis ac Sorrensis monasteriorum Roskildensis diocesis abbatibus. Solet Romanus pontifex [etc.]. Dudum siquidem per Cristiernum Dacie regem Sixto pape IV exposito [*etc. som Nr. 3095 til* applicarent], et quod prepositus pro tempore existens omnimodam jurisdictionem haberet in canonicos dicte ecclesie in hiis, que divinum cultum et capitulum ac honestatem vite concernerent, quodque ipse ac decanus, cantor et capitulum archa communi, sigillo ac omnibus aliis cathedralibus insigniis, honoribus et privilegiis aliarum cathedralium ecclesiarum regnorum dicti regis tam in habitibus ecclesiasticis quam alias gauderent, statuerent, ac eisdem archiepiscopo et episcopo statuta et ordinationes in dicta ecclesia, licita tamen et honesta et a jure communi non discrepantia, ac omnia, que divini cultus in eadem ecclesia concernerent augmentum et illius felicem statum et honestatem, venustatem et decorem conspicerent, perpetuo vel ad tempus faciendi licentiam concessit ac regi predicto eiusque successoribus [*etc. som Nr. 3095 til* confirmavit]. Cum autem, sicut Dorothea regina in nostra

[1]) II: perpetuis futuris temporibus

presentia constituta nobis nuper exposuit, ac Johannes rex Dacie per eandem reginam nobis exponi fecit, monachi et religiosi, qui ante suppressionem, extinctionem et erectionem predictas in dicta ecclesia degebant, essent vite exemplaris et non citati nec in aliquo commoniti[1]) nec auditi a monasterio predicto, in quo professi fuerant et longo tempore cum odore bone fame deo servierant, expulsi ac omnibus clinodiis, privilegiis, ornamentis, bonis mobilibus et immobilibus spoliati fuerint, et extunc necesse fuerit eos hincinde discurrere non sine religionis obprobrio maloque exemplo et scandalo plurimorum, et, ubi antea altissimus, inibi intercedentibus meritis eiusdem s. Canuti regis et martiris dicti monasterii fundatoris, operabatur, post huiusmodi suppressionem et extinctionem nulla inibi fuerint visa miracula, et propterea rex et regina prefati summopere desiderant dictam ecclesiam in pristinum statum restitui et reintegrari, pro parte regis et regine predictorum, asserentium, quod Pascalis et nonnulli alii Romani pontifices sub pena maledictionis eterne inhibuerunt, ne status dicte ecclesie immutaretur, nobis fuit supplicatum, ut suppressionem, extinctionem, erectionem et singulas litteras predictas illarumque pretextu gesta et facta revocare et annullare dictamque ecclesiam ac illius dignitates, administrationes et officia antea in illa instituta cum singulis privilegiis [et] indultis illi antea concessis in suum pristinum statum restituere et plenarie reintegrare . . . . dignaremur. Nos igitur, qui ecclesiarum, presertim cathedralium, et religiosorum locorum omnium statum in melius dirigi nostris potissime temporibus suppremis desideramus affectibus, quique de predictis certam notitiam non habemus, ... discretioni vestre mandamus, quatenus . . . ., si et postquam, vocatis episcopo Ottoniensi et capitulo dicte ecclesie et aliis, qui fuerint evocandi, vobis de premissis legitime constiterit, suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem et confirmationem etiam per nos factas singulasque litteras predictas ac omnia illarum pretextu gesta et facta et inde secuta quecunque, sine tamen prejudicio ad presens dignitates, canonicatus et prebendas, officia et quecunque alia beneficia in dicta ecclesia obtinentium, auctoritate nostra revocare et annullare ac ecclesiam, dignitates et officia ante suppressionem, extinctionem et erectionem predictas inibi instituta cum singulis privilegiis et indultis illi antea concessis in suum pristinum et eum, in quo,

---

[1]) II: in aliquo facinore convicti

antequam suppressio, extinctio et erectio ac alia premissa fierent, quomodolibet existebant, statum penitus et omnino modo premisso restituere et plenarie reintegrare [curetis][1]) ac ecclesiam ipsam, prout antea regebatur, etiam de cetero post [ɔ: per] alias dignitates, canonicatus et prebendas ac officia et beneficia huiusmodi ad presens detinentes regi debere eadem auctoritate nostra statuatis ac monachos et religiosos dicti ordinis in dictam ecclesiam introducatis faciatisque presentes litteras omniaque in illis contenta modo premisso observari, contradictores auctoritate etc., invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis, et nichilominus legitimis super hiis habendis servatis processibus censuras predictas, quotiens opus fuerit, iteratis vicibus aggravare curetis, non obstantibus . . . . Bonifacii pape VIII, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis evocetur, seu ne judices a sede deputati predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali ac aliis constitutionibus apostolicis contrariis . . . . Datum Rome 6. id. maji anno 4.

LXXXX.

Reg. Vat. 733 fol. 117; ogsaa (II) Supplik[2]) (Fiat sine prejudicio presentium. J.) i Suppl. 879 fol. 232 v.

3105. **18. Maj 1488.**

Klerken Birger Gunnersen fra Roskilde Stift, Dronning Dorotheas Kansler, faar Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Peder Nielsens Død.

Supplicat Brigerus Gumari *(Dipl. dioc. Lund. V.)* Fiat. J. Datum Rome 15. kal. junii anno 4.

Suppl. 880 fol. 61 v.

3106. **21. Maj 1488.**

Paven udsender Biskop Simon (v. d. Borch) i Reval som sin Nuntius med Myndighed som Legatus de latere til Kong Hans og hans Riger samt Preussen, Lifland og Lithauen og befaler ham at arbejde for Fred i disse Lande, for at de samlede kan hjælpe den tyske Orden imod Russerne. Simon faar Fuldmagt til at afslutte Fredslutninger, Vaabenhvile m. m.

---

[1]) add. Gz.

[2]) Her tilføjes efter Resolutionen: Et quod dentur executores, qui assistant cum potestate aggravandi etiam iteratis vicibus, et, si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocandi ac alia faciendi, que in premissis et circa ea fuerint quomodolibet oportuna. Et cum derogatione singularum litterarum predictarum, que latius in litteris exprimi possint, late extendenda, ad hoc ut sufficienter deroge[n]tur et tollantur.

Simoni episcopo Revaliensi, ad Johannem Dacie regem eiusque regna et dominia ac Prusziam, Livoniam, Lutwaniam, Sveciam, Norvegiam civitates opidaque stagnalia et loca circumvicina nostro et apostolice sedis cum plena potestate legati de latere nuntio et oratori. Pro humani generis redemptione *(Dipl. Norv. XVII, 1118—21: Raynaldus, Annales eccl. XI (Lucæ 1754), 158; Reg. 4863)*. Datum Rome 12. kal. junii anno 4.

Reg. Vat. 686 fol. 93.

3107. 21. Maj 1488.

Paven tillader sin Nuntius Biskop Simon i Reval indenfor sin Legations Omraade at give 40 Personer Lov til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder, 40 andre Personer Dispensation for, at de uretmæssigt sidder inde med Embeder, og Tilladelse til fremdeles at besidde dem, 40 Personer Lov til at indgaa Ægteskab i forbudte Grader, 40 Personer Lov til at lade sig indvie til Præster og modtage gejstlige Embeder til Trods for uægte Fødsel, 40 Gejstlige Dispensation for at have holdt Messe trods Bandlysning, 40 Gejstlige Tilladelse til at nyde Indtægterne af deres Embeder uden at residere ved dem, 50 Personer Lov til at have Rejsealter, hvor de maa lade holde Messe selv under Interdikt, samt vælge Skriftefader, der kan give dem Absolution for alle Forseelser, selv om de egentlig hører ind under Pavestolen, og Tilladelse til at ombytte fromme Løfter med andre, og 20 Gejstlige Tilladelse til at gøre Testamente. Endvidere maa han bortgive 50 gejstlige Embeder, der dog kun maa have højest 8 Mark Sølv i aarlig Indtægt, samt tilstaa 100 Dages Aflad til dem, der besøger Kirker og Klostre eller er tilstede ved hans Messe, og give 100 Personer Lov til at spise Smør i Fasten.

[*Eidem.*] Cum nos hodie *(Dipl. Norv. XVII, 627—33)*. Datum Rome 12. kal. junii anno 4. *De curia.*

Reg. Vat. 686 fol. 86 v.

3108. [21. Maj 1488.]

Instruktion for Biskop Simon (v. d. Borch) i Reval, hvorved det paalægges ham at virke for, at Kongerne af Danmark og Polen samt den tyske Orden i Forening skal afværge Russernes Indfald.

Instructiones gerendorum per Simonem episcopum Ravaliensem, nuntium et oratorem apostolicum cum potestate legati de latere per sanctissimum dominum nostrum ad nonnullas provincias dessignatum.

Intelligens sanctissimus dominus noster sacrum ordinem b. Marie Theutonicorum per Alemaniam, Prusiam et Livoniam assiduis Ruthenorum incursionibus infestari ac metuens, ne ordo ipse et ceteri Christi fideles ab eisdem Ruthenis christiani nominis inimicis orthodoxeque fidei insectatoribus opprimantur . . . . ., his im[m]inentibus malis occurrere providereque

satagens, ita per prefatum Ravaliensem episcopum ad illas partes pacis angelum destinatum agi debere decernit et mandat . . . .

Significetur quoque per ipsum nuntium serenissimo regi Dacie, postquam illum nomine sanctissimi domini nostri salutaverit eique verbo benedixerit et propensissimum in suam celsitudinem eiusdem sanctissimi domini nostri animum prudentibus gravibusque verbis ostenderit, quale periculum inclito regno in futurum immineat, nisi insolescentibus et jam late vagantibus magni principis Muscovie viribus per excelsi sui animi consilium et efficacissimum sue majestatis favorem ad presens animo (!) resistatur. Idem fiat cum serenissimo rege Pollonie . . . . . .

Et ut vere idem nuntius pacis angelus dici possit, conabitur omni industria et diligentia, ut idem serenissimus Pollonie rex una cum illustrissimo Dacie rege et sacro ordine prefato conveniant ad hunc dumtaxat finem, ut, si aliquis illorum ab ipsis infidelibus infestari contingat, a reliquis duobus lateribus integris viribus facilius succurri valeat et a periculis liberari . . . .

Miscellanea Arm. 2 vol. 20 fol. 55.

3109. 25. Maj 1488.

Lübeckerpræsten Nicolaus Gornow, som har bortbyttet et Vikariat i Lübeck med et andet, men om dette sidste har ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen (Hostorp) og nu tabt Processen, faar det overdraget til Biskoppen i Lübeck at give ham ny Provision paa det første (bortbyttede) Vikariat.

Exponitur pro parte Nicolai Gornow presbiteri Lubicensis, quod alias, perpetua sine cura vicaria ad altare s. Mauritii sita in ecclesia Lubicensi tunc per Johannis Locsteden Homs obitum vacante, Albertus episcopus Lubicensis, ad quem et successores [eius] pro tempore existentes collatio etc. dicte vicarie pertinuit ab antiquo, prout pertinet de presenti, vicariam predictam prefato Nicolao contulit et providit de eadem, possessione . . . assecuta; dictus itaque Nicolaus in possessione seu quasi pacifica prefate vicarie s. Mauritii existens eandem s. Mauritii et quidam Otto Hestenberch quandam aliam sitam in capella s. Anne eiusdem ecclesie vicarias perpetuas ex causa permutationis pure et non alias in manus Gerardi Scharen canonici Lubicensis ad hoc per prefatum episcopum deputati resignarunt . . . ., qui quidem Gerardus resignatione per eum admissa s. Mauritii Ottoni et Nicolao s. Anne perpetuas vicarias predictas contulit . . . . necnon Nicolaum et Ottonem predictos in possessione[m] s. Anne et s. Mauritii vicariarum predictarum respective . . . induxit . . . .; dictoque deinde Nicolao in possessione eiusdem

vicarie s. Anne . . . . existente quidam Johannes Petri de Hestorp assertus clericus, pretendens dictam vicariam s. Anne ad se pertinere nullumque jus ipsi Ottoni tempore resignationis et permutationis predictarum in vicaria predicta s. Anne . . . competere nec ex permutatione predicta ad ipsum Nicolaum juris aliquid in ipsa vicaria s. Anne pervenisse, ipsum Nicolaum coram Petro Ferreria, sacri palatii apostolici causarum auditore, vocavit in causam, et consequenter coram Matheo de Ubaldis, eiusdem vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, in secunda et Johanni episcopo Nucerino, unius ex dictis palatii apostolici causarum auditoribus locumtenente, in tertia instantia litigando tres conformes in favorem sui et contra oratorem prefatum de dicta vicaria s. Anne cum litterarum executorialium decreto reportavit sententias diffinitivas possessione[1]) dicte vicarie s. Anne dictarum litterarum executorialium vigore per eundem Johannem Petri assecuta ac eodem Nicolao ab ipsius vicarie ac juris predictorum possessione penitus amoto. Cum autem hoc maxime in permutationibus actum tacite intelligatur, quod, nisi resignans ex causa permutationis beneficium suum aliud assequatur, cuius causa suum resignavit, ad suum debeat sibi interveniente superiorum auctoritate reditus concedi et perinde censeri debere assecutus non fuisse et assecutum jure resignantis retinere non potuisse, et ideo, cum constat, quod Nicolaus, [2])licet assecutus dictam vicariam s. Anne fuerit cum eam [ɔ: antea], quia nullum jus eidem compermutanti suo in illa competiit, ab eo evicta fuerit[2]), supplicat orator predictus, quatenus attentis premissis episcopo Lubicensi, ut, constito sibi summarie, quod dictus Johannes Petri vicariam s. Anne predictam, super qua coram dictis auditoribus litigando tres diffinitivas conformes sententias reportavit litteris executorialibus desuper decretis, quarum vigore ipse Johannes Petri possessionem dicte vicarie assecutus existit, ab eodem Nicolao evicerit, eundem Nicolaum ad vicariam s. Mauritii in ecclesia Lubicensi, quam dictus Otto ex predicta causa permutationis obtinet, restituat ipsamque vicariam s. Mauritii Nicolao conferat et provideat de eadem, amoto exinde dicto Ottone et quolibet alio illicito detentore . . . ., mandare dignemini. Fiat de commissione cause et prout de jure. J. Datum Rome 8. kal. junii anno 4.

Suppl. 880 fol. 78 v.

---

[1]) Gz. — Cod. possessioneque [2—2]) Teksten her korrupt.

3110. **28. Maj 1488.**

Optegnelse om, at Bullerne om Odense Benediktinerklosters Omdannelse til et sækulært Kapitel (Nr. 3095) udstedes uden Betaling.

[1488] Dicta die [ɔ: 28. mensis maji] due bulle ad instantiam regis Dacie super confirmatione ecclesie Ottoniensis alias per Sixtum IV erecte de regulari in secularem cum certis dignitatibus ac canonicatibus et prebendis et unione certorum beneficiorum ad presentationem dicti regis sub data Rome 4. kal. aprilis anno 4 restitute de mandato mensarii, quia de tempore prefati Sixti, quando fuit facta prefata erectio, fuit soluta annata et jocale . . . . . .

Bulle restitute absque solutione.

Annate 1487—88 fol. 231 v (Archivio di Stato).

3111. **[Maj 1488.]**

»*Böd Påfven strängeliga, att Erkiebiskopen och the andra Biskoparna skulle lysa Herr Sten i bann, för thet han hade Örebro borta, som var Drottning Dorotheæ Mårgongåfvo . . . . ., och thetta bansbrefvet kom til Sverige anno 1488.*«

Olaus Petris Krønike i Script. rer. Svec. I, 2, 327. Reg. *7952.

3112. **Maj 1488.**

»*Quia [regina] hoc nomine Stenonem apud pontificem accusarat, quod Oerebro, donationem propter nuptias, ipsi injuste ademisset, pontifex reginæ ad Stenonem litteras dedit, quibus districte præcipiendo mandavit, ut visis lectisque litteris apostolicis donationem reginæ continuo sub anathematis pæna restitueret.*«

Uddrag i Svaningius (Rosæfontanus) Refutatio calumniarum cuiusdam Joannis Magni Gothi, fol. Q 3 v, jfr. Q 4 v.; jfr. Hvitfeld VI, 87. 4to. Reg. *7953.

3113. **7. Juli 1488.**

Paven tillader sin Nuntius Biskop Simon i Reval at give 6 Par i Westphalen Lov til at indgaa Ægteskab i forbudte Grader; 6 Personer sammesteds Dispensation for uægte Fødsel og Tilladelse til at modtage indtil tre Beneficier; 6 fornemme Gejstlige eller Verdslige Lov til at have Rejsealter, hvor de maa holde Gudstjeneste selv under Interdikt, samt til at vælge en Skriftefader, der maa give dem Absolution i Dødsøjeblikket og tillade dem at ombytte fromme Løfter med andre; endvidere giver han ham Lov til at give 100 Dages Aflad til dem, der besøger hans Gudstjeneste, og at tilstaa 6 Personer i Westphalen Ret til at spise Smør i Fastetiden.

Simoni episcopo Revaliensi [*etc. som Nr. 3106*]. Cum nos hodie *(Dipl. Norv. XVII, 1124—27)*. Datum Rome non. julii anno 4.

Reg. Vat. 686 fol. 224 v.

3114. **8. Juli 1488.**

Kanniken i Lübeck og Slesvig Didrik Tetens faar Tilladelse til med en Kapellan at læse Messe efter romersk Ritus.

Supplicat Theodericus Tetens Lubicensis et Slesvicensis ecclesiarum canonicus, in Romana curia presens, quatenus sibi, ut, ubicunque eum residere contingat pro tempore, una cum cappellano suo seculari vel regulari aut quocunque alio, quem ad hoc assumendum pro tempore [vel] eligendum duxerit, horas canonicas juxta ritum s. Romane ecclesie dicere, legere et recitare ac ritum huiusmodi in dicendis horis predictis [observare] licite possit, quodque orator ipse et ille ad se [ↄ: , quem sibi] eligendum duxerit, alium ritum in dicendis horis canonicis predictis observare minime teneantur, ... indulgere dignemini. Fiat. J. Et cum indulto et concessione ad vitam pro se et quocunque eligendo vel assumendo, ut prefertur. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Fiat. J. Datum Rome 8. id. julii anno 4.

Suppl. 882 fol. 131.

3115. **15. Juli 1488.**

Klerken Ericus Johannis Getyngh fra Upsala faar et evigt Vikariat i Aarhus.

Supplicat Ericus Johannis Getyngh clericus Vpsalensis, quatenus sibi de perpetua vicaria sita in ecclesia s. Clementis Arusiensis diocesis [fructus 4 mr.], vacante per obitum Severini Michaelis, providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome id. julii anno 4.

Suppl. 882 fol. 173.

3116. **15. Juli 1488.**

Klerken Morten Olufsen fra Børglum faar Kanonikat og Præbende i Ribe samt Sognekirken i Ørum (?).

Supplicat Martinus Olaui clericus Burglanensis, nobilis ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de canonicatu et prebenda Ripensibus necnon parrochiali ecclesia de Boyin cum anexis Burglanensis diocesis [fructus insimul 4 mr.], vacantibus canonicatu et prebenda per obitum Nicolai Buchens et parrochiali per obitum Uuillelmi Frijs, providere dignemini. Fiat. J. Et cum derogatione statutorum etiam de optando. Et quod littere super dictis canonicatu et prebenda ac parrochiali

conjunctim vel divisim expediri possint. Datum Rome id. julii anno 4.

Suppl. 882 fol. 137 v.

3117. **15. Juli 1488.**

Præsten Laurens Vesteni faar Embedet som Ærkedegn i Viborg.

Supplicat Laurentius Vesteni presbiter Arusiensis, nobilis ex utroque genere procreatus, quatenus sibi de archidiaconatu Vibergensi, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.], vacante per obitum magistri Kitilli N., providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome id. julii anno 4.

Suppl. 882 fol. 173.

3118. **18. Juli 1488.**

Optegnelse om Udstedelsen af Bullen angaaende Odense Kapitlet (Nr. 3104) uden Betaling.

[1488] Dicta die [ɔ: 18. mensis julii] una bulla, in qua notatur, quod ecclesia Ottoniensis, [que][1]) fuit alias erecta de monasterio ordinis s. Benedicti, extinctis ordine et dignitate episcopali (!), reducitur in pristinum statum, id est in monasterium predictum, ut prius erat, sub data Rome 6. id. maji anno 4.

Bulle restitute absque obligatione.
Annate 1487—88 fol. 241 (Archivio di Stato).

3119. **3. Aug. 1488.**

Klerken fra Lunde Stift, Magister Jens Aagesen (Hagensen) faar Provstiet i Lund, som Klerken Hemming Gad fra Linköping Stift tidligere har faaet sig tildelt, uden at der dog er udstedt nogen Bulle derom, men nu giver Afkald paa.

Cum Hemmingus Gadh *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. J. Datum Rome 3. non. aug. anno 4.

Suppl. 883 fol. 168.

3120. **3. Aug. 1488.**

Roskildekanniken Markvard Pojske, som er Præst i Stokkemarke, faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom.

Cum Marquardus Poyske canonicus Roskildensis, clericus dicte diocesis, fervore devotionis accensus desiderat ad sacros, etiam presbiteratus, ordines promoveri et in eisdem pro eius ac parentum et aliorum Christi fidelium animarum salute altissimo perpetuo famulari, eapropter supplicat prefatus orator, qui titu-

---

[1]) add. Gz.

lum competentem habere dignoscitur, quia rector parrochialis ecclesie Stackamarch diocesis Roskildensis (!), quatenus sibi, ut a quocunque maluerit catholico antistite in Romana curia residente infra tempora a jure statuta vel extra ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines promoveri successive possint (!), eidem antistiti auctoritate apostolica conferendi et oratori suscipiendi tribus diebus festivis continuis ordines huiusmodi licentiam concedere dignemini. Fiat. J. Et quod examinetur in camera apostolica. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 3. non. aug. anno 4.

Suppl. 883 fol. 91 v.

3121. **9. Aug. 1488.**

Henricus Sterneberch, som først var Munk i Cistercienserklostret i Rittershausen i Halberstadt Stift, senere i 4 Aar Vagant, derefter uden foregaaende Absolution blev valgt til Abbed i Klostret i Hiddensee, saa afsat fra dette Embede af Abbeden i Dobberan Kloster, faar nu Absolution for sine gamle Forseelser og Dispensation til eventuelt at modtage et Abbedi.

Exponitur pro parte Henrici Sterneberch monachi monasterii in Hyddenser ordinis Cisterciensis Roskildensis diocesis, quod olim, postquam ipse, tunc in quintodecimo sue etatis anno constitutus, monasterium Riddershusen eiusdem Cisterciensis ordinis Halberstadensis diocesis ingressus regularem in eo professionem per illius monachos emitti solitam emiserat et inibi per aliquot annos permanserat ac ad ordinem subdiaconatus rite promotus fuerat, quadam tamen levitate ductus dictum monasterium exivit et habitu regulari per eum dimisso per quattuor annos in habitu seculari vagans fuit, apostasie reatum et excommunicationis sententiam etc. incurrendo, et deinde prefatum monasterium in Hiddenser ingressus professionem in eo regularem . . . de novo emisit et ad dictum subdiaconatus ordinem, alias tamen rite, se fecit iterum promoveri, et successive, postquam ipse Henricus in dicto monasterio in Hiddenser per plures annos alias laudabiliter vivendo permanserat, dicto monasterio in Hiddensehr certo modo vacante, conventus illius eundem Henricum, nulla a reatu apostasie ac excommunicationis sententia et aliis excessibus premissis absolutione obtenta, in eiusdem monasterii abbatem quamvis de facto elegerunt, ipseque Hinricus electionis huiusmodi pretextu in regimen dicti monasterii se intrusit et illud per tres annos vel circa detinuit seque interim ad diaconatus et presbiteratus ordines, alias tamen rite, promoveri fecit et munus benedictionis suscepit. Postmodum vero, cum per

eius superiores a dicto monasterio in Hiddenser realiter amotus et omnibus bonis, que secum tunc habebat, spoliatus fuisset, tunc abbas monasterii in Dubbran dicti ordinis Zwerinensis diocesis ipsum incarceravit et per sex septimanas incarceratum detinuit, ac tandem quidam Hinricus Swimerin (!), qui prefatum monasterium in Hyddensehr obtinebat, eundem Hinricum Sterneberch 200 mr. monete Lubicensis illarum partium et 20 fl. Rhenensibus, cum quibus ipse Hinricus ad Romanam curiam pro absolutione super premissis obtinenda venire sperabat, spoliari fecit, dictus vero abbas ipsius monasterii in Dobbran ab eodem Hinrico juramentum extorsit, quod, si contingeret eum ad Romanam curiam venire, ipsum premissorum occasione numquam molestaret. Cum autem dictus Hinricus Sterneberch, qui post multas tribulationes, angustias et calamitates ad predictam curiam non absque magnis laboribus et periculis se contulit, de premissis excessibus ab intimis doleat, supplicat, quatenus ipsum a reatu apostasie ac excommunicationis sententia aliisque excessibus absolvere ac secum super irregularitate, si quam dicta sententia ligatus missas et alia divina officia non tamen in contemptum clavium celebrando vel se illis alias immiscendo contraxit, quodque in omnibus per eum susceptis ordinibus, etiam in altaris ministerio, ministrare ac quecunque administrationes et officia dicti ordinis, si ad illa alias rite assumatur, exercere necnon cuicunque monasterio eiusdem ordinis prefici illudque in spiritualibus et temporalibus regere libere valeat, dispensare ac juramentum predictum sibi penitus relaxare omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam abolere dignemini. Fiat. J. Et ad unum monasterium eiusdem ordinis. Datum Rome 5. id. aug. anno 4.

Suppl. 883 fol. 191.

3122. **16. Aug. 1488.**

Munken Mikkel Pedersen i Maribo Kloster, som af Konfessoren Oluf er bleven sat i Fængsel og tvungen til at gaa ind i et andet Birgittinerkloster udenfor Danmark (in finibus mundi) og har forpligtet sig til at blive der, faar det overdraget til Biskoppen i Odense eller Bergen at undersøge Sagen og eventuelt lade ham vende tilbage til Klostret i Maribo.

Pro parte fratris Michaelis Petri ordinis s. Brigitte de Marieboo Ottoniensis diocesis exponitur, quod, cum idem orator honeste et laudabiliter ac absque ulla reprehensione continue

vixisset, nihilominus tamen quidam frater Olanus assertus confessor eiusdem monasterii s. Brigitte eundem oratorem in carceribus dicti monasterii intrusit, et in ipso existentem idem frater Olanus eundem oratorem, ut dictum monasterium, in quo professionem emisit, exiret et ad aliud monasterium in finibus mundi existens libenti animo et absque violentia se transferret, vi et violentia ac metu mortis per eundem Olanum comminatum obligari et manu propria scribi [ɔ: -bere][1]) fecit in casu, quod contra promissionem et obligationem suam veniret, quod episcopo Ottoniensi seu eius officialibus liceret eundem oratorem ad perpetuos carceres ponere, quod in ipsius oratoris detrimentum ac jacturam ac inobservationem propriorum privilegiorum et regule eiusdem ordinis, in quibus expresse cavetur, quod, si quis in dicto monasterio professionem emiserit, sub perpetua clausura usque ad mortem stare debeat et nunquam dictum monasterium exire nisi de suo expresso consensu ad edificanda nova monasteria eiusdem ordinis electus fuerit, cedit; quare pro parte eiusdem oratoris s. v. supplicatur, quatenus alicui probo viro in partibus illis residenti et, si placet, episcopo Ottoniensi aut episcopo Bergensi, eiusdem ordinis in partibus illis protectori, ut de premissis ac vita et conversatione eiusdem oratoris se summarie et extrajudicialiter informet et, si per informationem huiusmodi repererit dictum oratorem bone vite et conversationis honeste fore et in aliquo culpabilem non fuisse, eundem oratorem a juramento, si quod intervenerit, ac promissione predicta absolvat ac obligationem et scripturas per eum factas casset et an[n]ullet et in dicto monasterio et loco suo consueto, a quo expulsus modo premisso fuit, revertere et collocari ac stare mandet, necnon eidem confessori et aliis, quibus opus fuerit, sub [pena] excommunicationis late sententie, ne eundem oratorem in persona, rebus aut bonis per se seu alios molestet et molestari permittat nec a dicto monasterio expellat seu expelli faciat, inhibeat et inhibitionem huiusmodi observationibus, juramentis et remediis oportunis faciat [communiri][1]), ipsum oratorem ab omni jurisdictione et correctione dicti confessoris eximat et, si eidem episcopo constiterit, dictum oratorem male vite et conversationis inhoneste ac aliquod malum punitionem et correptionem requirens perpetrasse, juxta eiusdem ordinis regulam et statuta per sententiam patrum eiusdem monasterii puniat et corrigat, man-

---

[1]) add. Gz.

dare dignemini . . . . Fiat constito de legitimo metu. J. Et per breve e. s. v. attenta paupertate oratoris. Fiat. J. Datum 17. kal. sept. anno 4.

Suppl. 883 fol. 17 v.

3123. **9. Sept. 1488.**

Roskildekanniken Markvard Pojske, som er Sognepræst i Stokkemarke, faar Tilladelse til at give sine Sognebørn Absolution i Tilfælde, som ikke er forbeholdte Pavestolen, samt til at have Rejsealter.

Supplicat Ma[r]quardus Poysske canonicus ecclesie Roskildensis, rector parrochialis ecclesie ville Stechomarche Ottoniensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi, ut omnes suos et dicte ecclesie parrochianos, etiam utriusque sexus, ab omnibus suis peccatis, criminibus, excessibus et delictis, sedi tamen apostolice non reservatis, que sibi aut uni ex suis capellanis vel viceplebanis confitebuntur, et de quibus ipsi corde contriti et ore confessi fuerint, totiens, quotiens opus fuerit, per se vel alios absolvere et penitentiam salutarem injungere [valeat], sibique ampliorem gratiam facientes, ut liceat sibi in domibus, capellis et ecclesiis ac aliis locis honestis, etiam non sacris, habere altare portatile cum debita reverentia, super quo, etiam ante diem ac tempore interdicti auctoritate ordinaria dumtaxat appositi, dummodo causam non dederit huiusmodi interdicto, et qualitas negotiorum id exigeret, per se ipsum, dum ad ordinem presbiteratus rite promotus fuerit, aut in ipsius et quorumcunque familiarium ac parentium, consanguineorum, affinium et supervenientium presentia per suum proprium secularem vel cuiusvis ordinis regularem presbiterum missas et alia divina officia totiens, quotiens opus fuerit, celebrare possit, facultatem concedere dignemini. Fiat de altari in forma. J. . . . . Datum Rome 5. id. sept. anno 4.

Suppl. 884 fol. 115.

3124. **14. Sept. (14. Nov.) 1488.**

Markvard Pojske faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom og benytte romersk Ritus ved Messen.

Cum Marquardus Poyske, canonicus ecclesie Roskildensis et rector parrochialis ecclesie Stachamarch Ottoniensis diocesis, magno devotionis fervore accensus cupiat se ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines rite promoveri et in dictis sic susceptis ordinibus deo altissimo perpetuo famulari, supplicat igitur dictus Marquardus, qui de nobili genere ex utroque parente

procreatus et ratione dictorum beneficiorum arctatus existit, quatenus . . . sibi, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente, quem ad hoc duxerit eligendum, se ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines rite et successive tribus diebus dominicis aut festivis etiam extra tempora a jure statuta promoveri facere possit, prefato episcopo conferendi et oratori ipsi suscipiendi ordines huiusmodi licentiam concedere sibique, ut ipse per se et, dum sibi placuerit, una cum uno socio per ipsum totiens quotiens eligendo horas canonicas seu divinum officium secundum usum Romane curie, absque alicuius pene incursu superiorisque sui aut alterius eorundem licentia desuper minime requisita, in Romana curia aut quocunque aliorum locorum etiam in dictis beneficiis residendo, quoad vixerit, dummodo a ritu ecclesie, in qua residebit, alta voce non discrepet, dicere et recitare possit, similiter concedere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera. Datum Rome 18. kal. oct.[1]) anno 5.

Suppl. 886 fol. 31 v og (II) 888 fol. 287 v.

3125. **16. Sept. 1488.**

Markvard Pojske faar Tilladelse til ikke at residere ved sit Kanonikat i Roskilde og dog optere en Kannikegaard dèr.

Supplicat Marquardus Poyzike canonicus ecclesie Roskildensis et Johannis Dacie etc. regis familiaris, quatenus sibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, ut in Romana curia vel altero suorum beneficiorum residendo aut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale etc., insistendo, quoad vixerit, fructus tam dictorum canonicatus et prebende quam quorumcunque aliorum beneficiorum . . ., que in quibuscunque ecclesiis sive locis obtinet et imposterum obtinebit . . . . ., distributionibus quottidianis dumtaxat exceptis libere percipere valeat et ad residendum interim in eisdem minime teneatur . . . . ., et curiam canonicalem dicte ecclesie, dum vacaverit, [optare valeat, non obstantibus consuetudinibus] dicte Roskildensis ecclesie, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod in illa canonicatum et prebendam aut dignitatem etc. obtinens teneatur anno singulo in festivitate s. Mauritii in capitulo ecclesie Roskildensis per se comparere et, quod illo anno durante velit officiis divinis dicte ecclesie Roskildensis et actibus

---

[1]) II: 18. kal. dec.

capitularibus personaliter interesse, aut quod anno isto in curia Romana vel aliquo studio privilegiato insistere vel residere velit, solenniter protestari etc., et aliis, quibus cavetur, ut asseritur, quod canonicus ecclesie Roskildensis minori prebenda prebendatus apud ipsam ecclesiam Roskildensem non residens prebendas maiores et curias canonicales juxta ipsius ecclesie consuetudines obtinere non possit. Fiat. J. Datum Rome 16. kal. oct. anno 5.

Suppl. 886 fol. 85 v.

3126. 16. Sept. 1488.

Paven befaler Ærkebisperne i Upsala og Lund og Biskopperne i Strengnäs og Roskilde sammen med 12 dansk-norske og 12 svenske Voldgiftsmænd at undersøge Processen mellem Dronning Dorothea og Sten Sture og derefter løse denne sidste fra det ham af Biskoppen i Ratzeburg paalagte Band.

Upsalensi et Lundensi archiepiscopis ac Strengensi et Roskildensi episcopis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte nobilis viri Stennonis Sture regni Svecie gubernatoris petitio continebat, quod, cum alias Dorothea Dacie regina, vidua Cristierni Dacie regis relicta, federum et conventionum inter dictum Cristiernum regem pro se suisque heredibus et successoribus ex una ac universos incolas . . Dacie, Norvegie et Svecie regnorum necnon prefatum Stennonem ex alia partibus pro perpetua pace et quiete regnorum et incolarum eorundem initorum . . . verisimiliter non ignara, quibus inter cetera cavebatur, quod castrum Orebro alicui ex dicto regno Svecie oriundo assignari deberet nomine regine Dacie et regni Svecie sub hac conditione, quod, si eidem regine per viam justitie adjudicatum foret, tunc ille, cui castrum commissum esset, illud libere regine resignare deberet, secundum quod viginti quatuor arbitri et judices in confederatione, pace et liga predictis, quorum ex Dacia et Norvegia duodecim et ex Svecia duodecim alii fuerant, deputati judicarent, prout in confederationis, pacis et lige perpetue[1]) litteris plenius continetur, nulla de illis facta mentione contra illa veniendo assereret[2]) dictum Stennonem et nonnullos alios clericos et laicos dicti regni Svecie nonnulla in eodem regno Svecie consistentia immobilia mobiliaque bona parafrenalia ad ipsam pretextu cuiusdam donationis propter nuptias, ut asserebat, spectantia detinere indebite occupata, Sixti pape IV ad Alberstadensem et Meserburgensem epi-

[1]) predictarum Gz. [2]) IV: falso pretenderet

scopos super predictis contra dictum Stennonem et litis consortes litteras[1]) impetravit primo, et deinde, cum assereret, sibi ad Stennonem et alios clericos et laicos predictos tutum non patere accessum, alias in forma brevis[2]) litteras ad eosdem extorsit, per quas eisdem [mandabatur][3]), ut ipsi vel alter eorum, si constaret saltem proprio eiusdem regine juramento, quod tutus ad eos non patebat accessus, Stennone ac aliis clericis et laicis litis consortibus etiam per edictum publicum in vicinioribus locis affigendum vocatis, monitis et citatis, de contentis in prioribus litteris antedictis summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, procedendo se diligenter informarent, et, si per informationem eandem predicta vera fore ipsi vel alter eorum comperirent, Stennonem ac clericos et laicos[4]) litis consortes predictos ad bona huiusmodi ipsi Dorothee regine restituenda per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia compellerent, prout de jure foret faciendum . . .; quarum quidem litterarum pretextu, in quibus nulla similiter pactorum, federum et conventionum huiusmodi mentio habebatur, prefata Dorothea regina a Tito episcopo Merserburgensi, suo in ea parte collega predicto, ut asseritur, se exonerante, quoddam monitorium sub censuris aliter, quam ex forma dictarum litterarum posset, et in eventum citatorium contra Stennonem ac clericos et laicos predictos decerni et illius pretextu Stennonem et alios litis consortes predictos, eis in locis per quadraginta vel quinquaginta dietas a locis domiciliorum suorum distantibus pro vicinioribus locis, etiam dictis Stennone [ɔ: -ni], clericis et laicis[5]) litis consortibus huiusmodi manifeste non tutis, ut dicitur, per edictum publicum vocatis, nulla in huiusmodi monitorio et in eventum citatorio immobilium mobiliumque bonorum huiusmodi specifica et expressa habita mentione coram dicto episcopo Merserburgensi in remotis per sexaginta dietas agente fecit ad judicium evocari. Et licet dictus Stennon et litis consortes, ut primum vaga relatione monitorii et citatorii eorundem notitiam habuerunt, dictum episcopum Merserburgensem ex eo, quod ipsius terre Merserburgensis [principes], in qua sedem et domicilium habebat, dicte regine magna erant affinitate conjuncti, et nonnullis aliis justis de causis tunc expressis suspectum allegassent et recusassent, et, quia [ad eum][3]),

---

[1]) IV tilf.: in forma humilibus votis [2]) II: in forma gratiosa
[3]) add. Gz. [4]) Gz. — Cod. laicos ac [5]) Gz. — Cod. laicis et

ad quem vocabantur, et intermedia loca, per que necessario transire debebant, quibus ipsorum inimici preerant, dicte regine affines et confederati, etiam tutus eis non patebat accessus et ad locum, ad quem vocati dicebantur, nunc per mare, nunc per terras vix duobus mensibus etiam per diversas suorum hostium et inimicorum terras potuissent accedere, ab eodem episcopo Merserburgensi et suis monitorio penali et in eventum citatorio ac fulminatione censurarum huiusmodi coram notariis publicis et testibus fidedignis ad sedem apostolicam appellassent appellationisque huiusmodi instrumentum ipsius episcopi Merserburgensis vicario generali seu vicegerenti, eo tunc in remotis agente, ac certis dicte ecclesie canonicis capitulariter congregatis et ipsius episcopi notario intimari et ad valvas eiusdem ecclesie Merserburgensis tempore divinorum officiorum affigi et inibi per longum temporis spatium [affixum remanere] et illarum [ɔ: illius] copiam auscultatam dimitti fecissent, nichilominus prefata Dorothea Stennonem et litis consortes prefatos per tunc episcopum Ratzeburgensem, cui prefatus episcopus Merserburgensis suas vices, ut asseritur, commiserat, recusationis et appellationis huiusmodi forsan non ignarus, sub pretextu, quod cuidam pro parte dicte regine coram eo oblato libello non responderant[1]), et lis super eo in causa ipsa, in qua secundum dicte commissionis formam absque libello et litis contestatione procedi poterat, et a quo, si ordinem judiciarium servari voluisset, merito potuisset appellari, non fuerat contestata, cuius et predicte subdelegationis notitiam non habebat, excommunicari et ut tales publicari, ut dicitur, fecit et procuravit quamvis perperam et inique; a quo cum pro parte prefatorum Stennonis et litis consortium ad eandem sedem appellatum extitisset, prefatus predecessor, animadvertens forsan premissa in regnis predictis scandala plurima productura, ut illis occurreretur, causas appellationis huiusmodi ac nullitatis, iniquitatis et injustitie huiusmodi processus et sententie ac etiam surreptionis et obreptionis dictarum litterarum, attemptatorum et innovatorum totius[2]) negotii principalis bone memorie Stephano[3]) tituli s. Marie in Transtyberim presbitero cardinali audiendas, cognoscendas et fine debito terminandas cum potestate Stennonem et litis consortes predictos per se vel alium absolvendi in Romana curia vel extra eam commisit; et, dicta Dorothea regina coram eodem cardinali vocata ac Stennone et

[1]) II: libello responderant [2]) IV: totiusque [3]) IV: Stephano de Nardinis

litis consortibus huiusmodi a prefatis censuris per deputatum per ipsum cardinalem in partibus illis subdelegatum absolutis, prefata regina postmodum a prefato predecessore certas alias litteras per falsi expressionem et veri suppressionem subrepticias et obrepticias cum advocatione causarum huiusmodi a prefato cardinali et quibusvis aliis judicibus, coram quibus quomodolibet penderent, ad prefatum episcopum Ratzeburgensem, per quas sibi, ut causam huiusmodi reassumeret et archiepiscopo Upsalensi et aliis regni Svecie episcopis sub suspensionis a divinis et aliis censuris tunc expressis [mandaret][1]), ut prefatum Stennonem uti dicti castri Orebro in regno Svecie situati detentorem expellerent et a participatione et communione eorundem et aliorum facerent evitari, mandari obtinuit, similiter extorsit, quarum litterarum pretextu Stennonem et litis consortes predictos fecit coram eodem episcopo Ratzeburgensi ad judicium evocari; et, postquam coram eo ad aliquos actus etiam post et contra propositam ex causis legitimis contra personam[2]) ipsius recusationem et appellationem in causa ipsa taliter qualiter processum fuerat, Albertus Marcham[3]) canonicus Ratzeburgensis, cui idem episcopus Ratzeburgensis vices suas, donec eas duceret revocandas, commiserat in eadem causa ad ulteriora etiam taliter qualiter et de facto potius quam de jure procedens quandam diffinitivam sententiam contra dictos Stennonem et litis consortes et pro dicta Dorothea regina promulgavit iniquam; a qua etiam licet pro parte prefatorum Stennonis et litis consortium ad sedem predictam denuo appellatum fuisset, et infra tempus legitimum[4]) Stennon et litis consortes predicti appellationem huiusmodi, cuius Albertus canonicus et episcopus Ratzeburgensis prefati ignari non erant, prosequuti extitissent, processus executoriales decrevit temere attemptando. Postmodum vero idem episcopus Ratzeburgensis resumpta causa huiusmodi ad ulteriora etiam de facto procedens Stennonem et litis consortes predictos ob non paritionem litterarum executorialium excommunicationis et alias sententias, censuras et penas in illis contentas incurrisse per suam etiam sententiam declaravit iniquam etiam temere attemptando, a quibus quidem litteris et processibus executorialibus ac censurarum fulminatione et sententia declaratoria huiusmodi pro parte eorundem Stennonis et

[1]) add. Gz. [2]) II: formam [3]) II: Marchen; IV: Marclini
[4]) IV: infra prosecutionis appellationis huiusmodi tempora

litis consortum fuit ad sedem appellatum eandem. Quare pro parte tam Stennonis et litis consortum predictorum quam consiliariorum dicti regni Svecie, asserentium, quod viginti quattuor arbitri dudum de consensu regis et trium regnorum predictorum[1]) recepti, quibus certissime constat, an huiusmodi bona sint regine aut corone regni Svecie, et infra decem vel duodecim aut ad plus quatuordecim dies possunt commode insimul convenire et fere omni anno pro pace et concordia perpetua vel ad minus aliqui eorum cum aliis dictorum regnorum consiliariis conveniunt, prout pluribus annis immediate superioribus de pace huiusmodi et aliis dictorum regnorum rebus tractandis et etiam presenti anno, ut dicitur, in festo b. Marie Magdalene convenerunt, ac dictorum regnorum pacem et animarum salutem affectuose desiderant et a partibus suspecti recusari rationabiliter non possunt, nobis fuit supplicatum, ut Stennonem et litis consortes predictos a prefata excommunicationis sententia absolvere ac omnes causas predictas ad nos advocare illasque vobis et eisdem vigintiquatuor arbitris committere dignaremur. Nos igitur, ne dissensiones et discordie per conventiones, confederationes et ordinationes inter regem et regna predicta stabilitas [compositae][2]) huiusmodi litis pretextu de novo suscitentur, sed ordinationes et stabilimenta huiusmodi pro perpetua pace et quiete regnorum predictorum illesa preserventur, providere volentes . . . . . illasque [ɔ: causasque], ubicunque et coram quibuscunque judicibus pendeant indecise, ad nos harum serie advocantes, fraternitati vestre mandamus, quatenus . . . ., vocatis dicta regina et aliis, qui fuerint evocandi, eisdem Stennoni et litis consortibus . . ., prestita prius per eos cautione idonea super eo, quo excommunicati habentur, quod, si vobis constiterit eandem excommunicationis sententiam in eos fore juste latam, nostris et ecclesie mandatis parebunt, absolutionis beneficium ab eadem excommunicationis sententia auctoritate nostra hac vice dumtaxat impendatis, et nichilominus appellationum predictarum et tam ante quam post illas attemptatorum et innovatorum quorumcunque necnon nullitatis, iniquitatis et injustitie singulorum processuum et sententiarum predictorum ac totius negotii principalis causas una cum vigintiquatuor arbitris prefatis audiatis ac juxta vim, seriem et continentiam pactorum, federum et stabilimentorum huiusmodi, in quantum illa res et bona, de quibus in huiusmodi

[1]) II: regni predicti [2]) add. Gz.

causis agitur, concernunt, alias vero, prout de jure, debito fine decidatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia quavis appellatione remota[1]) firmiter observari, invocato ad hoc totiens, quotiens opus fuerit, auxilio brachii secularis, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellatis veritati testimonium perhibere, non obstantibus Bonifacii pape VIII, qua inter alia cavetur, quod nullus extra suam civitatem vel diocesim ad judicium evocetur, seu ne judices a sede predicta deputati extra civitatem vel diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere seu aliis vices suas committere presumant, ac de duabus dietis in concilio generali edita et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis. Datum Rome 16. kal. oct. anno 5.

L.

Reg. Vat. 770 fol. 88; (II) daarlig Afskrift i Suppl. 900 fol. 64 v; (III) Afskrift med betydningsløse Ændringer i Eksekutionsbrev fra Ærkedegnen Ragvaldus i Upsala (tr. i Geh. Arch. Aarsberetn. IV, 419—23 som Note B til et senere Pavebrev; Reg. *7970); (IV) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 886 fol. 43 v.

3127. **22. Sept. 1488.**

Paven giver dem, der viser Velgærninger mod det romerske Helligaandshospitals Plejebørn, Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Plenaraflad een Gang i Livet og i Dødsøjeblikket.

Ad perpetuam rei memoriam. Etsi sedes apostolica cunctos pauperes et miserabiles personas materne pietatis officio confovere et juvare teneatur, infantes tamen expositos, et presertim in nostro hospitali s. Spiritus in Saxia de Urbe, quod ante oculos nostros situm est et ere apostolico per Romanos pontifices fundatum et dotatum extitit ac pluribus et diversis privilegiis et prerogativis insignitum, singulari caritate sua [ac] clementia in visceribus caritatis complecti consuevit ac eos ita specialibus favoribus et auxiliis prosequitur, quod ipsorum substentationi et recreationi necnon saluti animarum fidelium, illorum maxime suas operarias manus super hoc porrigentium, oportune provideri et salubriter consuli valeat. Cum itaque, sicut fidedignorum testimonio percepimus et experientia ipsa didicimus,

---

[1]) IV: cum eis certissime constat, an bona huiusmodi sunt regine an regni Svecie, ... et, si reppererint dicta bona ad dictam reginam legitime spectare, quod tunc ipsum oratorem infra certum terminum prefigendum sub censuris restituere compellant

quamplures infantes pauperes dietim ad dictum hospitale deferantur et ad illud pauperes, infirmi et alie miserabiles persone quotidie in copioso numero confluant et inibi caritative recipiantur et perlactentur[1]) adeo, quod ipsius facultates ad huiusmodi pia opera exercenda non suppetunt et in futurum verisimiliter non poterunt suppetere, nisi suffragio ipsorum fidelium adjuventur, nos igitur, cupientes, quantum nobis ex alto conceditur, populum christianum deo reddere acceptabilem et bonorum operum sectatorem ac necessitatibus infantium expositorum et pauperum, infirmorum et aliarum miserabilium personarum huiusmodi subvenire eosque et alios fideles indulgentiis et remissionibus prosequi, omnibus fidelibus utriusque sexus, qui unum vel unam ex ipsis infantibus expositis penes se receperint eumque seu eam usque ad tempus debitum lactaverint seu lactari ipsumque seu ipsam usque ad annum unum cum dimidio propriis expensis aluerint seu ali fecerint et virgines seu domicellas expositas apud eosdem fideles, sicut prefertur, receptas vel aliquam aliam ex dicti hospitalis expositis de propriis facultatibus nupserint seu maritaverint aut eidem hospitali illud tantum erogaverint, quod sufficiat ad lactandum seu alendum infantes expositos aut maritandas virgines [seu] domicellas expositas huiusmodi unam vel plures, necnon pauperibus, infirmis et miserabilibus personis ac aliis fidelibus christianis, quos in prefato hospitali etiam decedere contigerit, quod quilibet seu quelibet ex eis aliquem presbiterum idoneum secularem vel regularem in suum possit eligere confessorem, qui omnium peccatorum suorum etiam in omnibus casibus eidem sedi specialiter reservatis, de quibus corde contritus et ore confessus seu contrita et confessa fuerit, semel in vita et in mortis articulo plenariam remissionem sibi impendere valeat, licentiam et facultatem tenore presentium concedimus et pariter indulgemus. Datum Rome 10. kal. oct. anno 5.

Indtaget i et Brev fra Helligaandsordenens Stormester Alexander de Neronibus af 22. Jan. 1516 (Danske Selskabs Membraner).

3128. **12. Okt. 1488.**

Biskoppen og Kapitlet i Ribe faar Tilladelse til at ombytte Kirkerne i Møgeltønder og Jandrup, saaledes at Kapitlet kan ind- og afsætte Præster i Jandrup.

Olim tunc temporis episcopus Ripensis et capitulum ecclesie Ripensis, provide attendentes, quod, si ipsi bona immobilia[2])

[1]) Gz. — Cod. perlactentur et adeo [2]) Gz. — Cod. immobilia ad

s. Nicolai Mogeltunder capitulari ac[1]) eiusdem s. Nicolai in Jandorff in Westerheret episcopali mensis perpetuo unitarum parrochialium ecclesiarum Ripensis diocesis ac ipsas parrochiales ecclesias invicem permutarent, ex hoc profecto evidenti dictarum mensarum utilitati consuleretur, bona predicta invicem, ut prefertur, permutarunt, prout in quodam publico instrumento [continetur], et etiam ab olim tempore Innocentii III dicta parrochialis[2]) ecclesia in Mogeltunder dictis capitulo unita fuit[3]) . . . . Ut autem permutatio predicta eo maiorem obtineret roboris firmitatem, quo per s. v. fuerit confirmata, supplicant prefati episcopus et capitulum, quatenus . . . . . aliquibus probis viris in partibus illis mandare dignemini, ut, si et postquam eis de permutatione predicta, et quod illa in evidentem dictarum mensarum cedat utilitatem, legitime constiterit, permutationem predictam ac, prout illam concernunt, omnia in dicto instrumento et litteris apostolicis contenta et inde secuta quecunque confirment. Fiat. J. . . . . Et quod regi possit dicta parrochialis ecclesia in Mogeltunder [ɔ: Jandorff] per amovibilem ad nutum capituli predictorum. Datum Rome 4. id. oct. anno 5.

Suppl. 887 fol. 143 v.

3129. **5. Nov. 1488.**

Sognepræsten Markvard Pojske i Stokkemarke faar Ærkedegneembedet i Viborg og Tilladelse til at beholde begge Embeder.

Cum alias archidiaconatus ecclesie Vibergensis tunc per obitum Ketilli N. a tanto tempore vacaverit et vacet ad presens, quod collatio [eius] juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, licet quidam N. Glob, qui se gerit pro clerico, cuique tunc defectum etatis patienti et nondum in decimoquarto sue etatis anno constituto de illo sic vacante quamquam[4]) minorenni et inhabili, sedis apostolice desuper dispensatione minime obtenta ordinaria auctoritate, ut pretenditur, provisum fuit, huius[5]) quidem pretense provisionis pretextu archidiaconatum huiusmodi ad annum et ultra citra tamen biennium detinuit indebite occupatum, quapropter archidiaconatus huiusmodi adhuc vacare noscatur, supplicat igitur Marquardus Poyssce rector parrochialis ecclesie ville Stochemarche Ottoniensis diocesis, quatenus sibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus et in Romana curia presens existit, de dicto

[1]) Gz. — Cod. ac ad [2]) Cod. de dicta parrochiali [3]) Cod. fuerit
[4]) Gz. — Cod. tamquam [5]) Gz. — Cod. cuius

archidiaconatu, qui in ipsa ecclesia Vibergensi dignitas curata et forsan electiva existit [fructus 4 mr.], providere secumque, ut unacum dicta parrochiali ecclesia, quam possidet [fructus 4 mr.], dictum archidiaconatum ecclesie Vibergensis, si illum assequatur, seu absque illis aliqua alia duo curata aut alias invicem incompatibilia beneficia . . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et, quoad vixerit, retinere illaque et quecunque alia duo per ipsum in posterum assequenda incompatibilia beneficia . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . . beneficia duo dumtaxat incompatibilia etiam recipere et similiter, quoad vixerit, insimul retinere libere valeat, concedere [ɔ: dispensare] dignemini. Fiat. J. Et quod cognomen ipsius Ketilli . . . necnon nomen proprium et qualitates dicti Glob . ., et per quantum tempus occupaverit, latius exprimi possi[n]t in litteris. Et quod littere simul vel seorsum expediri possint. Datum Rome non. nov. anno 5.

Suppl. 888 fol. 65 v.

14. Nov. 1488.

Se 14. Sept. 1488 (Nr. 3124).

3130. **17. Nov. 1488.**

Præsten Nicolaus Lamberti fra Utrecht Stift faar Kanonikat og Præbende i Middelburg mod at give Indehaveren Klerken Albert Asschen fra Odense Stift en aarlig Pension.

Cum Albertus Asche clericus Ottoniensis diocesis v. s. familiaris continuus commensalis, cui nuper s. v. de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie s. Petri Middelburgensis Traiectensis diocesis, tunc per obitum Johannis Nijs in Romana curia defuncti vacantibus, concessit provideri, gratie concessionis huiusmodi litteris apostolicis desuper nundum confectis in manibus s. v. cedit de presenti, supplicat Nicholaus Lamberti presbiter dicte Traiectensis diocesis, capellanus familiaris et continuus commensalis Oliuerii episcopi Sabinensis cardinalis Neapolitani, quatenus renuntiationem huiusmodi admittentes sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 36 fl. auri de camera], etiam si . . specialiter vel ex eo, quod dicti Albertus et Johannes s. v. familiares continui commensales, dictus vero Johannes illos obtinens sedis apostolice prothonotarius et s. v. cubicularius extiterunt, vel alias generaliter reservati existant, providere, et, ne dictus Albertus propter renuntiationem huiusmodi nimium dispendium patiatur, annuam pensionem 12 fl. similium super fructibus dictorum canonicatus et prebende per ipsum Nicho-

laum, quoad illos tenuerit, dicto Alberto, quoad vixerit, singulis annis in terminis et locis concordandis et sub censuris in talibus apponi solitis [persolvendam][1]) de consensu ipsius Nicholai dicto Alberto reservare necnon eidem Alberto, ut, cedente vel decedente ipso Nicholao vel alias dictos canonicatum et prebendam quomodolibet dimittente, lice[a]t sibi Alberto ad dictos canonicatum et prebendam liberum regressum habere, ... concedere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 15. kal. dec. anno 5.

Suppl. 889 fol. 41 v.

3131. 5. Dec. 1488.

Paven befaler Biskoppen i Glandeves, Modenakanniken Johannes Baptista fra Ferrara og Officialen i Roskilde at overdrage Klerken Laurens Bertoldsen fra Roskilde Stift Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Episcopo Glandatensi et Johanni Baptiste de Ferrariis canonico ecclesie Mutinensis ac officiali Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Petrus Johannis obtinebat, per obitum eiusdem Petri Johannis vacent, nos . . . discretioni vestre mandamus, quatenus vos . . . canonicatum et prebendam predictos [fructus 4[2]) mr.] Laurentio Bertoldi clerico Roskildensis diocesis auctoritate nostra conferre curetis . . . . . . Datum Rome non. dec. anno 5.

N. XX. 9. kal. aug. anno 5. episcopus Yporiensis.

Reg. Lat. 876 fol. 107 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. Aleriensis) i Suppl. 891 fol. 50.

3132. 5. Dec. 1488.

Klerken Didrik Tetens fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Hameln.

Cum Andreas Keock presbiter Slesvicensis diocesis canonicatui et prebende ecclesie ss. Bonifacii et Innocentii Hamelensis Mindensis diocesis, de quibus sibi tunc vacantibus auctoritate apostolica concessum fuerat provideri, ac omni juri ad eosdem sibi quomodolibet competenti, litteris super concessionis gratia non confectis, de presenti resignat, supplicat igitur Theodericus Totons clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi resignationem huiusmodi admittentes de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.], sive premisso sive alias quovis modo aut adhuc per Godfridi Stulberc vel ipsius Andree obitum vacent . . . . aut ex eo, quod dictus Godfridus bone memorie cardinalis, cuius nomen et titulus exprimi possint in litteris, familiaris continuus commen-

---

[1]) add. Gz. [2]) II: 6 mr.

salis fuit, reservati existant, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome non. dec. anno 5.

Suppl. 889 fol. 245 (225) v.

3133. **9. Dec. 1488.**

Paven bestemmer, at Provstiet i Harsyssel med tilhørende Annekser skal lægges under Biskopsbordet i Ribe.

Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii debitum [etc.]. Sane pro parte Hardwici episcopi Ripensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod fructus mense episcopalis Ripensis excrescentes in possessionibus dicte mense circa mare occidentale adjacentibus ob tempestates et aquarum inundationes ac alios sinistros eventus sunt adeo tenues et exiles, quod idem Hardwicus et pro tempore existens Ripensis episcopus ex illis juxta pontificalis exigentiam dignitatis se sustentare ac onera ipsis incumbentia perferre commode non possint, quodque, si ecclesia, prepositura nuncupata, loci in Hardesyssel Ripensis diocesis eidem mense perpetuo uniretur, ipse Hardwicus et pro tempore existens episcopus Ripensis pro sua decentiori sustentatione ac onerum huiusmodi supportatione aliquod exinde susciperent relevamen. Quare pro parte dicti Hardwici episcopi nobis fuit supplicatum, ut eandem ecclesiam dicte mense perpetuo unire . . . dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter cetera voluimus, quod petentes beneficia aliis uniri tenerentur exprimere verum valorem beneficii, cui unio fieri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes, fructuum dicte mense, qui in libris camere apostolice ad 120 fl. auri de camera taxantur, verum valorem annuum presentibus pro expresso habentes, ecclesiam predictam, que sine cura est [cuius et nonnullorum illi canonice annexorum, quibus cura imminet animarum, fructus 4 mr.], cum eisdem annexis prefate mense tenore presentium perpetuo . . . . unimus, ita quod, decedente dicte ecclesie moderno rectore, liceat eidem Hardwico et pro tempore existenti episcopo Ripensi corporalem possessionem ecclesie et annexorum predictorum . . . . auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo retinere ac illius et annexorum huiusmodi fructus in suos ac mense et ecclesie predictarum usus convertere, cuiusvis licentia super hoc minime requisita. Datum Rome 5. id. dec. anno 5.

F. XXXX. Suno.

Reg. Lat. 871 fol. 270 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. Aleriensis) i Suppl. 889 fol. 172 v.

Mense episcopali Ripensi prepositura in Fredefifel (!) Ripensis diocesis [fructus 4 mr.] sub data 5. id. dec. anno 5 Innocentii VIII perpetuo unita fuit . . . .

Arm. 33 vol. 2 fol. 425.

3134. **6. Jan. 1489.**

Dekanen i Minden Eggert Durkop faar motu proprio Provstiet sammesteds, Lübeckerkanniken Henricus Meyer motu proprio Dekanatet.

Motu proprio magistro Egerdo Durcap decano et canonico ecclesie Mindensis, capellano nostro ac palatii apostolici causarum auditori, necnon Henrico Meyer canonico Lubicensi, decretorum doctori, cubiculario ac familiari nostro antiquo et continuo commensali, respective specialem gratiam facere volentes, magistro Egerdo de prepositura dicte ecclesie, que inibi dignitas post pontificalem maior ac curata et electiva existit, per obitum Bernardi Gropperdorp vacante [fructus 24 mr.], ac supradicto Henrico de decanatu predicto, quem idem magister Egerdus in eadem obtinet et [qui] etiam dignitas curata et electiva, non tamen post pontificalem maior [existit], per assecutionem dicte prepositure etc. vacare speretur ac per assecutionem huiusmodi . . ., prout etiam se sponte obtulit dictus Egerdus[1]), volumus vacare [fructus 8 mr.] . . . . ., prefato Egerdo providemus ac Henrico respective provideri mandamus necnon dispensationi sive indulto ipsi magistro Egerdo de simul obtinendo duas dignitates in eadem ecclesia et sub eodem tecto ad certum tempus apostolica auctoritate concesso . . . . pro hac vice dumtaxat, consentiente et volente id dicto Egerdo, specialiter et expresse derogamus . . . . Concessum motu proprio in presentia pape. A. Aleriensis . . . Et quod littere super premissis divisim expediri possint. Concessum. A. Aleriensis. Datum Rome 8. id. jan. anno 5.

Suppl. 893 fol. 147.

3135. **8. Jan. 1489.**

Bispebordet i Ribe fritages for at betale Annater af Indlemmelsen af Provstiet i Harsyssel.

[1489] Die 8. jan. una bulla unionis perpetuo prepositure in Herdesysel Ripensis diocesis [fructus 4 mr.] facte mense epi-

---

[1]) Gz. — Cod. Egerdus, ac volumus

scopali Ripensi sub data 5. id. dec. anno 5. Data de mandato, quia non excedit, et fuit aucta taxa dicte ecclesie ad fl. 8.

Bulle restitute absque obligatione.
Annate 1488—89 fol. 229 (Archivio di Stato).

3136. **31. Jan. 1489.**

Paven befaler Viborgkanniken Bent Knudsen at modtage Provsten i Tvilum Poul Mikkelsens Resignation og indsætte Præsten Kjeld Nielsen fra Børglum Stift som hans Efterfølger.

Benedicto Kanuti canonico ecclesie Vibergensis. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque Paulus Michaelis prepositus monasterii loci Twifflum[1]) ordinis s. Augustini Arusiensis diocesis pro eo, quod jam dudum octuagesimum sue etatis annum peregit et adeo senio confectus et viribus sui corporis destitutus existit, quod preposituram dicti monasterii, quam obtinet, amplius regere ac onera sibi ratione eiusdem prepositure incumbentia commode perferre non potest per se ipsum, ac ex nonnullis aliis rationabilibus causis preposituram predictam sponte resignare proponat, ac Ketillus Nicolai presbiter Burglanensis diocesis cupiat ob melioris vite frugem in dicto monasterio una cum illius conventu sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos, . . . prefatum Ketillum in huiusmodi suo laudabili proposito confovere volentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si est ita, ab eodem Paulo vel procuratore suo resignationem huiusmodi, si illam in tuis manibus sponte facere voluerit, auctoritate nostra hac vice dumtaxat admittas eaque per te admissa prefatum Ketillum, si sit idoneus et aliud canonicum non obsistat, in dicto monasterio eadem auctoritate in canonicum recipias et in fratrem sibique regularem habitum juxta ipsius monasterii consuetudinem exhibeas . . . necnon professionem regularem per canonicos dicti monasterii emitti solitam ab ipso Ketillo, si illam in eisdem manibus sponte emittere voluerit, eadem auctoritate similiter admittas ipsaque professione per te admissa preposituram predictam, que conventualis est, et cuius ac in Germungh[2]) necnon in Skorop dicte Arusiensis diocesis parrochialium ecclesiarum et aliorum eidem prepositure canonice annexorum fructus 4 mr. arg. valorem annuum non excedunt, cum annexis huiusmodi eidem Ketillo, postquam habitum susceperit et professionem huiusmodi

[1]) H: Tesifflensis, vulgariter Tesifflum nuncupati, [2]) H: Gerningh

emiserit, ut prefertur, prefata auctoritate nostra conferas . . . . . Ceterum, cum non sit verisimile, quod quis beneficia sua multis forsan laboribus aquisita, ex quibus vite subsidium percipit, absque magna causa sponte resignet, attente provideas, ne in resignatione huiusmodi, si fiat, ex parte Ketilli et Pauli predictorum aliqua pravitas interveniat seu etiam corruptela. Volumus autem, quod dictus Ketillus, quamprimum professionem huiusmodi emiserit, aut annus probationis sue lapsus fuerit s[i]ve habitum professorum susceperit et illum per triduum scienter gestaverit seu etiam antea, si constiterit ipsum absolute vitam mutare voluisse, beneficia per eum obtenta predicta, que ac jus sibi in aliis beneficiis quomodolibet competens extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Datum Rome pridie kal. febr. anno 5.

G. 16. kal. martii anno 5. Polycarpus.

Reg. Lat. 869 fol. 1; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. Aleriensis) i Suppl. 892 fol. 119.

3137. **3. Febr. 1489.**

Præsten Peder Laurenssen fra Børglum Stift faar Sognekirkerne i Jetsmark og Hune.

Cum Nicolaus Laurentii rector parrochialis ecclesie s. Nicolai in Jetzmar Burglanensis diocesis, cui parrochialis ecclesia b. Marie virginis in Honen eiusdem diocesis perpetuo est annexa, dictam ecclesiam s. Nicholai cum annexa huiusmodi in manibus s. v. resignare, et Laurentius Bartholomei presbiter, cui olim de dicta annexa, quam tunc certo modo vacare falso asserebat, auctoritate ordinaria fuit provisum, omni juri sibi in eadem annexa quomodolibet competenti cedere in manibus v. s. proponant, prout idem Nicolaus resignat et Laurentius cedit de presenti, supplicat igitur Petrus Laurentii presbiter eiusdem diocesis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes de dicta ecclesia s. Nicholaii, [cuius cum annexa huiusmodi fructus 4 mr. arg. monete in partibus illis currentis, que 24 duc. auri de camera non transcendunt] eidem oratori providere ac dicto Nicholao loco annue pensionis tres lestas annone, que valorem 8 duc. similium non transcendunt, de fructibus etc. dictarum ecclesiarum per dictum Petrum et suos successores dictas ecclesias pro tempore obtinentes eidem Nicolao in loco et terminis ac sub penis et censuris in talibus apponi solitis annis singulis integre persolvendas reservare dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 3. non. febr. anno 5.

Suppl. 892 fol. 96 v.

3138. **7. Febr. 1489.**

Klerken Jakob Jensen fra Ribe Stift faar, skønt kun 20 Aar gammel, ny Provision paa Sognekirken i Varde og Dispensation til i 7 Aar ikke at residere ved Embedet; dog skal han inden eet Aar lade sig indvie til Subdiakon.

Alias parrochiali ecclesia s. Jacobi in Warde Ripensis diocesis per obitum Nicolai Barkensen vacante, Johannes Dacie, Svecie et Norvegie rex, ad quem seu eius predecessores ab antiqua et hactenus observata consuetudine jus presentandi personam idoneam ad dictam ecclesiam, dum et quotiens illam pro tempore vacare contingerit (!), pertinere consuevit, prout pertinet de presenti, Jacobum Johannis clericum dicte diocesis, tunc in decimo nono etatis anno constitutum, ipsius loci ordinario pro institutione canonica obtinenda presentavit, et extunc per eundem ordinarium seu eius in hac parte vicarium in spiritualibus seu officialem generalem institutus fuit, possessione subsecuta. Dubitat tamen presentationem, institutionem et possessionis assecutionem cum inde secutis propter defectum etatis premisse ac aliis de causis viribus posse subsistere dictamque ecclesiam propterea adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi, qui jam dudum vigesimum sue etatis annum attigerit, de antedicta parrochiali ecclesia, que de jure patronatus prefati regis Dacie etc. existit, cui pro hac vice dumtaxat de expresso consensu eiusdem derogare placeat, [fructus 4 mr.], per modum simplicis vel nove provisionis, prout id oratori utilius videbitur, providere sibique etiam ampliorem gratiam facientes, secum, ut ratione dicte parrochialis ecclesie, quam obtinet, seu quorumcunque aliorum beneficiorum per ipsum jam obtentorum et imposterum assequendorum litterarum studio, ubi illud vigeat generale, residendo aut servitiis dicti regis aut cuiuscunque alterius principis insistendo ad septennium a data presentis supplicationis computandum ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur seu etiam parrochiali ecclesia vel aliis beneficiis huiusmodi privari vel super eis quomodolibet molestari possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. . . . . Et cum derogatione juris patronatus regis Dacie, attento quod de consensu, et cum indulto huiusmodi de non promovendo ad septennium stando in studio vel servitio dicti regis etiam insistendo, dummodo infra annum sit subdiaconus. Datum Rome 7. id. febr. anno 5.

Suppl. 893 fol. 21.

3139. **9. Febr. 1489.**

Gejstligheden og Kirkeværgerne i Børglum Stift faar indsat Dommere (prelati in partibus) imod Biskop Niels Styggesen (Rosenkrantz) i Børglum, som havde plaget dem med overdrevent Gæsteri og alt for store Skattepaalæg.

Exponitur pro parte rectorum parrochialium ecclesiarum civitatis et diocesis Burglanensis ac provisorum seu magistrorum fabricarum earundem ecclesiarum et diocesis gravi cum querela, quod, licet Innocentius IV et Gregorius X decreverint, quod locorum ordinariis non liceat rectores parrochialium ecclesiarum nisi temporibus debitis et in constitutionibus eorundem latius expressis visitare et ab illis procurationes recipere, nichilominus Nicolaus episcopus Burglanensis, quo spiritu ductus nescitur, decretis huiusmodi temere et de facto, cum de jure non posset, contraveniendo dictos rectores quolibet anno pluribus vicibus indebite etiam personaliter cum sexaginta equitibus et interdum pluribus visitare, procurationes indebitas ab eis extorquere et cum aliquibus eorundem interdum per unam, aliquando per duas et interdum per tres dies et noctes morari eosque adeo enormiter in suis bonis et rebus ac etiam pecuniis numeratis gravare et exactionare non expavit, quod aliqui eorundem, visitationibus, gravaminibus et exactionibus huiusmodi causantibus, cum illas sufferre non possent, ad talem devenerunt penuriam et paupertatem, quod ecclesiis parrochianis suis dimissis illisque etiam per aliquos eorundem resignatis et aliis personis idoneis in illis non institutis aufugerant; et hiis non contentus, sed mala malis accumulans provisores dictarum ecclesiarum, magistros gildem [ɔ: -darum] aut fabricatarum [ɔ: -ores] vulgariter nuncupatos, ad solvendum sibi singulis annis nonnullarum pecuniarum quantitates de ipsarum parrochialium ecclesiarum patronorum et aliorum Christi fidelium piis suffragiis et oblationibus ac alias collectas, de quibus ecclesie ipse in suis structuris et edificiis reparari et conservari ornamentaque earundem, videlicet libri, calices et alia paramenta, restaurari deberent, totiens, quotiens sibi videbitur, compellit, propter que divinus cultus diminuitur, devotio fidelium lentescit et sepius subsequitur periculum animarum in anime prefati Nicolai episcopi grave periculum ipsorumque oratorum permaximum prejudicium, dampnum, injuriam et gravamen ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum. Ne igitur premissa, que adeo publica et notoria in civitate et diocesi antedictis existunt, quod nulla penitus valeant tergiversatione celari, ipsaque impunita transibunt, nisi s. v. de sua solita cle-

mentia occurrat, [impunita maneant][1]) et ut pena ipsius alios forte similia et peiora audentes valeat formidare, dignetur s. v., qui similes pias causas ac pauperes et oppressas personas defensare consuevit et debet, causas, quas prefati oratores habent habereque intendunt tam conjunctim quam divisim contra dictum Nicolaum episcopum adversarium omnesque alios sua interesse putantes de dictis injustis visitationibus ac procurationum indebitarum exactionibus et extorsionibus injuriisque per eundem oratoribus ipsis tam conjunctim quam divisim illatis et inferri comminatis dampnisque et interesse per dictos oratores passis et patiendis rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius deducendis, cum omnibus illarum incidentiis, emergen[tiis], dependentiis, annexis et connexis aliquibus prelatis in partibus illis residentibus per litteras s. v. in forma *Humilibus* etc. expediendas mandare audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum potestate dictum Nicolaum episcopum adversarium omnesque alios supradictos et in executione citationis presentium vigore decernende nominandos etiam per edictum publicum, cum ad ipsum tutus non pate[a]t[1]) accessus, citandi sibique et aliis, quibus videbitur, sub censuris et 100 mr. arg. puri, si contrafecerit, camere apostolice irremissibiliter applicandarum penis totiens, quotiens opus fuerit, simili edicto inhibendi ceteraque faciendi, que in hiis necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna, Bonifacii pape VIII de una ac Viennensis ac Lateranensis conciliorum de duabus dietis, quibus pro hac vice derogare placeat, non obstantibus. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 5. id. febr. anno 5.

Suppl. 893 fol. 27 v.

3140. **9. Febr. 1489.**

Lægmanden Henrik Friis og hans Hustru Anna Lunge faar pavelig Bekræftelse paa Besiddelsen af Gaarden Rugtved i Albæk Sogn og Bispegaven i Børglum Stift, som var tilstaaet ham af den afdøde Biskop Jep Friis.

Olim bone memorie Jacobus episcopus Burglanensis, provide considerans grata ac longeva et fidelia servitia, que Henricus Frijs laicus Burglanensis diocesis sibi et ecclesie Burglanensi magna cum fide et diligentia prestiterat, ac sperans, quod ipse in huiusmodi fide et obsequiis perseveraret, volensque ipsum ad hoc cum ipsius ecclesie Burglanensis commodo et utilitate

---

[1]) add. Gz.

quibusdam gratiis et beneficiis allicere, ac summopere considerans, quod, si prefatus Henricus unam ex dicti episcopatus curiis, Spodtvegli (!) vulgariter nuncupatam, in parrochia Albec sitam, cum omnibus suis annexis tunc pro certa notabili et magna pecuniarum quantitate cuidam Botilde filie Johannis impignoratam ab eadem Botilda propriis sumptibus et expensis suis redimeret, prout id se facturum sponte promisit, profecto id in magnum dicti quondam Jacobi et sui episcopatus mense procederet incrementum, habita igitur super hiis cum capitulo ecclesie Burglanensis deliberatione matura et de illius consilio et expresso assensu antedictam curiam cum omnibus suis annexis ac fructibus eorundem prefato Henrico et uxori sue legitime, quam tunc sibi prima vice matrimonialiter fecerat[1]) copulari, quoad viveret, concessit ac ipsos de illa et illis sponte infeudavit, redemptione dicte curie cum suis attinentiis, ut prefertur, subsecuta. Cumque etiam dictus quondam Jacobus episcopus aspiceret fidem servitutis constantem, quam dictus orator erga eum et prefatam suam ecclesiam Burglanensem ex toto mentis sue affectu et presertim in redemptione dicte curie cum suis annexis ac aliis grate fidelitatis obsequiis[2]) gerebat et impendebat et tunc impendere non desistebat, eumque ob id peramplius inremuneratum dimittere non posse considerans, idcirco post nonnulla temporum curricula, eundem oratorem et Annam filiam Lewge ipsius oratoris conjugem ampliori favore prosequi volens, similiter prehabita deliberatione matura et de dicti sui capituli consilio et assensu eisdem tamquam benemeritis, quoniam in redemptione dicte curie pecunias suas exhauserant, ut ergo se commodius sustentare possent, eisdem aliquo subventionis auxilio providere volens, nonnullos redditus episcopales, bisgaster (!) nuncupatos, necnon jura episcopalia ex causis emergentia, quecunque illa fuerint seu quocunque nomine nuncuparentur, cum omnibus eorum inquilinis et familia per diocesim Burglanensem ubilibet constitutis nullis exceptis similiter, quoad viverent dumtaxat, cessit et donavit libere et pacifice perfruenda, prout hec et alia in litteris seu documentis publicis desuper confectis plenius continentur. Ut igitur donatio et indultum huiusmodi maioris roboris firmitatem obtineant, supplicant Jacobus [ɔ: Henricus] Frijs et Anna eius uxor legitima, quatenus donationem et indultum huiusmodi confirmare . . . dignemini. Con-

[1]) Gz. — Cod. faceret [2]) Gz. — Cod. alia grata . . obsequia

cessum si in evidentem in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 5. id. febr. anno 5.

Suppl. 893 fol. 27.

3141. 9. Febr. 1489.

Klerken Palle Kirt fra Børglum Stift faar, skønt blind paa venstre Øje, Dispensation til at lade sig indvie til Subdiakon og forene Besiddelsen af to eller flere Beneficier uden Sjælesorg.

Licet Palus Kyrch clericus Burglanensis diocesis causante gravi quadam sui corporis infirmitate lumine oculi sui sinistri privatus sit, [cum] nichilominus magno devotionis fervore accensus cupiat se ad sacros subdiaconatus et diaconatus ordines rite facere promoveri et in dictis sic susceptis ordinibus virtutum domino perpetuo famulari, supplicat igitur, quatenus . . . sibi, qui in artibus magister ac de nobili genere ex utroque parente procreatus, Nicolai episcopi Vibergensis consanguineus ac familiaris continuus existit, specialem gratiam facientes, ut se ad subdiaconatus ordinem a suo ordinario loci et temporibus a jure statutis rite promoveri facere et in illis libere ministrare secumque (!), ut quecunque . . . duo vel plura beneficia sine cura sibi invicem compatientia, ... si . . sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere possit, indulgere ac secum dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Et quod littere simul vel seorsum expediri possint. Datum Rome 5. id. febr. anno 5.

Suppl. 893 fol. 4 v.

3142. 2. Marts 1489.

Præsten Peder Soest fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Broager mod at give Pension til den afgaaende Sognepræst Mads Blæk.

Cum Matheus Bleck rector parrochialis ecclesie Bromeker Slesvicensis diocesis eandem ecclesiam, quam tunc obtinebat, in manibus loci ordinarii Nicolai Jungen sponte resignavit, et [resignatione huiusmodi] admissa Petrus Zost presbiter dicte Slesvicensis diocesis sibi eandem ecclesiam, ut prefertur, vacantem auctoritate ordinaria conferri [obtinuit] et sibi de illa per dictum Nicolaum Junghen canonicum et ad presens sedi episcopi vacante vicarium in ecclesia Slesvicensi provisum extitit, possessione eiusdem subsecuta, dubitans tamen idem orator collationem, provisionem et assecutionem ac omnia inde secuta viribus non subsistere illam[que] parrochialem ecclesiam adhuc vacare, supplicat igitur dictus Petrus Zost, quatenus resignationem, provi-

sionem, admissionem cum inde secutis huiusmodi [confirmantes] sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] per modum simplicis aut nove provisionis, si nulli vel si neutri, vel surrogationis seu perinde valere, prout oratori placuerit, providere dignemini et nichilominus eidem Mathie, ne propter resignationem huiusmodi nimium dispendium patiatur, quartam partem decime frumenti et hure sex orarum certe annone de colono in dicta villa Broreker, que decime et hure etc. 3 duc. de camera, ut asseritur, non importaverit, pro substentatione vite dicti Mathie annis singulis in terminis ac sub censuris ac penis per cancellariam dari solitis persolvendam reservare dignemini. Concessum in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 6. non. martii anno 5.

Suppl. 893 fol. 250 v.

3143. **21. Marts 1489.**

Klerken Daniel Berner fra Hildesheim faar Dekanatet i Minden, ledigt ved Eggert Durkops Resignation.

Cum s. v. capellanus magister Egerdus Durcap, canonicus Hildesemensis et sacri palatii apostolici causarum auditor, . . . decanatum, quem habet in ecclesia Mindensi, resignat de presenti, supplicat Daniel Berner clericus Hildesemensis . . ., quatenus sibi de dicto decanatu [fructus 8 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 9. kal. aprilis anno 5.

Suppl. 896 fol. 181.

3144. **8. April 1489.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Auditøren Eggert Durkop til Biskop i Slesvig.

[1489] Die mercurii 8. dicti [ɔ: mensis aprilis] sanctissimus dominus noster ad relationem cardinalis . . . .[1]) providit de persona Egerardi sacri palatii causarum auditoris Slesvicensi ecclesie per obitum . . . .[1]) illius ultimi episcopi vacanti.

Arch. Cons. Acta Camerarii I, 3.

1489 8. [mensis] aprilis Egerardus auditor causarum sacri palatii fit Slesvicensis episcopus per obitum.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. pag. 4 (tabt).

---

[1]) Hul i Cod.

3145. **8. April 1489.**

Paven udnævner Eggert Durkop til Biskop i Slesvig.

Slesvicensis. Egerdus Durcap electus Slesvicensis. Ecclesia per obitum. Idem. Idem. Idem absolutio.

Uddrag i Indice 337 efter Reg. Lat. Innoc. VIII a. 5 l. 3 (tabt) fol. 154, 156.

3146. **8. April 1489.**

Paven giver Biskop Eggert Durcop i Slesvig Dispensation til, indtil han er bleven indviet og anerkendt som Biskop, at beholde Provstiet i Minden, Kanonikat og Præbende i Køln, Sognekirken i Diekholzen i Hildesheim Stift, et evigt Vikariat i Verden samt Embedet som Auditør ved Kurien.

Egerdo episcopo Slesvicensi. Personam tuam [*etc. som Nr. 886*]. Cum itaque nos hodie ecclesie Slesvicensi tunc vacanti de persona tua . . . duxerimus providendum, ... et, sicut accepimus, tu tempore provisionis [eiusdem] preposituram Mindensis, que inibi dignitas post pontificalem maior existit, [et] ad quam quis per electionem consuevit assumi, cuique cura imminet animarum, ac canonicatum et prebendam b. Marie ad Gradus Coloniensis ecclesiarum necnon parrochialem ecclesiam Direckholthusen Hildesemensis diocesis necnon quandam perpetuam sine cura vicariam in ecclesia Verdensi nonnullaque alia beneficia obtineres, prout obtines, ac in certis aliis beneficiis jus tibi competeret, prout competit, et alia vigore quarundam litterarum nostrarum expectares, prout expectas, necnon super nonnullis aliis beneficiis contra quosdam tuos adversarios in Romana curia coram diversis judicibus apostolica auctoritate deputatis litigares, prout litigas, et officium auditoris causarum palatii apostolici exerceres, prout exerces, nos, tibi, ut statum tuum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, de alicuius subventionis auxilio providere volentes, motu proprio . . . . . tecum, ut una cum dicta ecclesia Slesvicensi, donec regiminis ac bonorum illius possessionem vel quasi provisionis [eiusdem] vigore fueris pacifice assecutus, dumtaxat preposituram ac canonicatum et prebendam necnon parrochialem ecclesiam et vicariam predictas retinere et officium auditoris huiusmodi exercere necnon, postquam munus consecrationis susceperis ac possessionem vel quasi regiminis ac bonorum dicte ecclesie Slesvicensis vel maioris partis eorundem pacifice assecutus fueris, una cum ipsa ecclesia Slesvicensi, quamdiu illi prefueris, omnia alia beneficia, que obtines, ac in quibus jus tibi quomodolibet competit . . . ., [fructus insimul 44 mr.], obtenta videlicet ut prius

obtinere necnon jus tibi in aliis beneficiis predictis quomodolibet competens prosequi et defendere et illa, si ea evincas et assequaris, similiter retinere et sub gratia expectativa per nos tibi concessa comprehensa beneficia acceptare et de illis tibi provideri facere ac illa etiam cum dicta ecclesia Slesvicensi, quam diu illi prefueris, retinere libere valeas, litteris nostris, per quas inter alia statuimus, quod extunc de cetero perpetuis futuris temporibus, quotiens per nos vel sedem predictam aliquem ex auditoribus causarum palatii predicti tunc et pro tempore existentibus ad aliquam cathedralem, etiam metropolitanam, ecclesiam promoveri contingeret, officium auditoriatus huiusmodi, quod sic promotus obtineret, per promotionem huiusmodi vacaret et vacare censeretur eo ipso, nequaquam obstantibus, tenore presentium dispensamus . . . . . . Volumus autem, quod, quamprimum possessionem vel quasi regiminis ac bonorum predictorum vel maioris partis eorundem fueris pacifice assecutus, prepösituram ac canonicatum et prebendam necnon parrochialem ecclesiam et vicariam ac officium auditoris huiusmodi, que extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. Datum Rome 6. id. aprilis anno 5.

P. Gratis de mandato pape. Altissensis.
Reg. Lat. 874 fol. 354.

3147. **8. April 1489.**

Klerken Henricus Meyer fra Bremen Stift faar motu proprio Provstiet og Kanonikat og Præbende i Minden, som haabes at blive ledige efter Eggert Durkop.

Cum nos hodie ecclesie Slesvicensi, tunc certo modo pastoris solatio destitute, de persona Egerdi electi Slesvicensis . . . . duxerimus providendum . . . ., et prepositura ecclesie Mindensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, de qua nuper . . . . eidem Egerdo providimus, quam tamen, ut creditur, non possidet, necnon canonicatus et prebenda dicte ecclesie Mindensis per promotionem huiusmodi vacare sperentur, ... de prepositura ac canonicatu et prebenda predictis [fructus insimul 24 mr.] Henrico Meyer clerico Bremensis diocesis, decretorum doctori, cubiculario nostro et continuo commensali, motu proprio providemus. Fiat motu proprio. J. Datum Rome 6. id. aprilis anno 5.

Suppl. 895 fol. 260.

3148. **8. April 1489.**

Pavens Staldmester, Klerken Sigismundus Venczent fra Augsburg Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Mainz, som haabes at blive ledige ved Eggert Durkops Udnævnelse til Biskop i Slesvig.

Cum nos hodie ecclesie Slesvicensi [*etc. som Nr. 3147 til* providendum], ac canonicatus et prebenda ecclesie s. Marie ad Gradus Maguntine, de quibus nuper vacantibus eidem Egerdo providimus, possessione tamen illorum, ut creditur, nondum per eum subsecuta, per promotionem huiusmodi ac munus consecrationis eidem impendendum vacare sperentur, nos, volentes Sigismundo Venczent clerico Augustensis diocesis, parafrenario et familiari nostro continuo commensali, gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos [fructus 6 mr.], ... etiam si specialiter vel ex eo, quod prefatus electus cappellanus noster et causarum palatii apostolici auditor fuit, reservati existant, eidem Sigismundo motu proprio et ex certa scientia post adeptam ipsius ecclesie Slesvicensis per eundem electum pacificam possessionem provideri mandamus. Fiat motu proprio. J. Et quod fructuum verior specificatio etiam usque ad alias sex mr. augendo fieri possit in confectione litterarum. Fiat. J. Datum Rome 6. id. aprilis anno 5.

Suppl. 896 fol. 106.

3149. **Efter 8. April 1489.**

Optegnelser om Forløbet af Processen mellem Sten Sture og Dronning Dorothea. Af Optegnelserne erfares blandt andet, at Sagen var overdraget til Biskop Eggert Durkop i Slesvig (udnævnt 8. April 1489).

Primum fuit causa *(Aarsberetn. fra Geheimearch. IV, 409 f., 427 f.).*

Danske Kongers Hist. Fasc. 3 (R. A.).

3150. **Efter 8. April 1489.**

Eggert Durkop faar Lov til at beholde Kanonikat og Præbende i Mainz.

Pro Egerdo Slesvicensi episcopo indultum regrediendi ad canonicatum Maguntinum.

Uddrag i Indice 506 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 8 lib. 2 (tabt) fol. 222.

3151. **9. April 1489.**

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar motu proprio et evigt Vikariat i Verden uden Hensyn til, at Eggert Durkop tidligere har faaet Lov til at beholde Kirken.

Cum nos nuper de persona Egerdi Durcap ecclesie Slesvicensi providerimus, nos vicariam perpetuam in ecclesia Verdensi, quam prefatus Egerdus ante promotionem huiusmodi obtinebat, prout obtinet, quamprimum ipse Egerdus electus possessionem regiminis et administrationis bonorum dicte ecclesie Slesvicensis seu maioris partis eorundem fuerit assecutus, motu proprio et ex certa scientia vacare decernimus ac motu simili Alberto de Asschen clerico Ottoniensis diocesis, familiari nostro continuo commensali, ipsam perpetuam vicariam, que sine cura est [fructus 4 mr.], conferimus et de illa etiam providemus, non obstantibus quibusvis litteris seu indultis de retinendo vicariam predictam, quibus pro hac vice derogamus ac illas motu et scientia similibus suspendimus. Fiat. J. Datum Rome 5. id. aprilis anno 5.

Suppl. 896 fol. 75 v.

3152. 9. April 1489.

Klerken Jacobus de Questenberch fra Hildesheim faar Sognekirken i Diekholzen, ledig ved Eggert Durkops Udnævnelse til Biskop i Slesvig.

Cum nos nuper [*etc. som Nr. 3151 til* providendum], nos parrochialem ecclesiam in Diderick van Holten Hildesemensis diocesis, quam prefatus Egerdus . . obtinebat [*etc. som Nr. 3151 til* vacare decernimus ac] motu simili Jacobo de Questenberch clerico Hildesemensis diocesis, in artibus magistro, M. episcopi Penestrini familiari continuo commensali, parrochialem ecclesiam [huiusmodi] [fructus 4 mr.] conferimus et de illa etiam providemus, non obstantibus quibusvis litteris seu indultis de retinendo parrochialem ecclesiam predictam, quibus pro hac vice derogamus et illas motu et scientia similibus suspendimus. Fiat. J. Datum Rome 5. id. aprilis anno 5.

Suppl. 896 fol. 150.

3153. 22. April 1489.

Paven meddeler Hertug Frederik, at han, efter at Biskop Helrik i Slesvig er død, motu proprio har udnævnt Dr. Eggert Durkop, Provst i Minden, pavelig Kapellan og Auditør, til Biskop. Der var i Forvejen tre Kandidater til Bispestolen, af hvilke Hertugen anbefalede den ene, Dronning Dorothea den anden, medens den tredje selv var til Stede i Rom for at virke for sin Sag. Paven anbefaler nu Eggert til Hertugen og udtaler Haabet om, at Udnævnelsen ikke maa mishage ham, da han tidligere har anvendt Eggert i sin Tjeneste, hvilket netop havde været en stor Grund for Paven til at udnævne ham.

Nobili viro Friderico duci Slesvicensi. Leve Sone heyl . . . . Als denne de Kerke to Sleszwick *(Ny danske Mag. I, 302 f.;*

Reg. 4886). Datum Rome sub anulo piscatoris die 22. aprilis 1489 pontificatus anno 5.

Plattysk Oversættelse i R. A. (Slesvig Stift 16). — 14. April havde Eggert Durkop selv skrevet til Hertugen for at anbefale sig (Ny danske Mag. I. 303 f.; Reg. 4885). I dette Brev synes det at antydes, at de to Ansøgere til Bispestolen var Provsten (!) i Slesvig Didrik Stoveman og Kanniken Hartvig Bülow.

3154. **24. April 1489.**

Enwald Søvenbroder faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Dudum certis canonicatu et prebenda in ecclesia Slesvicensi per resignationem Jacobi van der Weteringhe vel alias vacantibus, Enwaldus Souenbrodere illos sibi conferri ac provideri de eisdem obtinuit, possessione subsecuta. Orta postmodum lite sive causa inter ipsum oratorem reum et defensorem ac quendam Johannem Molre adversarium de dictis canonicatu et prebenda, . . . liteque huiusmodi in Romana curia coram Johanne episcopo Nucerino, unius ex causarum sacri palatii apostolici auditoribus locumtenenti, in prima instantia introducta ac ad nonnullos, licet paucos, actus processo, a quibusdam asseritur neutri ex dictis Enwaldo oratore ac Johanne Molre adversario jus ad canonicatum et prebendam predictos competere illosque adhuc vacare. Supplicat propterea supradictus Enwaldus, quatenus . . . . prefato Johanni episcopo et locumtenente mandare, ut, si sibi per eventum litis et cause huiusmodi vel alias sibi constiterit neutri ex dictis Enwaldo oratore ac Johanne Molre adversario jus ad canonicatum et prebendam predictos competere ipsosque adhuc vacare, eosdem canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] supradicto Enwaldo conferat et provideat de eisdem, dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 8. kal. maji anno 5.

Suppl. 896 fol. 129.

3155. **27. April 1489.**

Optegnelse om, at Klerken Birger Gunnersen fra Lunde Stift lover at betale Annater af Kanonikat og Præbende i Lund.

[1489] Dicta die 27. [mensis] aprilis Ludouicus de S. Geminiano utriusque juris doctor et abbreviator apostolicus vice et nomine Brigerii Gunari clerici Lundensis diocesis obligavit se camere apostolice pro annata canonicatus et prebende ecclesie Lundensis [fructus 6 mr.], per obitum Petri Nicolai vacantium.

Et mandatur provideri sub data 6. id. nov. anno 4, et promisit solvere dictam annatam hic in curia infra annum etc. aut infra mensem etc. Data, quia probavit de intruso per testes de mandato thesaurarii.

Annate 1488—89 fol. 135 (Archivio di Stato).

3156. 7. Maj 1489.

Biskoppen, Provsten og Kapitlet i Odense faar bevilget, at Paven indsætter Dommere, som skal kassere Brevet af 10. Maj 1488 (Nr. 3104) og lade Kapitlet bevares som sækulært.

Exposito alias Sixto pape IV per Cristiernum Dacie regem, quod ecclesia Ottoniensis, olim monasterium s. Canuti nuncupata ordinis s. Benedicti, et totus alius clerus Ottoniensis secularis erat, et propter certa celebranda inibi divina officia inter personas predicte et aliarum ecclesiarum notabilis erat diversitas et differentia, et quod persone civitatis Ottoniensis se ad diversarum litterarum studia non absque gravi sumptu et continuis laboribus in dies conferebant [ac][1]) pro eo, quod in ipsa ecclesia consequi non poterant aliquos canonicatus et prebendas, omissis propriis laribus ad alia prefati regis loca proficiscebantur, quo fiebat, ut civitas ac diocesis Ottonienses litteratis et peritis viris penitus destitute remanerent, quodque, si dignitates regulares, si que erant, necnon dictus ordo et conventualitas in ipsa ecclesia supprimerentur, illaque in secularem ecclesiam sub invocatione eiusdem s. Canuti regis et martiris erigeretur ac omnibus insigniis cathedralibus decoraretur, et inibi dignitates et officia necnon canonicatus et prebende ac alia beneficia de novo crearentur, inibi divinus cultus oportunum susciperet incrementum, ac plures persone scientia litterarum decorate inibi suam eligerent residentiam, idem Sixtus certis prelatis in partibus illis suis litteris dedit in mandatis, ut, si per informationem per eos desuper habendam ita esse reperirent, dignitates regulares, si que erant, necnon ordinem et conventualitatem huiusmodi in ipsa ecclesia supprimerent illamque in secularem ecclesiam sub dicta invocatione erigerent, insigniis cathedralibus decorarent, dignitates et officia necnon canonicatus et prebendas ac alia beneficia de novo crearent et alia tunc expressa facerent. Ad quorum executionem cum processum foret, pro parte Dorothee regine Dacie in presentia s. v. tunc constitute suo ac

---

[1]) add. Gz.

Johannis regis Dacie [nomine] e. s. v. exposito, quod monachi et religiosi, qui ante suppressionem, extinctionem et erectionem predictas in dicta ecclesia degebant, erant vite exemplaris et non citati neque in aliquo convicti neque auditi a monasterio predicto, in quo professi fuerant et longo tempore cum odore bone fame deo serviverant, expulsi ac omnibus clenodiis, privilegiis, ornamentis, bonis mobilibus et immobilibus spoliati fuerant, et necesse fuerat eos hincinde discurrere non sine religionis obprobrio maloque exemplo et scandalo plurimorum, et quod [post] huiusmodi suppressionem et extinctionem nulla miracula intercessione eiusdem sancti, prout antea visa fuerant, fierent, e. s. ad supplicationem regis et regine predictorum, asserentium, quod Pascalis et nonnulli alii Romani pontifices prohibuerant sub pena maledictionis eterne statum dicte ecclesie immutari, certis judicibus in partibus illis suis litteris dedit in mandatis, quatenus, ... si, vocatis moderno episcopo Ottoniensi et capitulo eiusdem ecclesie et aliis evocandis, de premissis e. s. v. expositis sibi legitime constaret, suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, confirmationem etc. per s. v. factas singulasque litteras predictas ac omnia illarum pretextu gesta et facta et inde secuta quecunque sine tamen prejudicio tunc dignitates, canonicatus et prebendas, officia ac quecunque alia beneficia in dicta ecclesia obtinentium cassare[nt][1]) ac ecclesiam, officia, dignitates ante suppressionem, extinctionem et erectionem predictas inibi instituta in suum pristinum statum restituerent et reintegrarent ac ecclesiam ipsam, prout antea regebatur, regi debere statuerent et alia tunc expressa facerent, prout in singulis litteris predictis desuper confectis plenius continetur, ad quarum posteriorum litterarum executionem nondum processum extitit, ita quod hoc ad notitiam moderni episcopi Ottoniensis devenerit. Cum autem ad priorum litterarum prefati Sixti executionem illarum forma servata per archiepiscopum Lundensem et episcopum Roskildensem in dictis litteris executores deputatos, consiliariis et magnatibus et prelatis dicti regni ac prefato Cristerno rege matura deliberatione prehabita consentientibus, processum fuerit, dignitatesque et beneficia clericis secularibus et personis idoneis et benemeritis postmodum collata fuerint, et ipsa ecclesia tam in eius apparatu quam ornamentis[2]) et paramentis ecclesiasticis ac divino culto [ↄ: -tu] decorem, venustatem et in-

[1]) add. Gz. [2]) Cod. ordinamentis

crementum susceperit, et tam ipse Sixtus quam s. v. postmodum per dictos archiepiscopum et episcopum vigore dictarum priorum litterarum Sixti facta et executa per alias suas litteras confirmav[er]it, ac a veritate alienum sit, quod prefati monachi et religiosi inde expulsi fuerint, imo ipsi, utpote cognoscentes hoc ad ipsius ecclesie incrementum cedere, suppressioni et extinctioni predictis sponte consenserint, prout publico instrumento constare potest, senioribus monachis et religiosis, ut vivere possent, certa congrua portione reservata, aliis vero junioribus monachis ac religiosis ad alia monasteria dicti ordinis translatis, et, si littere apostolice ad instantiam prefate regine a s. v. obtente seu potius extorte effectum sortirentur, sicque status ipsius ecclesie per eiusdem Sixti ac litteras s. v. confirmatus ac, ut prefertur, [a] consiliariis, magnatibus et prelatis dicti regni institutus et ordinatus, et cui institutioni et ordinationi prefatus Johannes rex ante impetrationem dictarum posteriorum litterarum per ipsam reginam obtentarum expresse consensit, immutaretur, hoc paulatim ad totalem ipsius ecclesie desolationem et prefati regni scandalum ac etiam detrimentum cederet nam, (cum dignitates et officia ac alia beneficia pro clericis secularibus inibi erecta et illis collata fuerint, si ipsa ecclesia in pristinum statum sine prejudicio obtinentium beneficia reponeretur, sicque persone religiose inibi ut prius instituerentur, ex huiusmodi universitate personarum magna confusio et diversitas subsequeretur), ne ergo ipsius ecclesie status a tempore reductionis illius ad ecclesiam secularem pascifice (!) possessus immutetur, sed conservetur et benedicente altissimo augeatur, supplicant igitur episcopus Ottoniensis et prepositus ac capitulum ecclesie predicte, quatenus .... ad obviandum etiam scandalis, que successu temporis ex huiusmodi mutatione in futurum evenire possent, aliquibus prelatis in partibus illis, ut, constito eis, quod suppressioni ordinis et conventualitatis in dicta ecclesia erectionique illius in ecclesiam secularem necnon creationi in illa dignitatum et officiorum ac beneficiorum prefati Cristierni regis necnon consiliariorum ac prelatorum et maiorum dicti regni Dacie ac postmodum dicti Johannis regis ante impetrationem posteriorum litterarum predictarum consensus accesserit, ac monachi et religiosi tunc in ipsa ecclesia existentes ab huiusmodi erectione, suppressione et creatione non appellaverint neque declaraverint, sed ipsam ecclesiam sponte cum omnibus eorum attinentiis dimiserint et resignaverint, modernos et pro tempore episcopum

ac prepositum necnon capitulum predictos ac alias eiusdem ecclesie personas super statu dicte ecclesie in ea vigore priorum litterarum dicti Sixti ac beneficiis, dignitatibus et officiis inibi institutis personasque ecclesiasticas beneficia huiusmodi obtinentes pretextu posteriorum litterarum predictarum ac processuum desuper forsan habitorum et habendorum imposterum non alias, nisi prout de jure et, prout justitia suadere videbitur, molestari permittant, sed eos pascifice (!) possessione vel quasi status eiusdem ecclesie vigore dictarum litterarum Sixti inibi instituti ac per eundem Sixtum et s. v. confirmati gaudere faciant ac predictas posteriores litteras tamquam per veri suppressionem et falsi expressionem extortas nullius roboris vel momenti fuisse et esse, prout juris fuerit, quamcunque litem propterea forsan ceptam extinguendo declarent cum potestate contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia appellatione postposita compescendi ac censuras iteratis vicibus aggravandi et reaggravandi, invocato, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis, mandare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome non. maji anno 5.

Suppl. 896 fol. 261.

Ottoniensis. Prepositus et capitulum ecclesie Ottoniensis. Suppressio monasterii et erectio illius in secularem ecclesiam. Ad perpetuam.

Uddrag i Indice 337 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 6 lib. 6 (tabt) fol. 196 og an. 8 lib. 15 (tabt) fol. 146.

3157. 27. Maj 1489.

Dominikanerklostrets Kirke i Helsingborg, som trænger til Reparation, faar, da Klostret selv er fattigt, tilstaaet Aflad til dem, der besøger Kirken paa St. Nikolais og St. Stefans Festdage, inventio crucis og anden Paaskedag samt paa Relikviedagen. Brevet gælder for al Fremtid.

Ut ecclesia monasterii s. Nicolai *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 6. kal. junii anno 5.

Suppl. 898 fol. 96 v.

Lundensis. Indulgentia pro elargientibus elemosinas et visitantibus quandam ecclesiam.

Uddrag i Indice 337 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 5 lib. 6 (tabt) fol. 116.

3158. **8. Juni 1489.**

Kong Hans faar Bevilling for sin dilectus, Klerken Jens Markvardsen Tinhus fra Roskilde Stift, til at opnaa et beneficium, skønt han kun er 18 Aar gammel.

Supplicat Johannes Dacie, Svecie et Norvegie rex in personam dilecti sui Johannis Marquardi Tegenhuss clerici Roskildensis diocesis, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus et in decimo octavo sue etatis anno constitutus existit, quatenus, ipsum suum dilectum specialibus favoribus et gratiis prosequentes, secum, ut, non obstante defectu etatis, quem, ut premittitur, in decimo octavo sue etatis anno constitutus patitur, quodcunque beneficium curatum . . . ., si sibi alias canonice conferatur . . . recipere et retinere libere possit cum clausula permutandi totiens, quotiens etc., dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 6. id. junii anno 5.

Suppl. 899 fol. 49.

3159. **21. Juni 1489.**

Klerken Johannes de Oldensen fra Bremen Stift faar motu proprio Kanonikater og Præbender i Slesvig og Bardewich.

Motu proprio . . . . nos, volentes Johanni de Oldensen clerico Bremensis diocesis gratiam facere, unum Slesvicensis et alium Bardewicensis Verdensis diocesis ecclesiarum canonicatus cum reservatione totidem prebendarum inibi ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii etiam curati et electivi alterius earundem ecclesiarum vacantium vel vacaturarum eidem Johanni providemus [ɔ: conferimus] . . . Concessum motu proprio in presentia pape. A. Aleriensis. Datum Rome 11. kal. julii anno 5.

Suppl. 899 fol. 152.

3160. **22. Juni 1489.**

Klerken Marquardus Ellenhusen fra Bremen Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Slesvig og Tilladelse til at ombytte sine Beneficier med andre.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Benedictus Toppensem obtinebat, per obitum ipsius Benedicti vacantibus, Marquardus Ellenhusen clericus Bremensis diocesis, e. s. v. familiaris et continuus commensalis, illos gratie expectative sibi per s. v. concesse ac processuum desuper decretorum vigore, prout ex illorum tenore melius potuit et debuit, infra

tempus legitimum acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit. Cum autem ab aliquibus hesitetur collationem predictam viribus non subsistere, et propterea canonicatus et prebenda huiusmodi adhuc vacare [noscantur], supplicat igitur, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini necnon omnia beneficia, que obtinet et imposterum obtinebit. simpliciter vel ex causa permutationis cum quibusvis personis secum permutare volentibus extra Romanam curiam in ordinariorum locorum aut personarum in ecclesiastica dignitate constitutarum seu canonicorum cathedralium aut metropolitanarum ecclesiarum per eum eligendorum vel eligendarum manibus . . . ., quotiens sibi placuerit, resignandi ac etiam eisdem ordinariis et personis . . . . ab oratore resignationes easdem admittendi . . . . [licentiam] indulgere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 10. kal. julii anno 5.

Suppl. 899 fol. 153 v.

3161. **3. Juli 1489.**

Paven tildeler den udvalgte Biskop i Slesvig Eggert Durkop Provstiet i Klostret Neuwerk (?) ved Halle.

Egerdo electo Slesvicensi. Cum personam tuam [etc.]. Dudum siquidem omnes prepposituras conventuales ordinum quorumcunque tunc vacantes et inantea vacaturas dispositioni nostre reservavimus . . . . Cum itaque postmodum prepositura monasterii . . . Novi Operis prope Halle[1]) ordinis s. Augustini Magdeburgensis diocesis, que conventualis existit, et quam Erasmus[2]) obtinebat, per obitum eiusdem Erasmi vacet ad presens, nos, volentes tibi, qui locum unius ex nostri palatii apostolici auditoribus de mandato nostro tenes, ut te commodius sustentare valeas, de alicuius subventionis auxilio providere, preposituram predictam, que dignitas, archidiaconatus Banni Hallensis nuncupata, in ecclesia Magdeburgensi non tamen maior post pontificalem existit ac solum per canonicos regulares dicti ordinis teneri consuevit, et cui cura imminet animarum, et ad quam quis per electionem assumitur [fructus 40 mr.[3])], ... tibi per te, quoad vixeris, etiam una cum ecclesia Slesvicensi . . . . et omnibus aliis beneficiis, que obtines et in posterum obtinebis, tenendam, ita quod liceat tibi, debitis et consuetis ipsius pre-

[1]) II: prope ab Albe [2]) II: Erasmus Berndes [3]) II: 30 mr.

positure et conventus eiusdem supportatis oneribus, de residuis illius fructibus disponere, sicuti illi, qui prepposituram ipsam in titulum pro tempore obtinuerunt, de illis disponere potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte prepositure tibi penitus interdicta, commendamus . . . . Datum Rome 5. non. julii anno 5.

Simili modo Nucerino et Alexandrino episcopis et officiali Magdeburgensi.

L. Gratis de mandato serenissimi domini nostri Trottus prothonotarius.

Reg. Lat. 884 fol. 8; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis) i Suppl. 900 fol. 106.

3162. 6. Juli 1489.

Dronning Dorothea faar bevilget, at der paa ny maa indsættes en Dommer i Norden til at paadømme Sagen mellem hende og Sten Sture, saaledes at han, uden Hensyn til Pavebrevet af 16. Sept. 1488 (Nr. 3126), hvis han finder Dronningens Paastande rigtige, kan dømme Sten Sture.

Si in litteris, quarum copia [*16. Sept. 1488, Nr. 3126*] de verbo ad verbum preinseritur, et in quibus multa fabulosa narrantur et vera subticentur, que merito reddant illas surreptitias et obreptitias ac nullius roboris vel momenti, expressum fuisset, quod appellationes, de quibus in dictis litteris fit mentio, ad notitiam judicum et commissariorum apostolicorum, qui servatis servandis diffinitivam sententiam cum expensarum condemnatione in favorem Dorothee Dacie, Svecie et Norvegie regine et contra prefatum Stenonem Sture occupatorem et detentorem regni Svecie ac bonorum et castrorum ad ipsam reginam ratione suarum dotis[1]) et donationis propter nuptias spectantium tulerunt ac processus executoriales super dicta diffinitiva sententia, que in rem transivit judicatam, decreverunt et fulminarunt, minime devenerunt, ac quod extrajudicialiter interposite ipsique regine ac prefatis judicibus minime intimate extiterunt, et quod pretense appellationes huiusmodi per lapsum fatalium fuerant, prout sunt, deserte, et quod propterea, posito quod alias appellationes predicte legitime interposite fuissent, prout non fuerant, dicta diffinitiva sententia propter huiusmodi desertionem in rem transivit judicatam, ac quod huiusmodi lis jam per duodecim annos et ultra coram diversis judicibus et tribunalibus tam in Romana curia quam extra ventilata extitit ac subterfugiis ipsius

[1]) Cod. dotium

Stenonis indecisa pependit, et quod prefatus Steno Sture per viginti annos vi et violentia castrum et bona, de quibus agitur, detinuit et occupavit ac fructus ex illis provenientes percepit et levavit et in suos damnatos usus convertit, ac quod jurisdictio sive potestas arbitrorum, de quibus in dictis litteris fit mentio, se non extendit ad hanc causam, in qua agitur de bonis dotalibus dicte regine Svecie reg[n]i Dacie, Svecie et Norvegie (!) sine sanguinis effusione, et quod numquam pro parte dicti Stennonis ante prolationem dicte diffinitive sententie fuit dictum sive exceptum de surreptione rescripti impetrati per dictam reginam, cuius vigore huiusmodi lis incepta ventilata extitit, ex capite taciturnitatis jurisdictionis dictorum arbitrorum, et cum de jure in principio cause huiusmodi exceptio apponi debuisset, et quod locus judicii, ubi fuit dicta causa agitata, fore [ↄ: fere] tantum distat a regno Svecie per aquas, per terras quidem viginti quatuor dietis veniendo, et quod huiusmodi locus judicii utrique parti tutus extitit, non creditur, quod s. v. dictas preinsertas litteras contra rem judicatam in maximum prejudicium et damnum prefate serenissime regine ac contra juris dispositionem concessisset. Et propterea pro parte prefate regine e. s. v. supplicatur, quatenus attentis premissis dignetur e. s. v. prefatis judicibus sive commissariis in dictis preinsertis litteris deputatis mandare, ut ad executionem dictarum litterarum minime procedant seu procedere presumant, nisi prius et ante omnia prefatus Steno Sture et eius litis consortes sententie ac judicato necnon processibus executorialibus predictis cum effectu paruerint, et, si contingat, quod ante presentationem presentium litterarum prefatus Steno Sture eiusque litis consortes per dictos judices sive commissarios in dictis litteris deputatos sive alterum ipsorum in vim dictarum preinsertarum litterarum a dictis censuris et penis, quibus propter non paritionem processuum executorialium predictorum sive alia quacunque de causa illaqueati existunt, quoquomodo absoluti fuerint, eosdem Stenonem et litis consortes in eisdem censuris et penis auctoritate apostolica reintrudant ac illos, donec judicato huiusmodi paruerint, pro excommunicatis et anatematizatis publicari faciant et mandent ac artius a Christi fidelibus evitari procurent, decernentes irritum et inane, quidquid per dictos judices sive commissarios apostolicos contra premissa in vim dictarum preinsertarum litterarum gestum factumve fuerit sive in futurum fieri contigerit; vel, si magis placeat, dignetur s. v. alicui probo viro in partibus

mandare, ut, constito sibi, quod dicta diffinitiva sententia in rem transiverat judicatam, ad ulteriorem executionem dictorum processuum executorialium contra eosdem Stenonem Sture illiusque litis consortes et ad declarationem et publicationem dictarum censurarum, donec dictus Steno judicato paruerit, procedat[1]), et, si contingat eundem Stenonem et eius litis consortes in vim dictarum preinsertarum litterarum a dictis censuris quoquomodo fuisse absolutos, eosdem Stenonem Sture et eius litis consortes ante omnia in dictis censuris [reintrusos declaret faciatque omnia, que][2]) in premissis quomodolibet necessaria erunt[3]) et oportuna, [non obstantibus] predictis preinsertis litteris ac in eisdem contentis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis, presertim Bonifacii pape VIII de una dieta et de duabus dietis in concilio generali edita . . . . Concessum de secunda parte et committatur eisdem judicibus in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome pridie non. julii anno 5.

Suppl. 900 fol. 65 v.

3163. **6. Juli 1489.**

Paven befaler Ærkebiskopperne i Lund og Upsala samt Biskopperne i Roskilde og Strengnäs at genoptage Sagen mellem Dronning Dorothea og Sten Sture om Ørebro Slot m. m. Hvis det da viser sig, at Dronningen har Rèt i, at Dommen i Sagen er bleven fældet for 12 Aar siden, samt at Sten Sture i mere end 20 Aar ulovlig har siddet inde med Slottet, skal de sørge for, at Dommen bliver udført, og at Sten Sture og hans Medskyldige bliver idømt Bandsstraf, om de ikke bøjer sig for den.

Lundensi et Upsalensi archiepiscopis et Roskildensi ac Strengenensi episcopis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dorothee *(Raynaldus, Ann. Eccl. XI (Lucæ 1754), 167 f.*[4]*): Reg. 4892).* Datum Rome pridie non. julii anno 5.

X
X
Reg. Vat. 770 fol. 355.

3164. **6. Juli 1489—25. Juli 1492.**

Paven befaler Ærkebiskopperne af Lund og Upsala samt Biskopperne af Roskilde og Strengnäs at sørge for, at den tidligere Overenskomst mellem Dronning Dorothea og Sten Sture om hendes Morgengave, særlig Ørebro Slot, bliver overholdt. Bandlysningen over Sten Sture og Svenskerne ophæves af

---

[1]) Gz. — Cod. procedant [2]) add. Gz. [3]) Gz. — Cod. erant
[4]) Her tildels i Regestform.

Hensyn til, at Sverige har i Sinde at angribe det kætterske Rusland, naar det faar Fred med Danmark, og Brevet af 6. Juli 1489 (Nr. 3163) kasseres.

[Archiepiscopis Lundensi et Vpsalensi necnon Roskildensi et Strengenensi episcopis]. Humilibus supplicum votis *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. IV, 419—27; Reg. *8053). Uden Dato.*

L. Dipl. efter 1489.

3165. 21. Juli 1489.

Klerken Albert Asschen fra Odense faar bevilget en Udsættelse paa 1/2 Aar af Fristen for Offentliggørelsen af en Stævning mod Hertug Erik af Sachsen-Lauenburg, med hvem han førte Proces om Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis, quos Alardus Spaen inibi obtinebat, per obitum eiusdem Alardi vacantibus, familiaris continuus commensalis vester Albertus de Asten clericus Ottoniensis diocesis eosdem gratie expectative sibi per s. v. gratiose concesse ac processuum inde secutorum vigore acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit acceptationemque et provisionem huiusmodi juxta regulam de publicandis acceptationibus et provisionibus huiusmodi per e. s. v. desuper editam publicari fecit, causasque, quas contra quendam Ericum ex ducibus in Lowenborch, alias Saxonie, intrusum in canonicatum et prebendam huiusmodi super eisdem canonicatu et prebenda rebusque aliis rem [ɔ: tunc] habebat, non obstantibus quod ad Romanam curiam predictam legitime devolute aut apud eam de sui natura aut juris necessitate tractande et finiende non essent, infra annum a die acceptationis et provisionis huiusmodi per e. s. v. seu de eius mandato Felino de Scandeis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori, committi obtinuit, [datisque][1]) per oratorem testibus fidedignis primitus super non tuto accessu ad dictum Ericum pro litteris citatoriis et inhibitoriis dicte commissionis vigore decernendis in illius propria [habitatione] sive domicilio aut locis consuetis pro dicta citatione una cum inhibitione per edictum publicum in Romana curia et in partibus in locis circumvicinis ad hoc deputatis affigendis et publicandis in forma solita[2]) per eundem auditorem decerni obtinuit. Verum quia idem orator acceptationem et provisionem ac publicationem huiusmodi prefato Erico hactenus minime intimavit, neque super jure, quod sibi in ipsis canonicatu et prebenda competere credit, judicialiter expertus, nec etiam citatio et inhibitio predicte in dicta curia execute extiterunt, dubitatque citationem et inhibitionem

[1]) add. Gz. [2]) noget vistnok udfaldet her, maaske: regulam sibi (Gz.)

huiusmodi in partibus predictis executas fore aut in annum exequi [posse][1]), ne igitur orator ipse, qui in dicta curia presens est, propterea in suo bono jure supplantetur aut aliquod prejudicium pati[a]tur, supplicat, quatenus tempus regule[2]) huiusmodi, infra quod adhuc existit, ad experiendum cum prefato Erico aut quovis alio in eisdem canonicatu et prebenda hactenus forsan intrusus [ɔ: -so] vel in posterum intrudendo ad annum similem a fine anni per dictam regulam statuti computandum prorogare dignemini . ., dicta constitutione sive regula, cui pro hac vice derogare . . . . placeat . ., non obstante. Concessum ad sex menses in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 12. kal. aug. anno 5.

Suppl. 901 fol. 179 v.

3166. **13. Aug. 1489.**

Paven befaler Biskoppen i Chalons sur Saone at lade Cistercienserklostrene nyde deres gamle Privilegier, særlig at være fri for at visiteres af andre end Udsendinge fra Faderabbeden eller Generalkapitlet.

Episcopo Cabilonensi. Fidedignorum relatione accepimus, quod, licet monasteria et alia religiosa loca Cisterciensis ordinis tam virorum quam mulierum illorumque persone dudum sedi apostolice per diversos Romanos pontifices subjecta illisque et ordini predicto diversa privilegia et immunitates provide per sedem predictam concessa fuerint, ac patres abbates aut commissarii a generali capitulo dicti ordinis seu abbate Cistertii Cabilonensis diocesis pro tempore existente pro tempore deputati certis temporibus monasteria et loca huiusmodi juxta eorum regularia instituta hactenus laudabiliter observata visitare consueverint, tamen nonnulli archiepiscopi, episcopi et alii seculares prelati, asserentes se [ad] id a nobis et sede predicta specialem per nostras et eiusdem sedis litteras et etiam cum derogatione privilegiorum, exemptionum et immunitatum huiusmodi habere facultatem, monasteria, loca et personas huiusmodi in dies visitare volunt[3]) ac jura visitationum ordinaria necnon caritativa subsidia petere et exigere conantur in non modicum ordinis et personarum predictorum prejudicium et detrimentum et eis concessorum privilegiorum lesionem. Nos igitur, qui ordinem prefatum illiusque personas propter uberes fructus, quos continue in agro militantis ecclesie afferunt, pre ceteris in visceribus

---

[1]) add. Gz. [2]) Cod. regule et cum predicto [3]) Gz. — Cod. velle

gerimus caritatis, nobis persuadentes, quod monasteria et loca ac persone dicti ordinis alia visitatione non indigent quam illa, que per eorum patres abbates seu commissarios ac alios per suos superiores ad id pro tempore deputatos fieri consuevit, qui optime de hiis, que pro visitatione monasteriorum, locorum et personarum necessaria existunt, instructi habentur, et propterea non intendentes, quod per alios quam prefatos et alias [quam][1]) juxta dicti ordinis regularia instituta visitentur, motu proprio . . . . et ex certa scientia tenore presentium declaramus, [quod][1]) omnes litteras a nobis hactenus quovismodo et etiam motu et scientia similibus concessas super visitationibus monasteriorum et locorum predictorum per alios quam dictos presidentes ac alias preterquam[2]) juxta eorundem ordinem [ↄ: eiusdem ordinis] regularia instituta aut generalia vel specialia privilegia faciendis, quascunque clausulas et etiam derogatoriarum derogatorias ac privilegiis predictis omnino derogantes in se continentes, motu et scientia similibus revocamus, cassamus . . . ac viribus omnino vacuamus dictumque ordinem in suum pristinum et eum statum, in quo, antequam ille emanarent, quomodolibet existebat, restituimus, reponimus et plenarie redintegramus, decernentes paribus motu et scientia, quod de cetero perpetuis futuris temporibus monasteria et loca predicta pretextu quarumcunque aliarum litterarum apostolicarum per nos et sedem predictam imposterum et etiam motu et scientia similibus et ex quibuscunque causis ac cum quibuslibet clausulis et etiam derogatoriarum derogatoriis efficacissimis et insolitis et etiam presentibus expresse derogantibus et etiam, si ille in eis de verbo ad verbum inserte forent, imposterum, etiam ad instantiam imperatoris, regum, ducum, principum et aliarum personarum quarumcunque cuiuscunque status concedendarum visitari non possint, districtius in virtute sancte obedientie et sub censuris ecclesiasticis inhibentes quibuscunque visitatoribus supranominatis exceptis hactenus et pro tempore deputatis, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali aut quavis alia ecclesiastica dignitate fulgerent, ne pretextu quarumcunque facultatum et commissionum in genere vel in specie visitandi eis concessarum se de monasteriis, locis, personis et ordine predictis intromittere quomodolibet presumant . . . . Quocirca fraternitati tue ac quibuscunque cathedralium, etiam metropolitanarum, ecclesiarum cano-

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. alios predictos et

nicis ac in dignitate ecclesiastica constitutis personis, quos seu quas abbates, priores et alie persone locorum et monasteriorum predictorum pro tempore existentes duxerint requirendos, motu et scientia similibus [mandamus], quatinus . . . . ipsis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis[1]) monasteria et loca predicta illorumque personas quomodolibet alias quam, ut premittitur, visitari seu ab illis quecunque etiam caritativa subsidia exigi aut occasione alicuius visitationis vel alias contra presentium tenorem molestari, molestatores necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia juris oportuna remedia cum illorum aggravatione et reaggravatione [compescendo, invocato], quotiens opus fuerit, auxilio bracchii secularis, non obstantibus . . . Bonifacii pape VIII, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem vel diocesim [*etc. som Nr. 1211*] evocetur, et de duabus dietis in concilio generali edita ac aliis constitutionibus apostolicis . . . . Verum, quia difficile foret [*etc. som Nr. 2675*]. Datum Rome id. aug. anno 5.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 27 v.

3167. [Aug. 1489.]

Udkast til et Brev fra Kong Hans og Hertug Frederik til Paven angaaende Sagen mellem Sten Sture og Dronning Dorothea. Udkastet synes at være affattet af Dronningens Kansler Birger Gunnersen.

Dominus rex et dominus Fridericus . . . Post [devota pedum oscula] *(Aarsberetn. fra Geheimearch. IV, 415—17; Reg. *8043). Uden Dato.*

Danske Kongers Hist. Fasc. 3 (R. A.).

3168. Efter Aug. 1489.

Optegnelser (af Birger Gunnersen?) om, hvorledes Dronning Dorothea skal gaa frem i Sagen mod Sten Sture, samt Udkast til et Brev fra Ærkebiskoppen i Lund og Biskoppen i Roskilde til Ærkebiskoppen i Upsala i Anledning af Bullen af 6. Juli 1489 (Nr. 3163).

. . . . . Committitur commissariis *(Aarsberetn. fra Geheimearch. IV, 417 f.; Reg. *8044). Uden Dato.*

Danske Kongers Hist. Fasc. 3 (R. A.).

3169. 22. Sept. 1489.

Den pavelige Kurial, Klerken fra Odense Stift Albert Asschen, som havde ansøgt om under en toaarig Fraværelse fra Kurien at maatte beholde Kurialernes Privilegier, faar dette bevilget, men kun for eet Aar.

---

[1]) Gz. — Cod. permittant

Cum Albertus de Ascken clericus Ottoniensis diocesis certis urgentibus de causis a Romana curia se absentare habeat, dubitat in huiusmodi sua absentia sibi dampnum aut incommodum afferri; supplicat igitur dictus Albertus, qui s. v. familiaris continuus commensalis existit, quatenus sibi, ut ad duos annos proxime futuros et a data presentium computandos omnibus privilegiis, quibus ceteri eiusdem s. v. familiares continui commensales et alii curiales in Urbe et curia presentes, etiam, qui illam per sex menses ante vacationem beneficiorum continue secuti fuerint, in certis constitutionibus ac litteris s. v. ipsis concessis et in futurum concedendis quomodolibet gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quoad assecutionem quorumcunque beneficiorum, que ipse gratie sue expectative nuper per s. v. sibi concesse et processuum desuper habitorum vigore duxerit acceptanda, gaudere possit, quibus etiam, si in dicta curia presens foret, e. s. v. frequentibus obsequiis insisteret ac in tinello eiusdem s. v. continuam refectionem sumeret, gaudere posset[1]), necnon executoribus et delegatis vel subdelegatis in litteris huiusmodi deputatis ac per eundem oratorem pro tempore requisitis, ut sibi de quibus[vis][2]) beneficiis etiam in genere consueto curialium more acceptandis providere et super huiusmodi acceptatione et provisione quodcunque instrumentum publicum in specie conficere libere possint, concedere, itemque[3]) per quoscunque judices et commissarios necnon sacri palatii apostolici causarum auditores sententiari, provideri et diffiniri debere, sublata eis aliter judicandi etc. facultate, mandare [et][2]) irritum, si secus judicatum fuerit, decernere et declarare dignemini. Concessum de presentialitate ad annum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Et quod presentis supplicationis signatura sola sufficiat. Datum Rome 10. kal. oct. anno 6.

Suppl. 904 fol. 298 v.

3170. **15. Okt. 1489.**

Den udvalgte Biskop Eggert Durkop i Slesvig lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1489] Die 15. eiusdem [mensis] oct. Egerdus Durcop electus Slesvicensis sponte obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio ecclesie Slesvicensis ratione provisionis et prefectionis de persona Egerdi eidem ecclesie per

[1]) Gz. — Cod. possit [2]) add. Gz. [3]) Gz. — Cod. ita quod

bullas Innocentii pape VIII sub data Rome 6. id. aprilis anno 5 auctoritate apostolica facte fl. auri de camera 1000, ad quos dicta ecclesie taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem communis et minutorum servitiorum medietatem infra sex menses proxime sequentes, aliam vero medietatem infra alios sex menses extunc et immediate etiam proxime sequentes solvere promisit et submisit se et renuntiavit etc., instituit procuratorem etc., voluit etc. et obligavit etc., juravit etc. Et Cristoforus episcopus Cortonensis in camera apostolica presidens tulit sententias in scriptis . . . .

Die 22. eiusdem de mandato dominorum camere et collegii predictorum Johanne Gerona referente bulle dicte ecclesie fuerunt date prefato Egerdo electo, qui promisit solvere omnia jura camere, sacri collegii et officialium eorundem infra octo menses proxime sequentes sub penis camere etc. Juravit etc.

Die 24. 1490 de mandato prefatorum dominorum referente suprascripto Johanne Gerona propagatus fuit dictus terminus ad sex alios menses sequentes.

Die 1. martii 1494 solvit omnia jura.

Oblig. 1489—92 fol. 31 v (Archivio di Stato).

1489. 15. [mensis] oct. Egerdus Durcap electus Slesvicensis provisus (!) 6. id. aprilis anno 5 Inn. VIII obtulit fl. 1000.

Uddrag af Garampi efter Obl. C. A. fol. 31 v og (lignende) i S. C. 27 fol. 160.

3171. 2. Nov. 1489.

Klerken Niels Pedersen fra Roskilde Stift faar paa ny et Alter i Roskilde Domkirke og et Kanonikat og Præbende i København samt Tilladelse til at residere det sidste Sted.

Olim altari s. Nicolai episcopi et confessoris sito in ecclesia Roskildensi, quod Lagho Yuarii obtinebat, per obitum eiusdem Laghonis, necnon canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie Haffniis Roskildensis diocesis per liberam resignationem Bregeri de illis, quos tunc obtinebat, in manibus Olaui episcopi Roskildensis sponte factam et per eundem Olauum episcopum ordinaria auctoritate admissam vacantibus, Nicolaus Petri clericus dicte diocesis altare ac canonicatum et prebendam huiusmodi, ut prefertur, vacantes dicta auctoritate sibi conferri et de illis etiam provideri respective obtinuit possessionibus subsecutis. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de altari et de canoni-

catu et prebenda predictis [fructus insimul 4 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis . . . providere necnon sibi, ut in dicta ecclesia b. Marie residendo, quoad vixerit, omnes fructus dicti altaris . . . . percipere valeat . . . . et ad residendum interim in eadem [ecclesia Roskildensi] minime teneatur, attento quod illud altare nullam habeat residentiam, ubi residere poterit, . . . indulgere dignemini, non obstante Bonifacii pape VIII, per quam concessiones huiusmodi sine prefinitione temporis fieri prohibentur, constitutione. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 4. non. nov. anno 6.

Suppl. 905 fol. 37 v.

3172. **2. Nov. 1489.**

Paven tillader Klerken Niels Pedersen at oppebære Indtægten af et Alter i Roskilde Domkirke, skønt han residerer i København.

Nicolao Petri clerico Roskildensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos te, cui hodie de canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie Affnis Roskildensis diocesis ac altari s. Nicolai episcopi et confessoris sito in ecclesia Roskildensi tunc vacantibus per alias nostras litteras provideri mandavimus, gratioso favore prosequi volentes, tibi, asserenti, quod dictum altare nullam habitationem habet, ubi illud pro tempore obtinens residere possit, ut in dicta ecclesia b. Marie residendo, quoad vixeris, omnes fructus dicti altaris, . . . quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeas . . . . et ad residendum interim in eadem minime tenearis . . . ., tenore presentium indulgemus, non obstantibus si in dicta ecclesia Roskildensi primam non feceris residentiam personalem consuetam, et quibuscunque aliis apostolicis constitutionibus necnon ecclesie Roskildensis, illis presertim, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod non residentes personaliter in eadem minorum fructus beneficiorum eiusdem ecclesie Roskildensis in absentia percipere non possint, quibus hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, expresse derogamus . . . Datum Rome 4. non. nov. anno 6.

Simili modo archiepiscopo Lundensi et episcopo Glandatensi ac officiali Roskildensi.

L. XVI. XIIII. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 880 fol. 148.

3173. **12. Nov. 1489.**

Vikaren og Brødrene i Franciskanerobservanternes Provins Dacia faar bevilget, at Klostret i Malmø, der ligger paa et sumpet, trangt, uroligt og usundt

Sted, saa at dets Brødre ofte bliver syge og dør, og Provinsens Udsendinge nødig vil holde Provinsialkapitel der, maa blive flyttet til et andet bekvemt Sted inde i Byen og dèr faa de nødvendige Bygninger, Alterkalke m. m. samt nyde de Privilegier, der tidligere var tilstaaet Klostret.

Vicarius et fratres ordinis fratrum Minorum *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum sine prejudicio in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis . . . Et per breve. Datum Rome pridie id. nov. anno 6.

Suppl. 905 fol. 266 v.

3174. **21. Nov. 1489.**

Pavens Kammerherre Henricus Meyer faar Provstiet i Minden, som er ledigt ved Eggert Durkops Forfremmelse til Biskop i Slesvig.

Cum alias ecclesie Slesvicensi tunc pastoris solatio destitute de persona Egerdi electi Slesvicensis . . . . s. v. duxerat providendum . . . ., ac prepositura ecclesie Mindensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, et de qua tunc antea . . . eidem Egerdo electo, tunc sacri palatii causarum apostolici auditori, ... e. s. v. duxerat providendum, possessione tamen minime subsecuta, tempore promotionis sue per promotionem huiusmodi ac munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperabatur, eandemque preposituram s. v., etiam si ipse Egerdus eam nondum possiderat, Henrico Meyer, s. v. cubiculario ac familiari et continuo commensali, cum vacare contingeret quovismodo preterquam per obitum ipsius electi, postquam tamen idem electus fuerat adeptus pascificam (!) possessionem sive maiorem partem regiminis et administrationis bonorum dicte ecclesie, motu proprio et ex certa scientia conferri mandavit, prout in litteris eiusdem Henrici oratoris plenius continetur, cum autem ab aliquibus asseritur mandatum de conferendo huiusmodi ac omnia quecunque inde secuta viribus non subsistere et preposituram predictam adhuc vacare, supplicat igitur idem Henricus, quatenus . . . . verum, indubitatum et ultimum vacationis modum, etiam si ex . . . . quacunque persona Egerdi electi vel Henrici oratoris aut quondam Bernardi ultimi immediati possessoris vel cuiuscunque alterius resultet, hic pro sufficienter expressis habentes sibi de dicta prepositura, que curata et electiva existit [fructus 24 mr.], de novo [providere] et in eventum litis in forma gratie [etc.], ipsumque oratorem, si quovis modo in litteris, quatenus opus sit, exprimendo inhabilem seu indignum ad preposituram huiusmodi et ad alia per eum obtenta seu obtinenda beneficia de jure vel de facto se reddidit, rehabilitare

dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 11. kal. dec. anno 6.

Suppl. 916 fol. 217.

3175. 15. (20.) Dec. 1489.

Paven befaler (efter Ansøgning fra Kong Hans, Dronning Dorothea, Ærkebiskop Jens (Brostrup) og Biskopperne i Roskilde og Odense) Abbeden i Skovkloster, Dekanen i København og Ærkedegnen i Roskilde at omdanne Franciskanerklostret i Roskilde fra et Konventual- til et Observantkloster.

Abbati monasterii Skouffkloster et decano b. Marie virginis Haffnensis Roskildensis diocesis et archidiacono Roskildensis ecclesiarum. Quanta in dei ecclesia [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis regis et Dorothee regine Dacie petitio continebat, quod in domo Roskildensi ordinis fratrum Minorum, conventualium nuncupatorum, pauci a[d]modum[1]) fratres inhoneste ac luxuriose vitam ducentes in maximum scandalum et perniciosum exemplum Christi fidelium [existunt], et propter multa enormia, que per dictos fratres perpetrantur, divinus cultus in ecclesia prefate domus plurimum diminutus atque Christi fidelium devotio annichilata existit; cupiuntque propterea prefati rex et regina, que eius genitrix et jam senio confecta existit, in dicta civitate Roskildensi suam vitam perpetuis futuris temporibus pro sui animi quiete ducere statuit, presertim si fratres dicti ordinis de observantia nuncupati, ad quos rex et regina prefati propter eorum exemplarem vitam et uberes fructus salutis animarum, quos quotidie in dicto regno et in domo domini ipsorum predicationibus fidelibus afferunt, magnum gerunt devotionis affectum, in dicta domo introducentur, ut eisdem[2]) fratribus de observantia domus predicta pro ipsorum usu et habitatione perpetuis concedatur. Quare pro parte regis et regine predictorum, asserentium se equo animo ulterius tollerare non possit [ɔ: posse], quod talia enormia per dictos fratres, conventuales nuncupatos, in dicta domo committantur, necnon Johannis archiepiscopi Lundensis ac Roskildensis et Ottoniensis episcoporum nobis fuit supplicatum[3]), ut dictos fratres, de observantia

[1]) II: admodum [2]) Gz. — Cod. introducentur, eisdemque

[3]) II: quatenus dignemini aliquibus probis viris in partibus mandare, ut se de premissis omnibus diligenter informent, et, si per informationem huiusmodi eis constiterit premissa veritate fulciri, vocatis dictis fratribus, qui [ɔ: et], si sub regulari observantia dicti ordinis vivere voluerint, illos in eadem domo una cum aliis fratribus de observantia in dicta domo introducendis remanere permittant, et, si sub dicta regulari observantia velle vivere recusaverint, eos-

nuncupatos, in dicta domo introducere et illam eis pro eorum perpetuis usibus et habitatione, illis ex dictis fratribus conventualibus, qui sub regulari observantia dicti ordinis cum eisdem fratribus de observantia vivere voluerint, dumtaxat ibidem remanentibus, et reliquis sic vivere et [se][1]) reformare recusantibus inde amotis et ad alias domus eorundem fratrum conventualium translatis, concedere eosque sic in eadem manuteneri mandare . . . . dignaremur. Nos igitur, qui locis religiosis, que deformationis [malo][1]) sentimus subjici, prout ex pastorali officio debemus, operosis studemus mediis submovere et de premissis certam notitiam non habemus, ... discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis dictis conventualibus, guardiano et fratribus in dicta domo degentibus et aliis, qui fuerint evocandi, de premissis per eosdem regem et reginam expositis auctoritate nostra vos diligenter informetis, et, si per informationem huiusmodi ea vera esse reppereritis, prefatam domum [pro] perpetuis usibus et habitatione eorundem fratrum de observantia dicta auctoritate nostra applicetis ac, illis ex eisdem guardiano et fratribus conventualibus, qui sub regulari observantia dicti ordinis cum introducendis in illa fratribus de observantia vivere et se reformare recusaverint, ab eadem domo amotis et ad alias domus eorundem fratrum conventualium translatis et reliquis, qui sub observantia regulari cum eisdem fratribus de observantia vivere voluerint, ibidem remanentibus, eosdem fratres de observantia in eadem domo prefata auctoritate introducatis et introductos manuteneatis in eadem . . . . Nos enim, si eosdem fratres de observantia in dicta domo vigore presentium introduci illamque eorum usibus applicari contigerit, ut prefertur, eisdem fratribus de observantia, qui illam pro tempore inhabitabunt, ut omnibus privilegiis . . ., quibus alii fratres, de observantia nuncupati, predicti in genere gaudent ac gaudere poterunt in futurum, gaudere possint, concedimus. Datum Rome 13. kal. jan.[2]) anno 6.

L. XXX. Trottus prothonotarius.

Reg. Lat. 882 fol. 194 v. — Rester af Brevet i Eksekutionsbrev fra Dekanen Johan Jensen Quitzow i Topogr. Saml. Perg. Roskilde (R. A.). — Ogsaa (II) Supplik (Fiat. J.) i Suppl. 907 fol. 181 v.

---

dem fratres conventuales a prefata domo removeant ac fratres huiusmodi de observantia in eadem domo auctoritate apostolica introducant et inductos manuteneant dictamque domum eisdem fratribus de observantia pro ipsorum usu et habitatione perpetuis . . . . concedant . . . .

[1]) add. Gz. [2]) II: 18. kal. jan.

3176. **29. Dec. 1489.**

Provinsialministeren for Franciskaner-Provinsen Dacia faar pavelig Bekræftelse paa Sixtus IV's Bulle af 27. Juli 1481 (Nr. 2798).

Dudum Sixtus papa IV ad instantiam guardianorum et fratrum Ottoniensis, Swinbergensis et Nystadensis locorum Ottoniensis diocesis provincie Dacie ordinis fratrum Minorum inter alia per eundem Sixtum concessa, eidem prius inter alia exposito, quod, licet guardiani et fratres huiusmodi regularem observantiam inter se voluntarie assumpsissent et in illa certis annis perseverassent, nichilominus propter varias molestationes, que eis a nonnullis fratribus observantie huiusmodi contrariis inferebantur, dubitabant propterea in huiusmodi observantia perseverare posse, idem Sixtus, tunc Eugenii IV, Pii II et nonnullorum aliorum Romanorum pontificum vestigiis inherentes [ɔ: -rens], prefatis et pro tempore existentibus dictarum domorum guardianis et fratribus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus unum ex eis scientia, moribus etc. preditum fratrem in suum possent eligere vicarium provincialem ad instar aliorum fratrum de observantia dicti ordinis, quem sic electum pro tempore ministro provinciali dicti ordinis pro confirmatione electionis huiusmodi obtinenda presentare tenerentur, quam si ipse minister confirmare recusaret seu differeret (!), electio ipsa post triduum per sedem apostolicam confirmata esse censeretur, auctoritate apostolica concessit, et insuper ab omni jurisdictione, superioritate, dominio, potestate dictorum ministrorum penitus exemit eosque ac domos eorum jurisdictioni et correctioni tam provinciali[s] per eos pro tempore electi quam generalis ultramontani vicariorum etc. perpetuo subjecit quamplurimaque alia fecit ac executores deputavit etc., quibus mandavit etc., prout in eisdem ac diversis aliis litteris . . . plenius continetur; deindeque non sine eius animi displicentia ac illustrissimi tunc regis Dacie etc. inquiete et incomodo accepto, qualiter quidam Laurentius, tunc guardianus, et fratres dictarum domorum superbia involuti ministro provinciali regnorum Dacie, Svecie et Norvegie ac fratribus ordinis Minorum de observantia contumelias et diversas injurias inferebant, idem Sixtus premissis et multis aliis de causis in ipsis litteris specificatis motus motu proprio et ex certa eius scientia litteras predictas ac omnia in eis contenta cum executoribus et defensoribus in eis deputatis ac quecunque inde secuta auctoritate apostolica revocavit et annullavit ac viribus totaliter evacuavit nulliusque decrevit esse roboris vel

momenti, prefatumque Laurentium ab officiis vicariatus, commissariatus, guardianatus et lectoratus deposuit et perpetuo depositum esse voluit, ipsique [ɔ: ipsumque] ac alios fratres dicti ordinis, de observantia reformatorum nuncupatorum, Dacie etc. regnorum predictorum[1]) ac alios clericos et laicos eorum complices et fautores ac adherentes in virtute sancte obedientie et sub penis excommunicationis ac maledictionis eterne et, si perseverare viderentur, sub incursu heresis et privationis graduum etc. monuit[2]) eisque districte precipiendo mandavit, ut suis superioribus, videlicet ministro generali et provincialibus ministris dicti ordinis, ipsis tamen fratribus reformatis alias in sua observantia remanentibus, juxta piam intentionem dicti regis omnino parerent et intenderent eosque tanquam suos superiores admitterent ac venerarentur in omnibus, que ad ministeriatus officium spectarent, absque alicuius excusationis seu [more][3]) diffugio, alioquin ipsos et eorum quemlibet extunc sententias, censuras et penas antedictas incurrisse declaravit eosque pro talibus ubilibet publicari et ab omnibus artius evitari mandavit, executores deputavit et alia fecit, prout in suis litteris . . . . plenius continetur. Ut autem pia mens ac voluntas dictorum Sixti pape et regis observentur maioremque vim et efficaciam obtineant, inferioresque suis superioribus obediant et pro talibus eos recognoscant, minister generalis regnorum predictorum ac fratres sui ordinis supplicant, quatenus revocationem, annullationem et evacuationem depositionemque ac mandata sub penis predictis omniaque in litteris revocationis huiusmodi contenta ac quecunque inde secuta, et prout [ea][3]) concernunt, confirmare perpetuumque firmitatis robur obtinere declarare et decernere novosque executores in litteris nominandos, qui premissa observari faciant exequanturque et assistant etc., deputare, attento quod deputati per Sixtum in partibus remotis existunt, dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Et motu proprio ad perpetuam rei memoriam, ac littere expediri possint et attenta paupertate oratorum, et quod quamplurimas litteras desuper expediverunt. Datum Rome 4. kal. jan. anno 6. — Videat protector. A. cardinalis Aleriensis. Videtur signanda. Julius cardinalis protector. Videat protector.

Suppl. 907 fol. 254 (274) v.

---

1) Gz. — Cod. predictos 2) Gz. — Cod. monuitque

3) add. Gz.

3177. **31. Dec. 1489.**

Prioren Jens Madsen i Helligaandsklostret i Randers faar Stadfæstelse paa Oprettelsen af dette Kloster, som skal nyde Helligaandsordenens Privilegier.

Exponitur pro parte Johannis Mathie prioris hospitalis s. Spiritus oppidi Randrusiensis Arusiensis diocesis, quod consules et proconsules dicti oppidi et illius universitas pia devotione ducti, cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, de bonis ipsis a deo collatis quandam capellam sub invocatione s. Spiritus in parrochia parrochialis ecclesie s. Martini oppidi et diocesis predictorum de loci ordinarii consensu fundaverunt et erexerunt, quam, licet debiliter dotaverunt, consules, proconsules ac universitas prefati de Johannis regni Dacie regis consensu fratribus s. Spiritus in Aleburghii Vibergensis diocesis pleno jure dederunt et concesserunt, et Eylerus episcopus Arusiensis fundationem, erectionem ac dationem et concessionem prefatas . . . confirmans capellam eandem ordini hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe in perpetuo (!) univit ac eidem capelle, ut omnibus privilegiis [etc.] ordini s. Spiritus quomodolibet concessis, et quibus hospitale s. Spiritus in Aleburghen Vibergensis diocesis gaudet, ipsa gaudere valeret, concessit, quodque postmodum idem Johannes rex, provide considerans, quod eiusdem capelle fructus adeo tenues erant, quod pro uno dicti ordinis fratre, qui illam regeret, ac illius edificiis competentibus non suppetebant, dictam ecclesiam s. Martini, que de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis erat, ut de illius fructibus dictam capellam repararent et conservarent, fratribus hospitalis s. Spiritus dicti oppidi pleno jure donavit, ea lege adjecta, ut fratres ipsi in dicta ecclesia semel in qualibet ebdomada unam missam pro sua[1]) et suorum parentum animabus celebrare tenerentur, quam regis donationem prefatus Eylerus episcopus etiam confirmavit ac ecclesiam eandem dicte capelle incorporavit, prout de premissis in instrumentis, privilegiis et litteris autenticis desuper confectis plenius continetur. Cumque a nonnullis de premissorum omnium viribus hesitetur, cuperet[que] orator prefatus pro eorum maioris roboris subsistentia premissa omnia apostolico munimine roborari, supplicant igitur tam Johannes rex quam Johannes Mathie prior prefatus, quatenus erectionem, dationem, concessionem, indultum [et] unionem predicta confirmare ac perpetue firmitatis robur obtinere

[1]) Cod. sue

decernere, ... et nichilominus pro potioris cautele suffragio eisdem capelle et ecclesie, ut omnibus privilegiis [etc.] ordini s. Spiritus et eiusdem ordinis fratribus quomodolibet concessis ipse gaudere libere valeant, de novo concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Et in forma gratiosa et ad perpetuam rei memoriam. Datum Rome pridie kal. jan. anno 6.

Suppl. 908 fol. 28.

3178. 1489—90.

Optegnelse om, hvad Dronning Dorotheas Udsending skal søge at faa udvirket i Rom gennem Ludovicus de St. Geminiano: 1) En Bulle om Plenaraflad for Franciskanerklostret i Køge, gældende for 10 Aar til Jubelaaret 1500, 2) Hævdelse af Dronningens Ret overfor Sten Sture, 3) Et Brev til Franciskanernes Provinsialminister i Dacia om Reform af Klostrene i Roskilde og Kallundborg, 4) Udnævnelse af Dronningens Søstersøn Ludovicus Gonzaga, Biskop i Mantua, til Kardinal, 5) for Udsendingen selv en Bulle om et Præbende i Lunde Domkirke

Ex parte . . . Dorothee regine Dacie. Primo ad Ludouicum *(Aarsberetn. fra Geheimearch. IV, 428—29). Uden Dato.*

Danske Kongers Hist. Fasc. 2 (R. A.).

3179. 5. Jan. 1490.

Den udvalgte Biskop Eggert Durkop faar det overdraget til den pavelige Auditør Franciscus Brevius at give ham ny Provision paa Provstiet i Klostret Neuwerk udenfor Halle, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Lite et causa coram Francisco Breuio, vestri sacri palatii causarum auditore, inter Egerdum electum Slesvicensem et quendam Johannem N. assertum prepositum, canonicum regularem ordinis s. Augustini canonicorum regularium, intrusum in prepositura monasterii Novi Operis prope et extra muros Hallenses Magdeburgensis diocesis, nuper per obitum Erasmi Berndes vacantem, de dicta prepositura necnon commenda propria (?) ad vitam dicte creature de dicto monasterio et prepositura rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deductis et deducendis . . . in prima instantia indecisa pendente, a nonnullis asseritur nulli predictorum collitigantium ad dictam preposituram et monasterium jus competere ipsamque adhuc vacare. Supplicat igitur dicta creatura, quatenus . . . dicto Francisco aut in eius locum forsan surrogato vel surrogando auditori, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri predictorum collitigantium ad dictum monasterium aut prepositurum jus competere ipsamque adhuc vacare cognoverit, dictam prepositurum, que dignitas

principalis, conventualis, curata et electiva in dicto monasterio et in ecclesia Magdeburgensi etiam dignitas archidiaconalis non tamen maior post pontificalem esse dinoscitur, ac solum per canonicos regulares ordinis s. Augustini expresse professos teneri consuevit [fructus 100 mr.], eidem oratori in forma nove aut simplicis provisionis, gratie [etc.] .... dictum monasterium sive preposituram ac [commendam][1]) ad vitam eidem creature commendet ita, quod fructus etc. oneribus deductis in utilitatem suam et monasterii convertere possit, mandare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome non. jan. anno 6.

Suppl. 908 fol. 267.

3180. **9. Jan. 1490.**

Klerken Ture Bool fra Lunde Stift provideres paany med Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Amelungs Død og tidligere tildelte ham af Ærkebiskoppen.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesia Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 5. id. jan. anno 6.

Suppl. 908 fol. 209.

3181. **9. Jan. 1490.**

Kjeld Jensen Basse, Sognepræst i Harløse i Lunde Stift, faar St. Dionisius' Kapel eller Vikariat i Lunde Domkirke, ledigt ved, at Odenseprovsten Hans Urne uden Dispensation har haft det sammen med Kanonikat og Præbende i samme Kirke.

Supplicat Kelderus Johannis, alias Basse *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 5. id. jan. anno 6.

Suppl. 908 fol. 209 v.

3182. **13. Jan. 1490.**

Paven befaler Biskoppen og Provsten i Børglum at undersøge og paadømme en Klage fra Helligaandsklostret i Aalborg over Præsterne Laurens Evertsen og Niels Poulsen samt nogle Franciskanere og Dominikanere i Børglum Stift, der uden Klostrets Tilladelse holder Messer i de to det tilhørende Kirker i Skagen og Saltum og unddrager Klostret Kirkernes Indtægter.

Episcopo Burglanensi et preposito ecclesie Burglanensis. Conquesti sunt nobis *(Danske Mag. 5. R. II, 206—07)*[2]). Datum Rome id. jan. anno 6.

Orig. med Bulle i Hampesnor i Danske Selskabs Membraner (R. A.).

---

[1]) add. Gz. [2]) Her dog med det urigtige Aar 1489.

3183. **3. Febr. 1490.**

Prioren Jens Madsens Supplik (Nr. 3177) bevilges med en Tilføjelse.

Reformatio fratris Joannis Mathie prioris hospitalis s. Spiritus oppidi Randrusiensis.

Quia per preinserte supplicationis scriptorem omissum fuit in eadem valorem fructuum dicte capelle et ecclesie exprimere, dignetur s. v. litteras super eadem supplicatione conficiendas cum expressione, quod fructus dicte capelle verus [ɔ: unius] et parrochialis ecclesie 2 mr. non excedunt, expediri mandare dignemini. Concessum. A. cardinalis Aleriensis. Et cum derogatione regule de unionibus fiendis, quod semper commissio fiat ad partes. Datum Rome 3. non. febr. anno 6.

Suppl. 909 fol. 253.

3184. **6. Febr. 1490.**

Klerken Didrik Stoveman fra Lübeck Stift faar et evigt Vikariat i Burg paa Femern.

Supplicat Theodoricus Stoueman clericus Lubicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria in parrochiali ecclesia loci Borch terre Imbrie Ottoniensis diocesis [fructus 4 mr.], per obitum Simonis Heltze vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 8. id. febr. anno 6.

Suppl. 909 fol. 253.

3185. **8. Febr. 1490.**

Biskop Niels Skave i Roskilde faar det overdraget til nogle Nabo-Biskopper at undersøge hans Klager over Cistercienserklostrene i Stiftet, som ikke vil anerkende hans Visitationsret, men begaar mange frygtelige Forbrydelser.

Pro parte Nicolai Roskildensis ecclesie episcopi s. v. gravi exponitur cum querela, quod, quamvis ab antiquissimis retroactis temporibus monasteriorum ordinis Cisterciensis sue diocesis abbates, priores et sui monachi predecessoribus Roskildensis ecclesie episcopis pro tempore existentibus obedientes fuerant et sue ordinarie jurisdictioni subjecti, ipsos non solum ratione ordinarie visitationis, verum etiam ex longeva, approbata et prescripta consuetudine ad hospitalitatem in suis monasteriis gratuite recipiendo suisque monitis et mandatis licitis et honestis obtemperando, nichilominus tamen moderni ipsorum monasteriorum abbates, priores et monachi, consuetis libertatibus non contenti, sed certi privilegii apostolici a s. v. nuper in favorem

fratrum de observantia illius ordinis dumtaxat, ut dicitur, emanati cameraliter et expediti vigore, quo sepe monasteria abusi sunt et abutuntur in dies, annuatim sibi obedientiam debitam, reverentiam et subjectionem consuetam subtrahunt, asserentes se suosque subditos et subjectos ab omni jurisdictione ordinaria, visitatione, correctione, superioritate, dominio et potestate penitus exemptos, cuius exemptionis pretextu multa illicita ab ipsis eorumque vassallis, subditis et subjectis, quos in multitudine habent copiosa, fiunt [et][1]) perpetrantur diversaque scandala in clero et populo oriuntur et generantur, attento[2]) quod ipsi abbates, priores et monachi privilegiis suis abutentes et saltem [ɔ: falcem] in messem alienam mittentes, homicidas, incestuosos et alios criminosos publice delinquentes diversaque nephanda, horrenda et enormia crimina committentes quod [ɔ: et] in sancta sinodo convictos ob non paritionem rei judicate, similiter et a canone [3])*Si quis suadente*[3]) excommunicatos, eo irrequisito, lesis et dampnificatis in nullo satisfactis, indifferenter absolvunt et ab omni ordinaria jurisdictione et correctione securos reddunt et securant ipsi episcopo in prejudicium et vilipendium injuriatisque et dampnificatis in damnum non modicum et gravamen, eosque etiam seculares sacerdotes, qui parrochialibus deserviunt ecclesiis, coram suo judice non citatos, monitos vel convictos hostili incursu armataque manu cum gladiis et fustibus de suis residentiis et habitationibus per vim et violentiam ejiciunt et expellunt, non solumque in ipsos, verum etiam in cathedralis ecclesie prelatos et eorum servitores manus violentas et sacrilegas immittere non verentur, res et bona eorum contra deum et justitiam absque cause cognitione et jurisdictione pretermissa sibi vindicant et usurpant, suosque subditos et subjectos talia et hiis similia [ac][1]) etiam peiora perpetrantes ipsi abbates, priores et monachi in suis maleficiis et temeritatibus confortant et defendunt, decimas et oblationes solvi prohibent, bona monasteriorum dilapidant, impignorant, alienant et devastant, etiam plures insuper parrochiales ecclesias habent et detinent a monasteriis eorum remote distantes, in quibus forent perpetui vicarii instituendi, qui concessioni [ɔ: -nem][4]) altaris cum cura animarum ab episcopo pro tempore existente reciperent et apud ipsas ecclesias residunt [ɔ: -derent], quas tamen accessu altaris non petito vel obtento per monachos suos faciunt

[1]) add. Gz. [2]) H: maxime eo [3] [3]) udeladt i H. [4]) H: accessum

officiari et curam animarum ibidem exerceri, ad quos nocturno tempore clausis monasteriis liber non patet accessus, et propterea ibidem cura multotiens negligitur animarum; sepius namque contingit, quod peste mortalitatis regnante morientes[1]) sine confessione[2]) et aliis ecclesiasticis sacramentis moriuntur in ipsorum officiantium simul et decedentium periculum non modicum animarum. Ceterum quia abbates, priores et monachi huiusmodi non solum spiritualem, verum etiam temporalem exercent jurisdictionem injuriatique et dampna passi plerumque inopes et adeo pauperes existunt, quod deficientibus eis facultatibus sedem apostolicam ita remote distantem pro justitia consequenda visitare non possunt et jure suo penitus cadentes illicitas injurias sine quacunque satisfactione dimittere [coguntur] minime prosecutas, de quo plurimum conqueruntur, quibus de causis fit, quod episcopalis dignitas despicitur[3]) et opprimitur, nocentes defenduntur, malefactores in suis maleficiis confortantur, criminosi in suis criminibus et excessibus animantur, bona monasteriorum dilapidantur, animarum cura negligitur, laici a solutione decimarum et oblationum retrahuntur et delinquendi occasio aliis sic tribuitur, et, nisi aliter de oportuno remedio per s. v. provideatur, plura mala et timenda etiam imposterum subsequentur, quia de facili in ritum Bohemie convertuntur, qui successive illum insequuntur, dignetur igitur s. v. dicti oratoris ecclesieque sue gregisve dominici sibi crediti et commissi necnon monasteriorum huiusmodi pauperumque innocentium, dampnificatorum, injuriatorum et oppressorum indempnitati et saluti consulere ac de premissis vel aliis similibus de opportuno juris remedio providere, dictarum exemptionum privilegium, prout juris esse videbitur, committere moderandum in ipsius[4]) intelligentiam et s. v. mentem, videlicet, qui sub hiis dictionibus subditi et subjecti in privilegio positi comprehenduntur, declarando, necnon ipsis abbatibus, prioribus et monachis precipere et mandare, quatenus dicto episcopo suisque successoribus de cetero, prout ab antiquo consuetum est, obediant, eius jurisdictionem ordinariam non impediendo, sed monitis suis et mandatis licitis et honestis obtemperando ipsosque ad consuetas

---

[1]) II: infirmi [2]) II: communione

[3]) II har herefter: et minor abbatiali dignitate reputatur, eius potestas contemnitur, ordinaria jurisdictio enervatur, pauperes innocentes in eorum justitia opprimuntur, nocentes [etc.]

[4]) Gz. — Cod. ipsiusque

visitationes et hospitalitatem gratuite recipiendo, et, si placet, aliquibus vicinarum ecclesiarum episcopis mandare, ut se de premissis eorumque cicumstantiis universis summarie, simpliciter et de plano informent et vocatis vocandis irregulata auctoritate apostolica regulent, corrigenda corrigant et reformanda reforment, unicuique conquerenti justitiam omni appellatione postposita ministrando. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 6. id. febr. anno 6.

Suppl. 910 fol. 48 v. — Varianter (II) efter Nr. 3187.

3186. **20. Febr. 1490.**

Paven befaler Biskop Niels Skave i Roskilde og Dekanen sammesteds at udføre Auditøren Petrus de Accoltis' Paalæg om at undersøge Spørgsmaalet om Omdannelsen af Odense Kapitel.

Nicolao episcopo Roskildensi et decano ecclesie Roskildensis. Nuper cum Carolus episcopus et capitulum Ottoniensis ecclesie, asserentes [se][1]) per nonnullos ordinis s. Benedicti monachos in partibus illis degentes super ecclesia Ottoniensi et illius statu coram moderno abbate monasterii Sorensis Roskildensis diocesis judice ex delegatione apostolica, ut ipsi monachi asserebant, deputato, molestari, ab eis ex[2]) huiusmodi molestia et nonnullis aliis eisdem episcopo et capitulo per dictum abbatem illatis gravaminibus ad nos et sedem apostolicam appellassent, nos appellationem huiusmodi et negotii principalis causas magistro Petro de Accoltis, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, audiendas commisimus et fine debito terminandas, ipseque Petrus auditor vos ad habendum jura ad decisionem cause huiusmodi necessaria judices et executores in partibus illis deputavit cum potestate compellendi quoslibet ad exhibenda jura in partibus illis existentia et ad decisionem ipsius cause necessaria. Nos vero, cupientes, ut huiusmodi causa recto judicio terminari possit, tibi, episcope, sub interdicti ingressus ecclesie, tibi vero, decane, sub excommunicationis sententie penis per presentes mandamus, quatenus commissum in premissis per dictum Petrum auditorem negotium juxta commissionem vobis factam, quamtocius poteritis, exequi curetis, quod si facere contempseritis, quod non credimus, cogemur justitia exigente contra vestrum quemlibet pro inobedientia acrius procedere; verum speramus vos pro nostra et apostolice sedis reverentia, quod mandamus, debite

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. et

executioni demandaturos. Datum ut supra [ɔ: Rome die 20. febr. 1490 anno 6].

A. cardinalis Aleriensis.
Arm. 39 vol. 21 fol. 365 v.

3187. **4. April 1490.**

Paven befaler Biskoppen, Dekanen og Officialen i Lübeck at skaffe Biskop Niels Skave i Roskilde Ret overfor Cistercienserklostrene i hans Stift (jfr. Nr. 3185).

Episcopo Lubicensi et decano ecclesie Lubicensis ac officiali Lubicensi. Decet Romanum pontificem [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Nicolai episcopi Roskildensis petitio continebat, quod, quamvis ab antiquissimis retroactis [*etc. som Nr. 3185 til* Dignetur]. Quare pro parte prefati Nicolai episcopi, asserentis, quod in dicto regno nullus judex competens invenitur, quin sibi episcopo et injuriatis vel etiam abbatibus, prioribus et monachis supradictis videatur suspectus, nobis fuit supplicatum, ut in premissis oportune providere paterna diligentia curaremus. Nos igitur, tam ipsius episcopi quam pauperum innocentium oppressorum et dampnificatorum predictorum indemnitatibus in premissis oportune providere volentes, . . . discretioni vestre mandamus, quatinus, vocatis abbatibus, prioribus et monachis predictis ac aliis, qui fuerint evocandi, dictum exemptionis privilegium, prout juris fuerit, auctoritate nostra limitetis et moderemini ipsisque abbatibus, prioribus et monachis precipiatis et mandetis, ut Nicolao prefato suisque successoribus episcopis Roskildensibus pro tempore existentibus de cetero, prout ab antiquo consuetum est, pareant eiusque jurisdictionem ordinariam nullatenus impediant, sed monitis et mandatis suis licitis et honestis obtemperent ipsosque ad consuetas visitationes et hospitalitatem gratuite recipiant et illa, que in eis reformatione indigere cognoverint, reforment ac corrigenda corrigant et emendent, unicuique summarie, simpliciter et de plano justitiam ministrando necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia appellatione postposita compescendo. Datum Rome pridie non. aprilis anno 6.

XXXX.
Reg. Vat. 687 fol. 279 v.

3188. **15. April 1490.**

Klerken Mynrik Menkel fra Slesvig Stift faar to Vikariater, eet i Kiel og eet i Krempe.

Alias duabus perpetuis sine cura vicariis, una cum commenda in capella s. Crucis et decem milium militum sub turri parrochialis ecclesie s. Nicolai opidi Rybonensis [ɔ: Kylonensis] Bremensis diocesis de jure patronatus certorum clericorum et laicorum dicte diocesis ex uno sanguine procreatorum existente [fructus simul 5 mr.] et alia in parrochiali ecclesia opidi Krempe Lubicensis diocesis de jure patronatus dominorum Holsatie, etiam ducum existentium, [fructus 3 mr.], respective situatis per liberam resignationem Enwaldi de Souenbroder prepositi ecclesie Slesvicensis in partibus coram certis notario publico et testibus sponte factam vacantibus et [resignatione] admissa, prefati clerici et laici quoad primum [ɔ: -mam] cum commenda et domini duces quoad reliquam vicarias huiusmodi patroni, deducto ad ipsorum notitiam huiusmodi vicarie cum commenda vacationis modo, Mynricum Monkel clericum Slesvicensem . . . . Bremensi archiepiscopo seu illius administratori et vicario generali Lubicensi, sede episcopali[1]) tunc vacante, ut et tamquam loci ordinariis seu eorum in hac parte vicariis ac officialibus generalibus pro institutione canonica obtinenda respective presentarunt, quarum [presentationum][2]) vigore orator ipse in vicariis cum commenda huiusmodi extitit institutus, prout hec et alia in documentis publicis plenius continetur. Cum autem dictus orator dubitet presentationem et institutionem huiusmodi cum inde secutis viribus non subsistere dictasque vicarias cum commenda adhuc vacare, supplicat igitur idem Mynricus, [quatenus] resignationem huiusmodi, quatenus usquequaque rite admissa non sit, admittentes, sibi de vicariis et commenda preexpressis [fructus simul 8 mr.] de novo seu simpliciter, prout id sibi melius videbitur, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 17. kal. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 90.

3189. **1. Maj 1490.**

Paven giver Biskop Eggert Durkop Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som kan give ham Syndsforladelse i forskellige Tilfælde, samt til at have Rejsealter og gøre Testamente.

Egerdo episcopo Slesvicensi. Personam tuam [etc.]. Hinc est, quod nos te, qui etiam unius ex sacri palatii causarum apostolici auditoribus de mandato nostro locumtenens existis, favore gratioso prosequi volentes, . . . tibi, ut aliquem idoneum et dis-

[1]) Cod. Lubicensi, ipsius episcopali [2]) add. Gz.

cretum presbiterum secularem vel cuiusvis ordinis regularem in tuum possis eligere confessorem, qui in omnibus etiam sedi prefate reservatis semel in vita et in mortis articulo, in aliis vero non reservatis casibus, quotiens fuerit oportunum, confessione tua diligenter audita pro commissis tibi debitam absolutionem impendat et injungat penitentiam salutarem, quodque idem vel alius confessor, quem duxeris eligendum, vota quecunque, Jerosolimitano, visitationis liminum apostolorum ss. Petri et Pauli de Urbe et s. Jacobi in Compostella ac religionis et continentie votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, juramenta quoque relaxare ac omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus et ore confessus fueris, etiam semel in vita et semel in mortis articulo plenam remissionem tibi . . . . auctoritate apostolica concedere valeat, et insuper, quod liceat tibi habere altare portatile cum debita reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis, etiam ante diem, cum necessitas incubuerit, et in locis interdicto ecclesiastico auctoritate ordinaria suppositis, clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce, per te vel per proprium aut alium sacerdotem idoneum in tua et etiam familiarium tuorum ac assistentium presentia missam et alia divina officia celebrare seu celebrari facere [valeas][1]), dummodo tu vel illi causam non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdici, quodque tu visitando tria ex altaribus situatis in ecclesia, in qua te pro tempore personaliter residere contigerit, diebus stationum huiusmodi eandem indulgentiam consequaris, quam stationum ecclesias in alma Urbe constitutas tempore quadragesimali visitantes consequuntur, ac horas canonicas tam diurnas quam nocturnas more Romane ecclesie cum uno vel duobus aut tribus sociis familiaribus tuis per te pro tempore eligendis dicere valeas nec tenearis, si nolueris[2]), ad morem sive ordinem alium super hiis observandum, ceterum vero, ut de bonis tuis undecunque, non per ecclesiam seu ecclesias tibi commissas, alias tamen licite acquisitis, que ad te pertinere omnimode dinoscuntur, libere testari valeas [*etc. som Nr. 2929 til* expedire] . . . [Volumus autem,] quod huiusmodi concessione celebrandi ante diem parce utaris, quia, cum in altaris officio immoletur dominus noster dei filius Jesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non noctis tene-

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. volueris

bris fieri, sed in luce, ac ecclesiarum, in quibus te pro tempore residere contigerit, consuetudinem in predictis horis dicendis observare studeas, quotienscunque in eisdem ecclesiis horis canonicis te contigerit interesse. Datum Rome kal. maji anno 6.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 687 fol. 238.

3190. **5. Maj 1490.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Niels Clausen (Skade) til Biskop i Aarhus.

[1490] die mercurii 5. mensis maji sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, et ad relationem cardinalis Senensis admisit resignationem ecclesie Arusiensis in manibus sue sanctitatis factam per Eylerum olim ipsius episcopum et illi de persona Nicolai Claussen providit.

Arch. Cons. Acta Camerarii I, 9 v.

Nicolaus Clausen fit episcopus per resignationem Eylerii.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. (tabt) fol. 13 v.

3191. **5. Maj 1490.**

Paven udnævner Aarhuskanniken Niels Clausen (Skade) til Biskop i Aarhus.

Nicolao Clausen electo Arusiensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium apud sedem apostolicam tunc vacantium et inantea vacaturarum dispositioni nostre reservavimus. Postmodum vero, ecclesia Arusiensi ex eo, quod Elerus episcopus nuper Arusiensis regimini illius, cui tunc preerat, hodie in manibus nostris sponte cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam, apud sedem predictam vacante, nos . . . . . . ad te canonicum eiusdem ecclesie, in presbiteratus ordine constitutum, de nobili genere ex utroque parente procreatum, ... direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua . . eidem ecclesie providemus . . . . Datum Rome 3. non. maji anno 6.

Simili modo Capitulo ecclesie Arusiensis.
Clero civitatis et diocesis Arusiensis.
Populo — - — —
Universis vassallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni Dacie regi.

L. XX. X. X. X. X. X. X. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 875 fol. 156.

3192. **5. Maj 1490.**

Paven tilstaar den tidligere Biskop i Aarhus Ejler Madsen (Bølle) en Pension, som skal udbetales af Indtægterne af Silkeborg Slot.

Elero episcopo nuper Arusiensi. Personam tuam [etc.]. Cum itaque hodie tu regimini ecclesie Arusiensis, cui tunc preeras, in manibus nostris sponte cesseris, nosque cessionem ipsam admittentes eidem ecclesie per eandem cessionem vacanti de persona Nicolai electi Arusiensis . . . . provid[er]imus . . . ., nos te, ne propter cessionem huiusmodi nimium dispendium patiaris, de alicuius subventionis auxilio providere . . . volentes, motu proprio . . . tibi pensionem 24 duc. auri de camera super fructibus curie Sildkaborig et nonnullorum aliorum bonorum immobilium ad mensam episcopalem Arusiensem pertinentium et in quodam instrumento publico super quadam concordia inter te et prefatum Nicolaum de consensu capituli eiusdem ecclesie inita confecto contentorum et expressorum tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo ad hoc a te speciale mandatum habenti per prefatum Nicolaum, cuius et dictorum capituli ad hoc expressus accedit assensus, et ipsius Nicolai successores episcopos Arusienses pro tempore existentes annis singulis in festo nativitatis domini nostri Jesu Christi integre persolvendam tenore presentium reservamus, decernentes Nicolaum electum et successores predictos ad integram solutionem pensionis huiusmodi tibi faciendam . . . fore efficaciter obligatos, ac volumus, quod illi ex Nicolao et successoribus prefatis, qui in dicto festo vel saltem infra triginta dies illud immediate sequentes pensionem per eum tunc debitam huiusmodi non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem ingressus ecclesie sit penitus interdictus, si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sub interdicto huiusmodi animo, quod absit, permanserit indurato, extunc effluxis mensibus eisdem, a regimine dicte ecclesie eo ipso suspensus existat. Datum Rome 3. non. maji anno 6.

Simili modo abbati monasterii de Oratorio Arusiensis diocesis et archidiacono de Vico Aretine et cantori Arusiensis ecclesiarum.

L. XVI. XIIII. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 892 fol. 194 v.

3193. **5. Maj 1490.**

Kong Hans' Kansler Johan Jepsen (Ravensberg) faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Nicolaus Clauson electus Arusiensis tempore promotionis per

nos facte de persona sua ad ecclesiam Arusiensem obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, nos Joanni Jacobi eiusdem ecclesie Roskildensis canonico, de nobili genere ex utroque parente procreato ac Dacie regis cancellario, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], cum illos . . . quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, motu proprio conferimus et de illis etiam providemus. Volumus autem, quod dictus Joannes, quamprimum eosdem vacaturos canonicatum et prebendam fuerit pacifice assecutus, alios canonicatum et prebendam, quos in eadem ecclesia obtinet, et quos extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. [Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. non. maji anno 6.]

Suppl. 911 fol. 54 v.

Roskildensis. Joannes Jacobi. Canonicatus per prefectionem.

Uddrag i Indice 337 efter Reg. Lat. Innoc. VIII anno 6 lib. 6 (tabt) fol. 292.

3194. **5. Maj 1490.**

Klerken Christoffer Nielsen (Present) fra Roskilde Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Roskilde[1].

Item, cum canonicatus et prebenda, quos prefatus Johannes Jacobi in eadem Roskildensi ecclesia de presenti obtinet, per assecutionem pacificam aliorum canonicatus et prebende huiusmodi per eundem Joannem fiendam vacare sperentur, nos Christophoro Nicolai clerico Roskildensis diocesis, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, vacaturos per assecutionem canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], cum illos quovis modo preterquam per ipsius Joannis obitum vacare contigerit, motu proprio conferimus et de illis etiam providemus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. non. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 54 v.

3195. **5. Maj 1490.**

Præsten Laurens Eggertsen (Vesteni) fra Aarhus Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Arusiensis, quos Nicolaus Clauson electus Arusiensis . . . . obtinebat, prout obtinet,

[1]) Hertil hører Nr. 2914 (Uddrag af den tilsvarende Bulle).

per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, nos, volentes Laurentio Eggardi presbitero Arusiensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreato, gratiam facere specialem, de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.], cum illos quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, eidem Laurentio motu proprio provideri mandamus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. non. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 55.

3196. **6. Maj 1490.**

Paven giver den udvalgte Biskop Niels Clausen (Skade) i Aarhus Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst anden Biskop.

Nicolao electo Arusiensi. Cum nos pridem [*etc. som Nr. 985*]. Datum Rome pridie non. maji anno 6.

L. XXVIII. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 875 fol. 157.

3197. **8. Maj 1490.**

Præsten Laurens Pedersen fra Aarhus Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende (Egaa) i Aarhus.

Dudum canonicatu et prebenda, Ego nuncupatis, ecclesie Arusiensis cum annexis, et quibus cura imminet animarum ratione annexorum, per obitum Nicolai Licki vacantibus, Eylerus episcopus Arusiensis illos sic vacantes Laurentio Petri presbitero dicte Arusiensis diocesis cum annexis contulit et de illis sibi providit, possessione subsecuta. Cum autem ipse orator dubitet collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, propterea[1]) supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda cum annexis, et quibus cura imminet animarum [quorum ac annexorum fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 8. id. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 55.

3198. **9. Maj 1490.**

Sognepræsten Peder Nielsen i Grenaa i Aarhus Stift faar Dispensation til med dette Embede at forene Besiddelsen af et andet ellers dermed uforeneligt Beneficium.

Supplicat Petrus Nicolai rector parrochialis ecclesie de Greno Arusiensis diocesis, in artibus magister, quatenus secum, ut una

[1]) Gz. — Cod. et propterea

cum dicta parrochiali ecclesia quodcunque aliud curatum seu alias cum illa incompatibile beneficium . . . ., si sibi alias canonice conferatur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illudque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi aliud . . beneficium similiter recipere et, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 7. id. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 165.

3199. **11. Maj 1490.**

Sognepræsten Peder Esgersen i Lem i Ribe Stift faar Dispensation til, til Trods for et begaaet Drab (jfr. Nr. 3209), at forblive i sin Præstestilling, dog uden at maatte gøre Altertjeneste.

Reformatio Petri Esgeri.

Cum dictus Olauus in preinserta supplicatione expresse, antequam ex hac vita migraret, confessus sit offensam sibi per prefatum Petrum Esgeri oratorem inflictam parum sibi nocuisse vel offuisse nec ex ea discrimen vite sibi illatum putav[er]it, supplicat prefatus Petrus Esgeri, qui presbiter existit, quatenus secum, ut in ordinibus predictis, etiam in altaris ministerio, ministrare et quecunque beneficia . . . ., dummodo alias sibi canonice confera[n]tur . . ., cum clausula permutandi totiens quotiens etc. recipere et retinere possit, dispensare dignemini. Concessum citra altaris ministerium. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 5. id. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 201.

3200. **11. Maj 1490.**

Præsten Peder Lem fra Ribe Stift faar Dispensation til, trods et begaaet Drab (jfr. Nr. 3208), at forblive i sin Præstestilling, dog uden at maatte gøre Altertjeneste.

Reformatio Petri Leme.

Cum cyrurgicus adhibitus ad curanda vulnera dicto Olano per oratorem inflicta publice confessus fuerit huiusmodi vulnera minime letalia videri et sine corporis periculo mederi posse, et ideo verisimiliter credendum est(!), quod dictus Olanus negligentia adhibitionis cure et, quod tam periculoso anni tempore in medio ferventis et tempestatibus ac nive ac pluvia sevientis hiemis maxime in frigidissimis septentrionalibus oris se itineri comiserit et profectus fuerit, egritudinem contraxerit vulneraque ipsa negli-

gentia et excessibus huiusmodi deterioraverit ac exinde tandem et culpa propria decesserit, supplicat igitur prefatus Petrus Leme orator, quatenus, attentis premissis, et quod ab innocentia sua semper honestissima queque sectatus fuerit, ab huiusmodique actibus abhorruerit, secum, ut in altaris ministerio in ordinibus susceptis ministrare et quecunque beneficia . . . ., dummodo sibi canonice conferantur . . ., cum clausula permutandi totiens quotiens etc. recipere et retinere possit, dispensare dignemini. Concessum citra altaris ministerium. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 5. id. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 201 v.

3201. **13. Maj 1490.**

Den udvalgte Biskop Niels Clausen (Skade) i Aarhus betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Raphael etc., quod Nicolaus Clausen electus Arusiensis pro totali et integra solutione communis servitii dicte ecclesie Arusiensis, in quo camere apostolice sub certis sententiis etc. tenebatur efficaciter obligatus, fl. auri de camera 31 et sol. 32, Falcone protonotario pape generali thesaurario pro ipsa camera recipienti, ac pro totali et integra solutione unius minuti servitii nobis et . . . dicte camere clericis debiti fl. similes 2 et sol. 19 necnon pro simili solutione trium minutorum servitiorum familiaribus et officialibus pape debitorum, pro quibus erat in dicta camera similiter obligatus, fl. similes 7, sol. 7, den. 3 monete Romane ipsis clericis . . . recipientibus die date presentium per manus societatis Saulorum tempore debito solvit . . . De quibus quidem [etc.]. In quorum [etc.]. Datum Rome in camera apostolica anno 1490 die 13. [mensis] maji anno 6.

Oblig. 86 fol. 65.

3202. **13. Maj 1490.**

Paven befaler Biskoppen i Roskilde og Dekanerne i Roskilde og København at undersøge og fælde Dom i Sagen mellem Biskop Karl Rønnov og Kapitlet paa den ene Side og St. Knudsbrødrene paa den anden Side angaaende Kapitlets Stilling, hvorom der havde været ført Proces for Abbeden i Sorø Kloster.

Episcopo Roskildensi et Roskildensis ac b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis ecclesiarum decanis. Humilibus [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Caroli episcopi et prepositi et capituli Ottoniensis in hac parte litis consortum petitio

continebat, quod, licet ecclesia predicta[1]), olim monasterium s. Cranutii (!) ordinis s. Benedicti existens, quarundam litterarum Sixti pape IV ad Cristierni Dacie regis supplicationem emanatarum vigore in secularem cathedralem ecclesiam, ordine et dignitatibus inibi tunc existentibus regularibus penitus extinctis, erecta ac dignitatibus, officiis, canonicatibus, prebendis ac omnibus cathedralibus insignibus juxta earundem litterarum tenorem et formam legitime erectis decorata fuerit, tamen, nonnullis monachis in dicta ecclesia, tunc monasterio, ordinem predictum expresse professis falso asserentibus se ab episcopo et capitulo prefatis clenodiis, privilegiis, ornamentis ecclesiasticis, bonis immobilibus et dicta ecclesia, alias monasterio, inter alia fuisse spoliatos, eosdem litis consortes super hiis inter cetera coram Olano abbate monasterii Sorensis Roskildensis diocesis quarundam aliarum litterarum apostolicarum pretextu traxerunt in causam, et, quia idem abbas, quibusdam recusationis et suspicionis urgentibus causis contra personam et jurisdictionem suam in causa huiusmodi pro parte ipsorum litis consortum coram eodem abbate legitime propositis, illis saltem tacite rejectis, se judicem competentem in huiusmodi causa et ad ulteriora coram eo procedendum fore pronuntiavit, pro parte ipsorum litis consortum, sentientium ex hiis indebite se gravari, ad sedem fuit apostolicam appellatum, et, licet dictus abbas et eius in ea parte college Johanni archiepiscopo Lundensi in totum super hiis commiserint vices suas, et idem archiepiscopus, postquam ad nonnullos actus in causa huiusmodi per partes ipsas coram eo processum fuerat, causam ipsam ad superiorem remiserit, quia tamen dictus abbas, premissis non attentis, quorum non erat ignarus, causam ipsam ad se reassumens, quibusdam etiam recusationis et suspicionis causis et aliis exceptionibus urgentibus denuo coram eo pro parte dictorum litis consortum loco et tempore congruis, exhibitis saltem tacite rejectis, ad ulteriora procedendum fore pronuntiavit et quedam alia tunc expressa gravamina eisdem litis consortibus de facto intulit, pro parte eorundem litis consortum, sentientium ex hiis etiam indebite se gravari, ad sedem eandem extitit iteratis vicibus denuo appellatum, sed idem abbas, appellationibus huiusmodi, quarum non erat ignarus, et infra quarum prosecutionis tempus, de quo non modicum supererat, dicti litis consortes adhuc tunc existebant, contemptis, ad

[1]) Gz. — Cod. predicta, que

ulteriora perperam procedens, forma litterarum predictarum minime servata, diffinitivam, per quam inter alia extinctionem, erectionem, institutionem, approbationem, confirmationem et omnia quecunque inde secuta et gesta post litteras prefati predecessoris annullavit ac monachos prefatos ad dictam ecclesiam restituendos fore declaravit, sententiam promulgavit iniquam, et successive infra terminum juris datum ad appellandum executoriales litteras super sententia huiusmodi temere decrevit. Quare pro parte dictorum litis consortum, sentientium etiam ex hiis indebite se gravari, ad sedem fuit appellatum eandem et deinde nobis supplicatum, ut appellationum huiusmodi ac post et contra illas attemptatorum et innovatorum quorumcunque nullitatisque processus per dictum Olanum abbatem monasterii Sorensis facti necnon negotii principalis huiusmodi causas aliquibus probis viris in partibus illis committere . . . dignaremur. Nos igitur . . . discretioni vestre mandamus, quatenus . ., vocatis dictis monachis et aliis, qui fuerint evocandi, et auditis hincinde propositis, etiam de negotio principali huiusmodi cognoscentes legitime, quod justum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. Non obstantibus Bonifacii pape VIII, qua inter alia cavetur, ne quis extra suam civitatem vel diocesim [*etc. som Nr. 2798*] evocetur, ... dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis. Datum Rome 3. id. maji anno 6.

L. XII. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 893 fol. 106.

3203. **13. Maj 1490.**

Paven indsætter Biskoppen i Slesvig og Abbederne i Voer og Øm Klostre i Aarhus Stift til Værneherrer for den udvalgte Biskop Niels Clausen (Skade) i Aarhus.

Episcopo Slesvicensi ac de Oratorio ac Care insule Arusiensis diocesis monasteriorum abbatibus. Ad hoc nos deus pretulit [*etc. som Nr. 126*]. Sane Nicolai electi Arusiensis conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi [*etc. som Nr. 849*], presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Rome 3. id. maji anno 6.

L. LX. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 892 fol. 196.

3204. **13. Maj 1490.**

Provsten Hans Urne i Odense faar pavelig Bekræftelse paa tidligere Breve af Sixtus IV og af forskellige Lunde Ærkebiskopper angaaende Provstiets Jurisdiktion og Provstekornet.

Alias cum inter bone memorie Henricum episcopum Ottoniensem et quondam Jacobum Magni prepositum ecclesie Ottoniensis super omnibus causis jurisdictionem prepositure dicte ecclesie concernentibus orta foret materia questionis, bone memorie Nicolaus archiepiscopus Lundensis, cum quibusdam suffraganeis suis ac aliis pluribus ecclesiarum cathedralium prelatis et canonicis ceterisque juris peritis apud eum tunc presentibus, habita super hiis deliberatione matura, de eorundem consilio et assensu, partibus predictis etiam in sua presentia constitutis et sententiam fieri petentibus, decrevit et sententialiter diffinivit, quod prepositus Ottoniensis, qui pro tempore foret, in omnibus causis et casibus coram se ventilatis et ventilandis jurisdictionem ecclesiasticam tam in clericos seculares quam etiam religiosos ecclesias parrochiales regentes ac etiam laicos infra terminos sue prepositure existentes, sicut ceteri prelati inferiores ecclesiarum cathedralium in regno Dacie exercuerant et habere dinoscebantur in similibus causis et casibus . . ., quibus ipsi utebantur, libere valeret exercere, et deinde bone memorie Magnus ac successive Johannes archiepiscopi Lundenses eiusdem Nicolai successores decretum et diffinitionem huiusmodi ratificarunt, ac demum Sixtus papa IV ad supplicationem Johannis regis Dacie ac Johannis Utimi [ɔ: Urne] dicte ecclesie prepositi supplicationi inclinatus, decretum et diffinitionem Nicolai archiepiscopi per ipsas partes approbata necnon easdem confirmationes et ratificationes ac omnia in litteris dictorum archiepiscoporum desuper confectis contenta illas concernentia, quatenus in earum pacifica possessione dicti prepositi fuissent et ipse Johannes prepositus tunc existens, per quasdam suas litteras confirmavit . . . ., certis desuper executoribus deputatis, qui facerent illas observari . . . . Cum autem idem Johannes Utine (!) prepositus cupiat confirmationem Sixti predecessoris huiusmodi etiam per s. v. approbari, et ipsa prepositura habeat certam annonam annuatim ab ecclesiis parrochialibus et a rectoribus seu plebanis earundem sub sua jurisdictione ratione dicte prepositure consistentibus, prepositalem nuncupatam, supplicat dictus Johannes Utine (!) prepositus, quatenus litteras Sixti predecessoris huiusmodi ac, prout decretum et diffinitionem necnon ratificationes archiepiscoporum

predictorum huiusmodi concernunt, omnia in eis contenta approbare roburque perpetue firmitatis obtinere debere decernere, et nichilominus sibi, quod[1]) jurisdictione predicta pro consequenda huiusmodi annona prepositali in rectores sive plebanos predictos, alias juxta decretum et diffinitionem predicta, uti et illam exercere ac executores predicti sibi etiam circa exercitium jurisdictionis etiam quoad executionem dicte annone assistere possint, concedere dignemini. Concessum de confirmatione in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. id. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 196 v.

3205. **14. Maj 1490.**

Præsten Peder Kjeldsen fra Aarhus Stift faar et evigt Vikariat i Aarhus Domkirke.

Cum per assecutionem canonicatus et prebende ecclesie Arusiensis per quendam Laurentium Eggardi presbiterum Arusiensis diocesis, cui de eisdem canonicatu et prebenda, per munus consecrationis impendendum Nicolao Clauson electo Arusiensi vacantibus, concessum est provideri, factam perpetua vicaria ad altare Corporis Christi situm in eadem ecclesia Arusiensi, quam ipse Laurentius obtinet, vacare speretur, supplicat Petrus Ketilli presbiter Arusiensis diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome pridie id. maji anno 6.

Suppl. 911 fol. 229.

3206. **14. Maj 1490.**

Den udvalgte Biskop Niels Clausen (Skade) i Aarhus lover gennem Aarhuskanniken Peder Nielsen at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

Die 14. [mensis] maji 1490 Petrus Nicolai canonicus Arusiensis ut principalis et privata persona necnon vice et nomine Nicolai Clausen electi Arusiensis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio dicte ecclesie Arusiensis ratione provisionis de persona ipsius Nicolai electi eidem ecclesie apostolica auctoritate per bullas sub data Rome 3. non. maji anno 6 [facte] fl. auri de camera 66 cum duobus

---

[1]) Gz. — Cod. quod sibi

tertiis, ad quos dicta ecclesia taxata repperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem communis et minutorum servitiorum medietatem infra sex menses proxime sequentes, aliam vero medietatem infra alios sex menses extunc etiam proxime sequentes solvere promisit, submisit, renuntiavit et se in forma camere obligavit et etiam constituit procuratores etc. et juravit. Et archiepiscopus Arelatensis camere apostolice presidens tulit sententias in scriptis in forma, presentibus in camera apostolica [etc.].

Dicta die bulle supradicte ecclesie Arusiensis fuerunt date supradicto Petro Nicolai, quia solvit omnia jura, ut patet per cedulas depositariorum.

Oblig. 1489—92 fol. 48 v (Archivio di Stato).

Nicolaus Clausen electus Arusiensis, provisus (!) 3. non. maji anno 6, obtulit fl. 66²/₃.

Uddrag af Garampi efter Obl. C. A. fol. 48 v og S. C. 27 fol. 176 (tabte).

3207. **17. Maj 1490.**

Peder Esgersen faar Tilladelse til trods et begaaet Drab at forblive i sin Præstestilling og ogsaa gøre Tjeneste ved Alteret (jfr. Nr. 3199 og 3209).

Reformatio Petri Esgeri.

Cum dictus Olauus in superius inserta supplicatione, antequam ab hac luce migraret, obtulerat se prefato Petro Esgero pro offensa et injuria ab eo eidem Petro Esgeri illata perimenda, videlicet pro biretto, quod de capite eius lapide decusserat et igni abjectum comburi fecit, novum aliud birettum eque validum vel melius exsolvere velle pro bona et amicabili compositione tunc inter illos, ex quo satis verisimiliter apparet offensam ab eodem oratore eidem Olauo illatam non fuisse atrocem neque magni periculi discrimen eidem Olauo intulisse, supplicat prefatus Petrus Esgeri, quatenus sibi, ut premissis non obstantibus in ordinibus per eum susceptis, etiam in altaris ministerio, ministrare possit, concedere dignemini. Concessum. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 16. kal. junii anno 6.

Suppl. 912 fol. 21.

3208. **17. Maj 1490.**

Paven befaler Kantoren i Ribe at give Præsten Peder Lem fra Ribe Stift Absolution for den Del, han havde i Drabet paa Købmanden Oluf Kræmmer fra Ribe (jfr. Nr. 3200).

Cantori ecclesie Ripensis. Sedes apostolica pia mater [*etc. som Nr. 1411*]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Petri Leyne presbiteri Ripensis diocesis petitio continebat, quod, cum ipse alias in civitate Ripensi in quodam convivio, in quo plures clerici et laici congregati fuerunt, interesset, et quondam Olanus Kremer laicus Ripensis tunc in humanis agens multa contumeliosa et obprobriosa verba in personas ecclesiasticas ibidem presentes protulisset, ac prefatus Petrus eundem Olanum propterea, quod talia contumeliosa et obprobriosa verba in easdem personas ecclesiasticas protulisset, increparet, idem Olauus contra eundem Petrum insurrexit cultellum, quem apud se ferebat, manu attrectans. Verum ipse Petrus, timens se ab eodem Olano cum dicto cultello percuti, baculo, quem in suis manibus habebat, eundem Olanum in capite percussit eique aliqua vulnera inflixit usque ad sanguinis effusionem; et cum Petrus Esgeri presbiter dicte diocesis animo, ut creditur, eosdem Olanum et Petrum Leyne ad invicem separandi se interposuisset, et dictus Olanus quodam lapide biretum de capite ipsius Petri Esgeri dejecisset, idem Petrus Esgeri eundem Olanum cultello, quem apud se ferebat, in capitem (!) percussit, nulla tamen ex percussione huiusmodi sanguinis effusione, que videri potuerit, subsecuta. Dictus autem Olanus, percussionem huiusmodi parum curans et quasi pro nichilo reputans, ad negotia consueta sua expedienda conversus mercimoniorum suorum causa usque ad civitatem Lubicensem, que Lubicensis a Ripensi civitate 30 miliariis Alamanicis, que 150 miliaria Italica constituunt, distat, maximis frigoribus et pluviis ac tempestatibus hieme tunc seviente, profectus est, et depositis ibidem rebus suis inde rediens in opido Flenssebirche, quod a civitate predicta Ripensi 10 miliariis Alamanicis, que 50 Italica constituunt, distat, ex fatigatione, frigoribus, laboribus et aliis excessibus et eo potissime, quod nimis negligens in curatione adhibenda fuerat, ut creditur, egritudine contracta, die vigesima sexta per [ɔ: post] vulnerum huiusmodi inflixionem, sicut domino placuit, expiravit. Cum autem dictus Petrus Leyne alias quam, ut prefertur, in premissis culpabilis non fuerit, et cyrurgicus adhibitus ad curandum vulnera dicto Olauo per ipsum Petrum Leyne inflicta publice confessus fuerit huiusmodi vulnera minime letalia videri et sine corporis periculo curari posse, et ideo verisimiliter credendum est, quod dictus Olanus negligentia adhibitionis cure et ex eo, quod tam periculoso anni tempore in medio hiemis tempestatibus ac

nive et pluvio stridentis maxime in frigidissimis septentrionalibus oris se itineri commiserit et profectus fuerit, egritudinem contraxerit, vulnera ipsa negligentia et excessibus huiusmodi deterioraverit ac exinde tandem et culpa propria decesserit, pro parte dicti Petri Leyne, asserentis se aliquod beneficium non obtinere, et quod, si sibi altaris ministerium interdiceretur, in obprobrium sacerdotalis ordinis mendicare cogeretur, nobis fuit supplicatum, ut ipsum a reatu homicidii huiusmodi, si quovis modo culpabilis fuerit, absolvere . . . . dignaremur. Nos igitur, attendentes quod prefate sedis clementia non consuevit petentibus veniam denegare . . . ., discretioni tue mandamus, quatenus eundem Petrum Leyne, si hoc humiliter petierit, a reatu homicidii huiusmodi, si quovis modo culpabilis fuerit, auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolvas in forma ecclesie consueta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que de jure fuerint injungenda, aboleasque omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eundem Petrum Leyne premissorum occasione contractam secumque super irregularitate propterea contracta, quodque in suceptis per eum ordinibus, etiam in altaris ministerio, extra tamen locum perpetrati delicti, ministrare et quecunque beneficia se invicem compatientia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque . . ., quoties sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia se invicem compatientia similiter recipere et retinere libere valeat, eadem auctoritate nostra dispenses. Datum Rome 16. kal. junii anno 6.

L. XXV. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 892 fol. 215 v.

3209. **17. Maj 1490.**

Paven befaler Kantoren i Ribe at give Sognepræsten Peder Esgersen i Lem Absolution for den Del, han havde haft i Drabet paa Købmanden Oluf Kræmmer fra Ribe, Tilladelse til at gøre Tjeneste ved Alteret og modtage nye Beneficier (jfr. Nr. 3199 og 3207).

Cantori ecclesie Ripensis. Sedes apostolica pia mater [*etc. som Nr. 1411*]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Petri Esgeri rectoris parrochialis ecclesie s. Vincentii in Lembz Ripensis diocesis petitio continebat, quod, cum alias ipse in civitate Ripensi in quodam convivio, in quo plures laici et clerici erant, interesset, et quondam Olanus Kremer laicus Ripensis tunc in humanis agens multa obprobria et contumelias in sta-

tum ecclesiasticum et personas ibidem presentes protulisset, et Petrus Leyne presbiter dicte diocesis eundem Olanum propterea, quod talia verba in personas ibidem presentes proferret, quasi corriperet et increparet, dictus Olanus quodam modo iracundus surrexit, unde Petrus Leyne predictus, timens se ab eodem Olano cum quodam cultro seu cultello, quem apud [se] deferebat, percuti, eundem Olanum quodam baculo, quem in suis manibus tenebat, percussit et aliqua vulnera eidem Olano in capite usque ad sanguinis effusionem inflixit. Sed cum dictus Petrus Esgeri animo et intentione ipsos Olanum et Petrum Leyne ab invicem separandi accessisset, prefatus Olanus biretum eiusdem Petri Esgeri de eius capite ictu cuiusdam lapidis dejecit, ex quo ictu prefatus Petrus Esgeri commotus et ira incensus dictum Olanum cultello, quem apud se ad quotidianum usum deferebat, in capite percussit, nulla tamen ex huiusmodi percussione, que videri potuerit, sanguinis effusione subsecuta. Dictus vero Olauus [*etc. som Nr. 3208*] vicesima sexta die post vulnerum huiusmodi inflictionem, sicut domino placuit, expiravit. Cum autem dictus Petrus Esgeri alias quam, ut premittitur, in premissis culpabilis non fuerit et nullum vulnus letale prefato Olano inflixerit et propterea occasionem mortis eidem Olano minime prestiterit, sed ipse Olanus negligentia curationis adhibende et aliis excessibus, laboribus et frigoribus decessisse potius putetur, dictusque Olanus, antequam ex hac vita migraret, confessus sit offensam sibi per prefatum Petrum Esgeri illatam parum sibi nocuisse et offuisse nec ex ea discrimen vite sibi illatum putavit, immo obtulit se prefato Petro Esgeri ex offensa et injuria ab eo eidem Petro Esgeri illata amendam prestare velle, videlicet pro bireto, quod de capite eius lapide dejecerat et, propter huiusmodi actum in ignem dejectum, combustum fuerat, novum aliud biretum eque bonum vel etiam melius persolvere velle pro bona et amicabili compositione inter eos conservanda, ex quo satis verisimiliter apparet, et offensam ab eodem oratore eidem Olano illatam non fuisse atrocem neque magni periculi discrimine [ɔ: -men] eidem Olano attulisse, tamen, cum bonarum mentium sit culpam timere, ubi culpa non est, pro parte dicti Petri Esgeri nobis fuit supplicatum, ut ipsum a reatu homicidii, si quovis modo in eo propter premissa culpabilis esse posset, absolvere . . . . dignaremur. Nos igitur . . . . discretioni tue mandamus, quatenus eundem Petrum Esgeri, si hoc humiliter petierit, a reatu homicidii, si quovis modo in eo ex premissis culpabilis fuerit, hac

vice dumtaxat auctoritate nostra absolvas in forma ecclesie consueta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que de jure fuerint injungenda, aboleasque omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam ac secum super irregularitate propterea contracta, quodque in susceptis per eum ordinibus, etiam in altaris ministerio, ministrare et ecclesiam predictam, quam obtinet, et quecunque alia beneficia se invicem et cum dicta ecclesia compatientia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque . . . ., quoties sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . . beneficia quecunque se invicem compatientia similiter recipere et retinere libere valeat, eadem auctoritate dispenses. Datum Rome 16. kal. junii anno 6.

L. XXV. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 892 fol. 216 v.

3210. **22. Maj 1490.**

Abbeden og Konventet i Sorø Kloster faar pavelig Stadfæstelse paa et af Kong Hans oprettet Alter i Klostret.

Dudum Johannes Dacie rex fervore devotionis accensus, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, quoddam altare ad honorem s. Trinitatis et virginis Marie ac s. Johannis babtiste (!) et Omnium sanctorum in ecclesia monasterii Sorensis Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis construi fecit illudque fundavit et sufficienter dotavit ac abbati et conventui dicti monasterii pro dote huiusmodi nonnulla jura ad eum legitime pertinentia, scilicet biercher[e]th, donavit, ea tamen adjecta conditione, quod abbas et conventus prefati nonnulla onera tunc expressa pro sue et progenitorum suorum animarum salute perferre tenerentur, prout hec et alia in quodam instrumento publico desuper confecto plenius contine[n]tur. Ut autem donatio, fundatio et alia premissa eo maiorem obtineant roboris firmitatem, quo per s. v. fuerint approbate, supplicant prefati abbas et conventus, quatenus . . . . fundationem et donationem predictas ac, prout illas concernunt, omnia in dicto instrumento contenta et inde secuta quecunque confirmare dignemini. Concessum, quatenus conditiones sint honeste, in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 11. kal. junii anno 6.

Suppl. 912 fol. 47 v.

3211. **24. Maj 1490.**

Kong Hans, Dronning Dorothea, Munkene og Kannikerne i St. Knuds Kloster i Odense faar pavelig Stadfæstelse paa en Overenskomst om, at Benediktinerklostret skal genoprettes mod en livsvarig Pension til Kannikerne.

Dudum Sixtus papa IV ad supplicationem Cristierni Dacie regis ecclesiam Ottoniensem seu monasterium, s. Canuti nuncupatum, ordinis s. Benedicti, suppressis inibi dicto ordine ac dignitatibus regularibus, administrationibus et officiis in illa tunc existentibus, in secularem ecclesiam ac in ea seculares dignitates, canonicatus et prebendas ac alia beneficia secularia erigi et nonnulla alia tunc expressa erectionem et mutationem status dicte ecclesie concernentia fieri mandavit, et deinde idem Sixtus predecessor omnia dicti mandati pretextu gesta et facta et etiam s. v. confirmarunt. Postmodum vero e. s. v. certis judicibus in partibus illis dedit in mandatis, ut, vocatis episcopo Ottoniensi et capitulo dicte ecclesie et aliis, qui forent evocandi, suppressionem ac omnia premissa, sine tamen eorum prejudicio tunc dignitates, canonicatus et prebendas, officia et quecunque alia beneficia dicte ecclesie obtinentium, revocarent et annullarent ac ecclesiam, dignitates et officia ante suppressionem et erectionem predictas instituta cum singulis privilegiis illi antea concessis in suum pristinum et eum, [in quo], antequam suppressio, erectio et alia premissa fierent, quomodolibet existebant, statum penitus et omnino restituerent et plenarie reintegrarent ac ecclesiam ipsam, prout antea regebatur, etiam de cetero post [ɔ: per] alios dignitates, canonicatus et prebendas ac officia et beneficia huiusmodi tunc obtinentes regi debere statuerent ac monacos et religiosos dicti ordinis in dictam ecclesiam introducerent. Successive vero, cum premissorum occasione inter monachos et seculares ecclesiasticas personas dicte ecclesie . . . diverse lites et contentiones exorte fuissent, tandem, intervenientibus Johanne eiusdem Dacie rege et episcopo Ottoniensi ac aliis probis viris, ad concordiam inter se devenerunt, videlicet, quod monaci in suum pristinum statum restituerentur, prout restituti fuerunt, ac alie seculares persone ecclesiastice, ne eis, quoad viverent, prejudicaretur, medietatem omnium bonorum predialium dicte ecclesie percipere deberent, prout hec et alia in diversis litteris apostolicis desuper confectis ac instrumento publico super dicta conventione habito plenius contine[n]tur. Ut autem conventio predicta eo maiorem obtineat roboris firmitatem, quo per s. v. fuerit approbata, supplicant tam Johannes

rex quam Dorothea eiusdem Dacie regina et monachi et alie seculares persone ecclesiastice huiusmodi, quatenus . . . . conventionem predictam ac, prout illam concernunt, omnia in dicto instrumento contenta et inde secuta quecunque necnon omnia privilegia . . . ., indulgentias et indulta tam apostolica quam ordinaria seu imperiali, re[ga]li et reginali auctoritatibus aut alias dicte ecclesie, dum regularis erat et in statu regulari permanebat, concessa . . . . confirmare ac perpetuo inviolabiliter observari mandare necnon omnes litteras hactenus per s. v. et sedem apostolicam in prejudicium status regularis dicte ecclesie sub quibusvis verborum formis et clausulis . . . . concessas revocare et annullare dictamque ecclesiam ac illius statum regularem huiusmodi in suum pristinum et eum, in quo ante premissa quomodolibet existebat, statum restituere et plenarie reintegrare dignemini. Concessum de consensu in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Et cum advocatione cause et litis extinctione, attenta concordia huiusmodi. Et quod nullus preponatur prior vi seu ingenio sine consensu fratrum . . . . Et quod dentur executores, qui assistant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis. Datum Rome 9. kal. junii anno 6.

Suppl. 912 fol. 75 v.

3212. **2. Juni 1490.**

Paven udsteder for eet Aar Pas og Anbefalingsskrivelse for Biskop Eggert Durkop i Slesvig og 12 Ledsagere, med hvilke han vil begive sig til Slesvig og forskellige nordtyske Stifter.

Universis, ad quos presentes nostre littere pervenerint. Cum Egerdus episcopus Slesvicensis, locum unius ex causarum palatii nostri apostolici auditoribus tenens, ad Slesvicensem, Hildesemensem, Mindensem, Lubicensem et Verdensem ecclesias et nonnullas alias diversas mundi partes tam pro nostris et sedis apostolice quam suis peragendis negotiis se transferre habeat, nos, volentes eundem Egerdum episcopum cum sociis et familiaribus equestribus et pedestribus suis usque ad numerum duodecim, salmis, bonis et rebus suis quibuscunque in eundo, stando et redeundo plena ubique securitate atque immunitate gaudere, universitatem vestram requirimus et hortamur in domino, subditis vero et gentium armorum capitaneis nostris districte precipiendo mandamus, quatenus eundem Egerdum episcopum cum sociis et familiaribus, rebus et bonis predictis, que tamen mercimonii causa non deferantur, per civitates, terras, castra, villas,

portus, pontes, passus et loca alia quelibet tam nostra quam vestra et tam per aquam quam per terram transire, stare, ire et redire sine aliqua datii, pedagii vel gabelle aut alterius cuiuscunque oneris exactione pro nostra et dicte sedis reverentia libere permittatis nec ei in personis, rebus et bonis prefatis aliquam molestiam, injuriam vel offensam inferatis nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed potius ei de securo et tuto transitu vel salvoconductu, si opus fuerit et requirendum duxerit, provideatis et liberaliter adeo providere curetis, quod exinde vestra devotio apud nos et sedem predictam veniat merito commendanda, presentibus ad unum annum dumtaxat duraturis. Datum Rome 5. (!) non. junii anno 6.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 687 fol. 308.

3213. **4. Juni 1490.**

Sorø Kloster faar pavelig Stadfæstelse paa sine af tidligere Paver, Konger og andre givne Privilegier (jfr. Nr. 3221).

Olim Waldemarus et deinde Ericus ac successive Cristoforus Danorum reges monasterio b. Marie virginis in Sora Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis diversa privilegia et libertates concesserunt, et dudum Johannes rex modernus huiusmodi privilegia et libertates confirmavit ac de novo dicto monasterio ac abbati et conventui ibidem singularem quandam libertatem, que in vulgari Danico bijerckaratt dicitur, donavit. Preterea predecessores s. v. Lucius papa III, Urbanus, Gregorius, Innocentius, Honorius et ceteri Romani pontifices predictum monasterium Sore sub suis et b. Petri protectione susceperunt ac apostolicis privilegiis munierunt, statuentes, quod ordo monasticus, qui secundum deum et b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus erat, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observaretur, quodque quecunque possessiones et bona, que idem monasterium tunc juste et canonice possidebat aut in futurum justis modis adipisci possit, eidem monasterio firma et illibata permanerent, quorum nonnulla propriis vocabulis tunc expressa fuerunt, prout in diversis litteris autenticis tam juri [ɔ: Lucii] et aliorum s. v. predecessorum quam etiam regum predictorum desuper confectis, quarum tenores ab eisdem litteris originalibus per notarium publicum extracti fideliter in duobus sexternis per-

gameneis in cancellaria s. v. exhibendis et diligenter examinandis signis et subscriptione eiusdem munitis annotati sunt, plenius continetur. Ut igitur concessiones et libertates, quemadmodum suis propriis vocabulis in ipsis originalibus litteris et earum extractis exprimuntur, atque susceptio, communitio et status predicti eo maiorem roboris obtineant firmitatem, quo sedis apostolice munimine fuerint firmius stabilita, supplicant abbas et conventus dicti monasterii Sorensis, quatenus litteras ipsorum Lucii, Urbani, Gregorii ac ceterorum s. v. predecessorum approbare et innovare ac perpetue firmitatis robur obtinere decernere necnon concessiones, donationes ac libertates predictorum regum, archiepiscoporum quoque et episcoporum et aliorum fidelium, et, prout illas concernunt, omnia in litteris huiusmodi contenta confirmare . . . . dignemini. Concessum, quatenus sint honesta et in usu, in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome pridie non. junii anno 6.

Suppl. 912 fol. 236 v.

3214. **5. Juni 1490.**

Paven befaler Biskoppen i Tivoli, Provsten i Slesvig og Dekanen i København at give Sognepræsten i Tottarp i Lunde Stift Ture Bool, der tillige har et evigt Vikariat ved Fabians og Sebastians Alter i Lunde Domkirke, ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lund med den dertil hørende Sognekirke i Vram, ledige ved Folmer Jakobsens Død og tidligere overdragne ham af Ærkebiskop Jens Brostrup.

Episcopo Tyburtino et preposito Slesvicensis et decano Haffnensis ecclesiarum. Litterarum scientia, vite ac morum honestas *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome non. junii anno 6.

Ja. XX. 9. kal. julii anno 6. du Breucquet.
Reg. Lat. 884 fol. 283.

3215. **7. Juni 1490.**

Kong Hans og andre faar Suppliken om Odense (Nr. 3211) bevilget med den Ændring, at Ordene »de consensu« i Resolutionen bortfalder.

Reformatio Johannis regis Dacie cum aliis.

Quia s. v. posuit in signatura dicte preinserte supplicationis »*de consensu*« *(Dipl. Norv. XVII, 635)*[1]). Concessum. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 7. id. junii anno 6.

Suppl. 912 fol. 40.

---

[1]) Her dog med den urigtige Dato 7. kal. junii.

3216. **8. Juni 1490.**

Sognepræsten Niels Jensen i Tingsted paa Falster faar Dispensation til med dette Embede at forene et andet ellers dermed uforeneligt Beneficium.

Supplicat Nicolaus Johannis, rector parrochialis ecclesie in Tynckstada in Falsteer Ottoniensis diocesis, quatenus sibi, ut cum dicta parrochiali unum aliud beneficium incompatibile aut [sine illa] quecunque duo beneficia alias invicem incompatibilia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere cum clausula permutandi aut simpliciter resignandi toties quoties etc. libere possit, dispensare dignemini, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam s. v., quibus [ɔ: qua] cavetur, quod nulli detur dispensatio ad duas parrochiales, nisi sint adeo vicine, quod illis commode per unum serviri possit, cui derogare placeat. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 6. id. junii anno 6.

Suppl. 912 fol. 274 v.

3217. **8. Juni 1490.**

Kanniken i Aarhus og Ribe Laurens Vesteni faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Lite inter Laurentium Vesteni canonicum Arusiensis et Ripensis ecclesiarum, ex utroque parente de nobili genere procreatum, et Nicolaum Nicolai, tunc ecclesie Arusiensis canonicum prebendatum, nunc vero per capitulum eiusdem ecclesie Arusiensis electum et per s. v. episcopum confirmatum, super dictis canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis coram episcopo Tiburtino, tunc unius ex auditoribus locum tenenti, in prima instantia indecisa pendente, et quia dictus Nicolaus in episcopum Arusiensem electus et per s. v. confirmatus extitit, supplicat igitur dictus Laurentius, quatenus [causam huiusmodi] ad s. v. advocantes et litem penitus extinguentes ipsum in omni jure, si quod dicto Nicolao adversario in ipsis canonicatu et prebenda quomodolibet competebat, surrogare ipsumque electum [ɔ: oratorem] ad huiusmodi jus necnon illius ac litis et cause predictarum prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo ipse Nicolaus electus huiusmodi existebat, admittere et nichilominus de dictis canonicatu et prebenda [fructus 2 mr.] eidem oratori in forma nove provisionis, surrogationis aut gratie [etc.] provi-

dere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 6. id. junii anno 6.

Suppl. 912 fol. 294.

3218. **8. Juli 1490.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Trondhjem og Biskoppen paa Øsel at undersøge Sagen mellem Sten Sture og Dronning Dorothea, da Sten Sture havde erklæret, at hvis Sagen skulde behandles ved Kurien, vilde der udbryde Krig mellem Danmark og Sverige, og Sten Sture kunde da ikke længere føre Krig med Russerne.

Archiepiscopo Nidrosiensi. Nuper pro parte nobilis viri Stennonis *(Dipl. Norv. XVII, 1128—29).* Datum ut supra [ↄ: 8. julii 1490].

Simile episcopo Osiliensi in Livonia.

Brevia Lateran. 1 fol. 49 v.

3219. **10. Juli 1490.**

Paven opfordrer Dronning Dorothea til at slutte Forlig med Sten Sture og omtaler, at han har skrevet et lignende Brev til Sten Sture.

Dorothee Dacie regine. Pastoralis cura nos admonet *(Geheimearch. Aarsberetn. IV, 429—30; Reg. *8078).* Datum Rome sub anulo piscatoris die 10. julii 1490 anno 6.

Samtidig Afskrift i Gemeinschaftl. Arch. XV, 15.

3220. **10. Juli 1490.**

Paven opfordrer Ærkebiskoppen i Upsala til at anvende sin Indflydelse hos Sten Sture til at udvirke, at denne slutter Forlig med Dronning Dorothea.

Archiepiscopo Vpsalensi. Quoniam intelleximus *(Handl. rörande Skand. hist. 22, 1—2; Reg. 4917).* Datum Rome sub anulo piscatoris die 10. julii 1490 anno 6.

3221. **22. Juli 1490.**

Abbeden og Konventet i Sorø Kloster faar pavelig Stadfæstelse paa deres Privilegier, ogsaa for saa vidt disse angaar Bønderne, dog med Tilføjelsen: quatenus sint honesta et in usu.

Olim Waldemarus rex Dacie monasterio b. Marie virginis in Sora Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis nonnullas regii oneris exemptiones, gratias et privilegia concessit, ac novissime Johannes rex modernus quemadmodum sui predeces-

sores Danorum reges dicto monasterio eadem confirmavit atque de novo eidem quoddam singulare jus, quod in vulgari bierkoerett dicitur, super colonis et bonis in litteris suis descriptis, quo liberius alii abbates et regni proceres huiusmodi jus habentes illud exerce[a]nt et exercere possint, exercendum donavit. Preterea[1]) predictum monasterium de Sora nonnullas rurales ecclesias ad ipsum monasterium proxime circumjacentes in instrumento publico nominatim descriptas ante tempora antiquissima retroacta per comcambia et permutationes bonorum immobilium pro illis ac aliis justis titulis acquisivit ac hodie quiete possidet easdem. Dudum etiam s. v. predecessores Lucius, Urbanus, Gregorius et ceteri Romani pontifices predictum monasterium de Sora sub suis [ɔ: sua] et b. Petri protectione susceperunt ac specialibus privilegiis munierunt, confirmantes eidem quascunque possessiones et bona, que tunc canonice possidebat, quorum nonnulla tunc propriis vocabulis expressa fuerunt, prout in diversis litteris autenticis desuper confectis, quarum tenores ab eisdem litteris originalibus per notarium publicum fideliter extracti in duobus sexternis pergameneis signo et suscriptione eiusdem munitis annotati sunt, plenius continetur. Cum igitur singula premissa honesta sint et in usu, ac abbas et conventus monasterii predictas litteras et instrumenta desuper data et confecta, ne forsan frustratim eadem amitti contingat, in unam auctenticam formam colligere disposuerint etiam, quatenus predicte concessiones, donationes, susceptiones, communitiones et acquisitiones eo maioris obtineant roboris firmitatem, quo sedis apostolice munimine sepius fuerint stabilita, supplicant devoti capellani vestri, abbas et conventus predicti, quatenus litteras huiusmodi predecessorum vestrorum approbare et innovare ac perpetue firmitatis robur obtinere decernere necnon concessiones et donationes regum predictorum, quemadmodum suis propriis vocabulis in ipsis litteris originalibus et earum extractis exprimuntur, ecclesias predictas nominatim cum earum dotibus et pertinentiis exprimendas aliasque archiepiscoporum et episcoporum concessiones, la[r]gitiones, gratias et confirmationes et, prout illas concernunt, omnia in predictis litteris et instrumentis contenta confirmare, concedentes abbati et conventui nunc et pro tempore existentibus in predictis ipsorum ecclesiis de ipsarum possessionibus liberam facultatem a tutoribus latrocinia [ɔ: ra-

[1]) Gz. — Cod. propterea

tiocinia capiendi, attento quod ipsius monasterii tam juri patronatus quam aliis ecclesiasticis juribus pertineant, et, dum per seculares visitantes ratiociniis capiendis in eisdem paulatim[1]) gravantur, et graves discordie inter abbatem et conventum ac ipsos seculares oriuntur, etiam s. v. superioribus mensibus monasteriorum utriusque sexus Cisterciensis ordinis, abbatum, conventuum, vasallorum et subditorum eorundem ac eis servientium receptionem sub protectione sedis apostolice et exemptionem cum earum submissione sedi prefate dumtaxat, que a predecessoribus vestris emanarunt, per quasdam suas litteras approbavit et robur perpetue firmitatis obtinere decrevit, et pro potiori cautela monasteria, loca et membra dicti ordinis, abbates, abbatissas, monachos, moniales, vassallos, subditos et servientes prefatos tunc et pro tempore existentes de novo sub simili protectione suscepit, exemit et voluit dicte sedi immediate subesse . . ., cum autem a nonnullis revocetur in dubium, an coloni, agricultores seu rustici bonorum dicti ordinis utriusque sexus monasteriorum in regno Dacie consistentium et presertim b. Marie de Gora (!) etc., quatenus eosdem bonorum dictorum monasteriorum colonos, agrorum cultores seu rusticos in litteris predictis subditorum appellatione includi et inclusos esse decernere et declarare, et, quatenus non includerentur, litteras ipsas et contenta in eis ad illos extendere et aliquos executores in regno predicto aut locis vicinis, qui eis assistant et faciant ipsos exemptos exemptione et contentis in eisdem litteris gaudere, non permittentes eis contra dicte exemptionis tenorem molestari, deputare dignemini. Concessum de confirmatione, quatenus sint honesta et in usu, in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Et cum executorum deputatione, qui assistant per censuras etc., invocatione bracchi secularis et appellatione remota. Datum Rome 11. kal. aug. anno 6.

Suppl. 914 fol. 169.

3222. **3. Okt. 1490.**

Eggert Durkop faar ny Provision paa Dekanatet i Minden.

Lite seu causa coram Petro de Accoltis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, inter Egerdum Durcap electum Slesvicensem et quendam Wasmodum Helingman assertum cle-

---

[1]) Teksten korrupt.

ricum adversarium de decanatu Mindensi . . . indecisa pendente, a nonnullis asseritur neutri dictorum collitigantium jus competere sed decanatum huiusmodi adhuc vacare. Supplicat igitur Egerdus electus, unius ex dicti palatii apostolici causarum auditoribus locum tenens, quatenus . . . . prefato Petro de Accoltis auditori aut in eius locum forsan subrogato vel subrogando auditori, ut, si per eventum litis et cause huiusmodi neutri dictorum collitigantium jus competere dinoscitur, decanatum predictum, qui inibi dignitas curata et electiva, non tamen maior post pontificalem [fructus 8 mr.], sive premisso modo sive per mortem Conradi Hoberg vacet, eidem creature vestre in forma nove aut simplicis provisionis [etc.] provideri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriénsis. Datum Rome 5. non. oct. anno 7.

Suppl. 918 fol. 286 v.

3223. **21. Okt. 1490.**

Paven tillader Biskop Eggert Durkop i Slesvig at indtage den første Plads i Kapitlet i Hildesheim og bruge Bispedragten ved Festerne i samme Kirke, naar han er bleven indviet.

Egerdo electo Slesvicensi. Personam tuam [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, in consuetudinibus ecclesie Hildesemensis inter alia caveatur expresse, quod presbiteri primum locum, diaconi secundum, subdiaconi tertium et sic de reliquis obtineant, etiam si posterius admittantur, nos, te, qui canonicus dicte ecclesie existis et juxta consuetudines dicte ecclesie per sedecim annos et ultra loca inter diaconos et presbiteros successive tenuisti, pacifice et quiete fructus percipiendo, prout hodie tenes et percipis, et de cuius persona ecclesie Slesvicensi per obitum Helmi [ɔ: Helrici] vacanti duxerimus providendum . . ., tecum super retentione canonicatus et prebende dicte ecclesie Hildesemensis, quos obtinebas, prout obtines, quoad viveres, etiam cum dicta ecclesia Slesvicensi dispensando, quique locum unius ex causarum palatii apostolici auditoribus de mandato nostro tenes, gratioso favore prosequi volentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, ut, quamdiu canonicatum et prebendam predictos obtinebis, illorum ratione primum et eminentiorem locum et stallum immediate post episcopum Hildesemensem supra omnes canonicos et in quocunque ordine ac dignitate constitutos in choro et capitulo dicte ecclesie Hildesemensis tenere debeas

et de consensu episcopi Hildesemensis et aliorum ordinariorum locorum aut, quorum intererit, postquam in episcopum rite consecratus fueris, mitra episcopali ac omnibus aliis insignibus pontificalibus in festivitatibus usitatis et consuetis gaudere ac cum illis missas et alia divina officia pontificalia in dicta Hildesemensi ac aliis ecclesiis, in quibus beneficiatus existis, celebrare libere valeas, presentium tenore concedimus. Datum Rome 12. kal. nov. anno 7.

L. Gratis de mandato. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 908 fol. 213 v.

3224. **30. Okt. 1490.**

Klerken Hermannus Vere fra Hildesheim Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Supplicat Hermannus Vere clericus Hildesemensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie virginis Hadersleue Slesvicensis diocesis, per obitum Gregorii Johannis vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. kal. nov. anno 7.

Suppl. 920 fol. 18.

3225. **6. Dec. 1490.**

Klerken Franciscus Grambecke fra Lübeck Stift faar Sognekirken i Oldenburg, som havde hørt under Lübecks Bispestol i Albert Krummediges Bispetid.

Cum nuper Sixtus papa IV parrochialem ecclesiam oppidi Oldenberch Lubicensis diocesis, que de jure patronatus ducis Holsatie, tunc vero regis Dacie etc., existebat, cum eam per cessum vel decessum tunc possessoris vacare contingeret, mense episcopali ecclesie Lubicensis, si dicti regis consensus ad hoc accessisset, uniri mandasset, certis executoribus desuper deputatis, et deinde, dicto rege ad hoc suum consensum prebente, ipsaque [ɔ: ipsa] parrochialis ecclesia per cessum vel decessum tunc possessoris vacasset, bone memorie Albertus tunc episcopus Lubicensis possessionem dicte parrochialis ecclesie apprehendens ipsamque [ɔ: ipsam] possessionem multis annis continuavit. Cum autem dicta parrochialis ecclesia adhuc vacare speretur et vacet ad presens, supplicat Franciscus Grambech clericus Lubicensis, litterarum apostolicarum solicitator, quatenus de parrochiali [fructus 6 mr.] eidem Francisco providere dignemini . . . . Con-

cessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 8. id. dec. anno 7.

Suppl. 922 fol. 13.

3226. **23. Dec. 1490.**

Eggert Durkop faar Kanonikat og Præbende i Køln og Dispensation til at beholde dem sammen med sit Bispedømme.

Lite seu causa coram Petro de Accoltis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, inter Egerdum electum Slesvicensem, unius ex dicti palatii apostolici causarum auditoribus locumtenentem, et quosdam Fredericum ex ducibus Bauarie et Johannem Heylerd de officio chori ac canonicatu et prebenda ecclesie s. Gereonis Coloniensis, nuper per obitum Galantini de Ysembruck vacantibus, ... in prima instantia indecisa pendente, a nonnullis asseritur nulli dictorum collitigantium ad officium ac canonicatum et prebendam huiusmodi jus competere ipsosque adhuc vacare. Supplicat igitur dicta creatura, quatenus . . . . dicto Petro de Accoltis auditori vel in eius locum forsan subrogato vel subrogando auditori, ut, si per eventum litis et cause huiusmodi sibi constiterit nulli predictorum collitigantium ad officium chori ac canonicatum et prebendam huiusmodi jus competere ipsosque adhuc vacare cognoverit, officium chori, canonicatum et prebendam predictos [fructus insimul 20 mr.] eidem oratori in forma gratie [etc.] conferat ac etiam provideat de eisdem, mandare dignemini . . . ., [non obstantibus] statutis et consuetudinibus dicte ecclesie s. Gereonis, quibus inter cetera caveri dicitur, quod nullus possit retinere canonicatus et prebendas, dignitates et officia inibi, nisi ex octo avis et progenitoribus suis de illustrium genere, domo et progenie procreatus existat. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis . . . . Et cum dispensatione retinendi ad vitam dictos canonicatum et prebendam ac officium cum dicta ecclesia Slesvicensi, si ipsam evicerit. Datum Rome 10. kal. jan. anno 7.

Suppl. 923 fol. 14 v.

3227. **31. Dec. 1490 (13. Jan. 1491).**

Den adelige Klerk Morten Olufsen fra Aarhus Stift faar Provstiet og Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Martinus Olaui clericus Arusiensis diocesis, in artibus magister, de nobili genere ex utroque parente procreatus,

quatenus sibi de canonicatu[1]) et prepositura cathedralis ecclesie Roskildensis, que inibi dignitas post pontificalem maior[2]) existit et per canonicum inibi prebendatum teneri consuevit, per obitum Odonis[3]) N., cuius cognomen in litteris exprimi possit, vacantibus [omnium fructus 12 mr.[4])], providere dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Et cum derogatione privilegiorum et consuetudinum de optando, ut supra . . . Datum Rome pridie kal. jan.[5]) anno 7.

Suppl. 923 fol. 291 og (II) Suppl. 926 fol. 231 v.

3228. **1. Jan. 1491.**

Eggert Durkop faar motu proprio et Ventebrev paa Kanonikat og Præbende i Lüttich overført til Kanonikat og Præbende i Hildesheim.

Motu proprio Egerdum Durcap electum Slesvicensem, locum unius ex causarum palatii apostolici auditoribus de mandato nostro tenentem, cui dudum, tunc capellano nostro et eiusdem palatii apostolici auditori, videlicet sub data kal. nov. anno 3, de duobus beneficiis etiam ad duas collationes spectantibus, vacantibus seu vacaturis, per quasdam providimus, certis desuper executoribus deputatis, cuique postmodum in promotione de persona sua ad ecclesiam Slesvicensem, quod etiam post munus consecrationis sibi impensum aut lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum gratiam et litteras predictas ac beneficia in eis comprehensa prosequi et acceptare ac de illis sibi provideri facere posset, concessimus . . . ., quique postmodum litterarum et gratie huiusmodi vigore quoddam beneficium N. [fructus 4 mr.] tunc vacans et in dictis litteris comprehensum infra tempus legitimum acceptavit et de illo sibi provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta, ac quoad ecclesiam Leodiensem etiam in eisdem litteris comprehensam nullum fructum hactenus consequutus est nec assequi posse sperat, specialibus favoribus prosequentes ac litteras predictas quoad dictam ecclesiam Leodiensem, eodem Egerdo in hoc expresse consentiente, cassantes, quoad aliam vero collationem in dictis litteris comprehensam in suos robur vigoremque pristinos et eundem Egerdum quoad illarum consequendum effectum in pristinum et eum statum, in quo ante acceptationem et provisionem predictas quomodolibet existebat, plenarie restituentes,

---

[1]) II: prepositura ac canonicatu et prebenda [2]) II: maior non
[3]) II: Oddonis [4]) II: 6 mr. [5]) II: id. jan.

volumus et sibi concedimus, quod littere predicte . . . necnon processus habendi per easdem ab eorum omnium datis et inde sequuta quecunque valeant et sibi suffragentur etiam quoad hoc, ut canonicatum et prebendam ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium curatum et electivum ecclesie s. Crucis Hildesemensis [ac][1]) aliud beneficium ad aliam collationem pertinens, alias in dictis litteris comprehensum, si qua vacant ad presens aut inantea vacare contigerit, tam predictarum quam super hiis conficiendarum litterarum vigore acceptare valeat, prefatique executores et ab eis pro tempore deputati subexecutores eidem Egerdo de illis providere ac omnia in premissis necessaria et oportuna facere possint et debeant, alias juxta priorum litterarum continentiam in omnibus perinde, ac si idem Egerdus beneficium predictum non acceptasset et de illo sibi provideri non obtinuisset, nosque per predictas nostras litteras non de Leodiensis, sed s. Crucis Hildesemensis ecclesiarum predictarum canonicatu cum reservatione prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii duxissemus providendum, processusque desuper decreti fuissent. Concessum motu proprio in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome kal. jan. anno 7.

Suppl. 923 fol. 151 v.

3229. **4. Jan. 1491.**

Den adelige Klerk fra Aarhus Stift, Magister Morten Olufsen, faar Kanonikat, Præbende og Ærkedegneembede i Lund, ledige ved Laurens Brostrups Død.

Supplicat Martinus Olavi *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome pridie non. jan. anno 7.

Suppl. 924 fol. 16.

3230. **11. Jan. 1491.**

Klerken Hermannus Koch fra Hildesheim faar Kanonikat og Præbende, ledige ved hans Onkel, Biskop Eggert Durkops Resignation (jfr. Nr. 3237).

Alias canonicatu et prebenda in ecclesia s. Andree Hildesemensi per obitum Hemmingi Scuderan vacante, Egerdus electus Slesvicensis . . . . expectative sibi per s. v. concesse et processuum desuper decretorum vigore [eos] acceptavit et sibi [de eis] provideri obtinuit. Cum autem dictos canonicatum et prebendam ac omne jus ad eosdem canonicatum et prebendam sibi

---

[1]) add. Gz.

quomodolibet competens in manibus s. v. resignare intendit, prout resignat, supplicat igitur Hermannus Cock clericus Hildesemensis, nepos dicti electi, quatenus [Francisco Breuio palatii apostolici causarum auditori], ut eosdem canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] eidem oratori in forma nove aut simplicis provisionis, gratie [etc.] conferat ac etiam provideat de eisdem, mandare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. id. jan. anno 7.

Suppl. 924 fol. 69 v.

3231. 11. Jan. 1491.

Güstrowkanniken Liborius Meyer faar pavelig Bekræftelse paa en ham af den pavelige Nuntius i Norden, Biskop Simon (v. d. Borch) i Reval tildelt Dispensation til at modtage og forene tre ellers uforenelige Embeder.

Alias Simon episcopus Revaliensis, s. v. et apostolice sedis ad regna Dacie, Svecie et certas alias partes nuntius cum potestate legati de latere destinatus, cum Liborio Meyer canonico ecclesie Gustrawensis Caminensis diocesis, utriusque juris doctore, clerico Lubicensi, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferrentur, ... recipere et insimul, quoad vixerit, retinere valeret, etiam cum clausula permutandi toties quoties etc., dispensavit, vigore specialis sibi ad hoc, ut asserebatur, ab eadem sede concesse facultatis . . . . Cum autem a nonnullis de viribus facultatis et concesse dispensationis huiusmodi hesitetur, supplicat prefatus orator, quatenus secum, ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia recipere et insimul, quoad vixerit, et cum clausula permutandi toties quoties etc., retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. id. jan. anno 7.

Suppl. 924 fol. 45.

3232. 31. Jan. 1491.

Vikaren Holger Jensen i København faar Kanonikat og Præbende sammesteds og Dispensation til at beholde Vikariatet sammen med det nye Embede.

Cum canonicatus et prebenda collegiate ecclesie b. Marie virginis in Affnia Roskildensis diocesis, quos Alexander Johannis obtinebat, ex eo vacare noscuntur, quod dictus Alexander Johannis domum ordinis s. Spiritus in opido Affenensi dicte diocesis ingressus est ibique professionem per fratres dicti ordinis emitti solitam sponte et publice emiserit et habitum regularem

eiusdem ordinis susceperit, supplicat igitur Orgardus Johannis, vicarius ad altare b. Katarine virginis situm in dicta collegiata ecclesia in Affnia, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 2 mr.] providere dignemini, non obstante dicta vicaria, quam . . . . possidet [fructus similiter 2 mr.], secumque, ut canonicatum et prebendam ac vicariam predictos sub uno et eodem tecto consistentes simul, quoad vixerit, libere retinere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome pridie kal. febr. anno 7.

Suppl. 924 fol. 272 v.

3233. 5. Febr. 1491.

Paven befaler Provsten i Slesvig og Dekanerne i Lübeck og Hildesheim at overdrage Kanonikat og Præbende i Haderslev til Klerken Joakim Ahlefeld fra Slesvig Stift.

Preposito Slesvicensis et Lubicensis ac Hildesemensis decanis ecclesiarum. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Haderslevensis[1]) dicte diocesis, quos Henricus Vaget obtinebat, per obitum eiusdem Henrici vacent ad presens, nos, Joachino[2]) de Alevelde clerico Slesvicensis diocesis, cui hodie de quodam perpetuo beneficio in parrochiali ecclesia s. Petri Lubicensi [fructus 4 mr.] tunc vacante provideri concessimus, quique de militari genere procreatus existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], sive, ut premittitur, sive per obitum Nicolai Sterken[3]) olim ipsius ecclesie Haderslevensis canonici aut ex eo, quod Johannes Sticher[4]) canonicatum et prebendam predictos obtinens professionem per fratres hospitalis s. Johannis Hierosolymitani emitti solitam expresse emiserit, sive alias vacent, eidem Joachino auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome non. febr. anno 7.

L. XX. 9. kal. martii anno 7. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 896 fol. 52. Supplik se Nr. 3234.

3234. 5. Febr. 1491.

Paven befaler Biskoppen i Slesvig, Abbeden i Reinfeld Kloster og Dekanen i Hamburg at overdrage Joakim Ahlefeld et beneficium perpetuum i Lübeck.

---

[1]) II: qui in eadem ecclesia maiores existunt [2]) II: Joachim
[3]) II: Stecken [4]) II: Joannes Sterkit non existens clericus

Episcopo Slesvicensi et abbati monasterii in Reinevelde ac decano ecclesie b. Marie Hamburgensis Lubicensis et Bremensis diocesium. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, quoddam perpetuum beneficium ad altare ss. Andree et Marie Magdalene situm in parrochiali ecclesia s. Petri Lubicensi, quod Gherardus Petershaghen obtinebat, per obitum eiusdem Gerardi vacet ad presens, nos, Joachino de Alevelde clerico Slesvicensis diocesis, cui hodie de canonicatu et prebenda ecclesie Haderslevensis dicte diocesis [fructus 4 mr.] . . . . provideri concessimus, ... specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus beneficium predictum, quod sine cura est [fructus 4 mr.], sive, ut premittitur, sive ex eo, quod Johannes Stecher olim beneficium predictum obtinens professionem regularem per fratres hospitalis s. Johannis Jerosolumitani emitti solitam expresse emiserit, vacet, eidem Joachino auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome non. febr. anno 7.

L. XX. 9. kal. martii anno 7. Trottus prothonotarius.

Reg. Lat. 896 fol. 53; ogsaa (II) Supplik, fælles for dette og foregaaende Brev (Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis) i Suppl. 925 fol. 39 v.

3235. **4. Marts 1491.**

Klerken Luderus de Brunswick fra Hildesheim Stift faar det overdraget til Auditøren Matheus de Ubaldis at give ham ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Haderslev, hvorom han fører Proces ved Kurien med Mikkel Pedersen (Hostorp).

Cum canonicatus et prebenda ecclesie in Hadersleue Slesvicensis diocesis, quos per decem annos et ultra tenuit et tenet Michael Petri intrusus, ex eo dicebantur vacare, quod idem Michael censuris ecclesiasticis per ordinarium suum innodatus divinis officiis se immiscere temerarie presumpsit, in contemptum clavium divina celebrando, episcopus dicte ecclesie eosdem Ludero de Brunswick clerico Hildeshemensi contulit, licet nulliter et de facto foret; deinde per s. v. ad instantiam oratoris contra prefatum Michaelem intrusum de dictis canonicatu et prebenda Matheo de Ubaldis auditori commissa causa et decreta citatione ad partes, a nonnullis asseritur neutri predictorum colligantium ad canonicatum et prebendam huiusmodi jus competere ipsosque adhuc vacare. Supplicat igitur Luderus orator predictus, quatenus . . . . prefato Matheo auditori aut in eius locum forsan surrogato vel surrogando auditori, ut, si per even-

tum litis et cause huiusmodi sibi constiterit neutri predictorum collitigantium ad dictos canonicatum et prebendam huiusmodi jus competere ipsosque adhuc vacare cognoverit, eosdem [fructus 4 mr.] eidem oratori in forma nove aut simplicis provisionis, gratie [etc.] conferat ac etiam provideat de eisdem, mandare dignemini, constitutionibus . . ., presertim s. v. regula de annali possessore, non obstantibus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 4. non. martii anno 7.

Suppl. 926 fol. 266 v.

3236. **5. Marts 1491.**

Katarina (Breyde), Enke efter Lægmanden Hans Rantzau fra Lübeck Stift, faar indsat pavelige Dommere imod Mandens Slægtning Ove Rantzau, der ikke vil tilbagebetale hende 1000 Mr. lybsk, som han har laant af hende.

Exponitur pro parte Katherine relicte uxoris nobilis viri Johannis Rantzow laici Lubicensis diocesis, quod defuncto dicto Johanne quidam Oue Rantzow, eiusdem Johannis consanguineus, etiam laicus et nobilis predicte diocesis, ad quem merito spectasset ipsam oratricem defendere et a damnis incurrendis ac fraudibus et dolositatibus perferendis et substinendis preservare, eandem oratricem ad sibi communicandum sive ratione amicabilis mutui concedendum et prestandum 1000 mr. monete Lubicensis equivalentes 500 duc. auri Ungaricalibus dolose et fraudulenter sub spe, ut verius creditur, numquam eas restituendi, induxit et easdem infra certum tunc expressum et jamdudum effluxum terminum ad solvendum ab eadem oratrice recepit; et, licet post huiusmodi tunc effluxum terminum idem Oue pro parte ipsius oratricis sepius requisitus fuerit super solutione dictarum 1000 mr. Lubicensium eidem oratrici facienda, ipse tamen in sensum reprobum ductus huiusmodi debitum sive mutuum solvere et restituere ac eidem oratrici de eodem satisfacere minime curavit, prout nec curat de presenti, licet indebite et injuste, in anime sue periculum ac oratricis non modicum prejudicium et gravamen. Et cum dictus Oue adversarius sub jurisdictione temporali regis Dacie degat[1]), et ad quem seu eius tribunal aut consistorium pro justitia super premissis consequenda tum propter maris periculum tum etiam propter ipsius Oue adversarii potentiam et inordinatos favores facilis aut tutus oratrici non pateat accessus, quare, ne oratrix sit seducta et suis pecuniis, que dotales existunt, diutius careat et remaneat

---

[1]) Gz. — Cod. degeat

frustrata, et cum aliter propter premissa oratrix ipsa minime justitiam consequi speret in partibus illis, utque justitia in curia et rota e. s. v., ubi est fons justitie, partibus hincinde equa lance valeat ministrari, recurrit ad pedes e. v. s. prefata oratrix, illi supplicando, quatenus eiusdem indempnitati in premissis providentes . . . causas, quas habet habereque vult contra Oue adversarium prefatum omnesque alios sua interesse putantes et in executione citationis presentium vigore ad partes decernende nominandos, de mutuo 1000 mr. Lubicensium predictarum rebusque aliis necessariis alicui ex vestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus mandare [dignemini] audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentiis, annexis et connexis ac potestate Oue adversarium omnesque alios supradictos tam in Romana curia quam extra eam et in partibus toties, quoties opus fuerit, etiam per edictum, constito summarie de non tuto accessu ad eundem Oue adversarium, citandi ipsisque et aliis, quibus videbitur, in forma solita et consueta inhibendi, quod cause huiusmodi non sint forsan ad dictam curiam legitime devolute neque in eadem de sui natura vel juris necessitate tractande seu finiende, constitutionibusque et ordinationibus apostolicis, privilegiis forsan dicto adversario aut partium illarum incolis sive regnicolis regni Dacie, presertim illis, quibus caveri dicitur eosdem extra territorium sive regnum predictum etiam in quibuscunque causis in prima instantia ad judicium evocari non posse, et aliis, etiam ipsis sub quibusvis verborum formis per s. v. et sedem apostolicam quomodolibet concessis, etiam si talia forent, quod de eis specialis, specifica et expressa mentio fieri deberet, quibus pro hac vice derogare placeat, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, attentis periculis maris, locorum distantia ac favoribus et potentia predictis. Concessum, quod committatur in partibus in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 3. non. martii anno 7.

Suppl. 937 fol. 91 v.

3237. 8. Marts 1491.

Klerken Hermannus Koch fra Hildesheim Stift faar ny Provision paa Provstiet samt Kanonikat og Præbende i Slesvig, hvorom han fører Proces ved Kurien med Enwald Søvenbroder (jfr. Nr. 3230).

Alias ecclesia Slesvicensi per obitum Helrici episcopi vacante, quidam Ewaldus Seuenbroder prepositus et canonicus preben-

datus eiusdem ecclesie, postquam dicta beneficia per decem annos et ultra pacifice possedit, per canonicos et capitulum ad dictam ecclesiam electus administrationi dicte ecclesie et bonorum ac jurisdictioni eiusdem temeritate propria de facto se im[m]iscuit, unde prepositura[m] ac canonicatu[m] et prebenda[m] huiusmodi sic aut alio quovis modo vacantes episcopus dicte ecclesie Hermanno Cock clerico Hildesemensi auctoritate ordinaria contulit licet de facto. Deinde orta lite super dictis prepositura ac canonicatu et prebenda inter dictum oratorem et prefatum Ewaldum coram Francisco Breuio, sacri palatii apostolici causarum auditore, idem orator credit collationem preinsertam viribus non subsistere ipsosque adhuc vacare, Unde supplicat dictus orator, qui familiaris et nepos dicti episcopi existit, quatenus . . . . dicto Francisco auditori aut in eius locum forsan surrogato vel surrogando auditori [mandare dignemini], ut, si per eventum litis et cause huiusmodi sibi constiterit neutri predictorum collitigantium ad dictam preposituram ac canonicatum et prebendam jus competere ipsosque adhuc vacare cognoverit, dictos canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] ac preposituram predictam, que inhibi (!) dignitas curata, electiva ac maior post pontificalem et de jure patronatus illustrissimi regis Dacie pro tempore existentis esse dicitur [fructus 4 mr.], eidem oratori, etiam cum derogatione juris patronatus . . . . pro hac vice, attento quod illustrissimus rex Dacie nullum pro hac vice presentare curavit, ac regulis [ↄ: -le] de annali s. v., in forma nove aut simplicis provisionis, gratie [etc.] conferat ac etiam provideat de eisdem. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. . . . Et quod bulle conjunctim vel divisim super ipsa prepositura, canonicatu et prebenda expediri valeant, prout oratori utilius videbitur. Datum Rome 8. id. martii anno 7.

Suppl. 926 fol. 176 v.

3238. **17. Marts 1491.**

Klerken Detlev Buchwald fra Lübeck Stift faar ny Provision paa evige Vikariater i Kiel og Neustadt.

Nuper ex resignatione cuiusdam Johannis Sestede in partibus vacantibus perpetuis vicariis sine cura, una in parrochiali ecclesia s. Nicolai oppidi Kyl Bremensis diocesis, alia in parrochiali ecclesia oppidi Nigenstat Lubicensis diocesis, que de jure patronatus principum ac ducum Holtzatie et consulatus civitatis Lubicensis respective esse dicuntur, Detlonus de Bok-

roglde clericus Lubicensis diocesis, de militari genere procreatus, per patronos respective supradictos presentatus ordinariaque auctoritate institutus, . . . supplicat, quatenus sibi de dictis vicariis [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 16. kal. aprilis anno 7.

Suppl. 927 fol. 151.

3239. **17. Marts 1491.**

Klerken Detlev Buchwald faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lübeck, som allerede forud var tildelte ham af Kong Hans og Hertug Frederik.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis, qui de jure patronatus regis Dacie et ducis Holsatie pro tempore existentis esse dicuntur, per liberam resignationem Johannis Seestede in partibus factam vacantibus, Detleuus de Bekwolde clericus Lubicensis diocesis ad eosdem canonicatum et prebendam per . . . Johannem regem Dacie et . . . Fredericum ducem Holtzatie institutus est, possessione subsecuta. Dubitat tamen presentationem et institutionem ac singula premissa viribus non subsistere ipsosque adhuc vacare. Supplicat igitur dictus orator, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 16. kal. aprilis anno 7.

Suppl. 927 fol. 74 v.

3240. **25. Marts 1491.**

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar et evigt Vikariat i Hamburg.

Cum Jacobus Witte presbiter, vicarius perpetuus ecclesie s. Katherine oppidi Hamburgensis Bremensis diocesis, vicariam huiusmodi, quam obtinet, in manibus s. v. aut alterius cuiuscunque ad id potestatem habentis resignare proponat, prout resignat, supplicat igitur Albertus de Aschen clericus Ottoniensis diocesis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de perpetua vicaria predicta [fructus 4 mr.] providere dignemini, regula cancellarie de supervivendis[1]) resignantibus ad viginti dies per s. v. edita, cui pro hac vice derogare placeat, attento quod resignans sit extra curiam, non obstante. Concessum in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis. Datum Rome 8. kal. aprilis anno 7.

Suppl. 928 fol. 53.

---

[1]) superviventibus Gz.

3241. **7. Maj 1491.**

Slesvigkanniken Helmold Alverding, som staar i Kong Hans's Tjeneste, faar Dispensation til at forene to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Helmoldus Aluerdingk canonicus Slesvicensis, Johannis regis Dacie famulus et servitor, quatenus sibi [ɔ: secum], ut duo beneficia etiam curata seu alias invicem incompatibilia . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque . . . . toties, quoties sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . . . beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia recipere et simul, quoad vixerit, sub uno et eodem tecto, dummodo dissimilia sint, habere et consequi libere possit, dispensare dignemini. Fiat. J. Datum Rome 7. id. junii anno 7.

Suppl. 934 fol. 129.

3242. **10. Juni 1491.**

Præsten Henneke Jakobsen fra Roskilde Stift faar Sognekirkerne i Næsby og Tyvelse.

Supplicat Henninchinus Jacobi presbiter Roskildensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia de Nesby cum annexis de Tywesse Roskildensis diocesis [fructus 2 mr.], per obitum Olaui Halwelge vacantibus, providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 4. id. junii anno 7.

Suppl. 931 fol. 246 v.

Roskildensis. Henrichinus Jacobi. Parrochialis per obitum.

Uddrag i Indice 338 efter Reg. Lat. anno 7 lib. 7 (tabt) fol. 145.

3243. **10. Juni 1491.**

Slesvigkanniken Helmold Alverding faar Sognekirkerne i Hatsted og Skovby.

Cum Siluester Hoppener rector parrochialis ecclesie in Hastede cum filia sua in Sconpu sibi vicina et invicem per unum rectorem gubernari solita Slesvicensis diocesis eandem ecclesiam una cum dicta sua filia in manu s. v. resignat de presenti, supplicat igitur Helmoldus Aluerdingk ecclesie Slesvicensis canonicus, quatenus huiusmodi resignationem admittentes sibi de dicta parrochiali ecclesia in Hastede cum eius filia, que de jure patronatus ducis Slesvicensis esse dicitur [fructus 3 mr.], providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 4. id. junii anno 7.

Suppl. 931 fol. 256 v.

Slesvicensis. Hilmondus Alverdinghe. Parrochialis per resignationem.

Uddrag i Indice 338 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 7 lib. 3 (tabt) fol. 254.

3244. **14. Juni 1491.**

Klerken Laurens Andersen fra Odense Stift, Sognepræst i Hove (?) i Ribe Stift, faar Dispensation til at lade sig indvie til de gejstlige Grader i Rom.

Cum Laurentius Andree clericus Ottoniensis diocesis, rector parrochialis ecclesie s. Petri in Boen Ripensis diocesis, cum quo alias super defectu natalium, quem patiebatur de presbitero genitus et soluta, ut ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines se facere promoveri et beneficium, etiam si curam haberet animarum, [recipere valeret][1], per penitentiarium s. v. rite secum (!) fuit dispensatum[2], ideo supplicat dictus orator, quatenus sibi, qui ratione dicte parrochialis ecclesie ad sacerdotium se facere promoveri arctatus existit, ut a quocunque catholico quem maluerit antistite in Romana curia residente in aliquibus dominicis vel aliis festivis diebus etiam extra tempora a jure statuta ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines se facere promoveri et, postquam promotus fuerit, in illis libere valeat, etiam in altaris ministerio, ministrare eidemque antistiti huiusmodi ordines conferendi et oratori illos recipiendi licentiam concedere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et examinetur in camera. Datum Rome 18. kal. julii anno 7.

Suppl. 931 fol. 233.

3245. **21. Juni 1491.**

Klerken Niels Laurenssen fra Slesvig Stift faar, skønt han har en Svaghed paa det ene Øje, Dispensation til at lade sig indvie til de gejstlige Grader.

Exponitur pro parte Nicolai Laurentii clerici Slesvicensis diocesis, quod ipse, qui in oculo sinistro ex certa infirmitate superveniente certam maculam habet, que tamen levis existit et non talis, que possit in populo scandalum generare, fervore devotionis accensus desiderat ad omnes, etiam sacros, ordines promoveri et in illis, etiam in altaris ministerio, ministrare; quare supplicat, quatenus . . . secum, ut ad omnes, etiam sacros, ordines predictos promoveri et in illis, etiam in dicto altaris ministerio, ministrare libere possit, dispensare omnemque in-

[1]) add. Gz. [2]) Teksten korrupt; noget er udfaldet.

habilitatis maculam sive notam ex premissis provenientem penitus abolere dignemini. Concessum, quod committatur ordinario, in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 11. kal. julii anno 7.

Suppl. 932 fol. 158 v.

3246. 24. Juni 1491.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund, Biskoppen i Aarhus og Abbeden i Sorø at paadømme de Sager, Franciskaner-Konventualerne vil rejse mod Observanterne for deres Ulydighed.

Archiepiscopo Lundensi et episcopo Arusiensi ac abbati monasterii de Sora Roskildensis diocesis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ministri et universorum fratrum ordinis Minorum, conventualium nuncupatorum, provincie Dacie secundum morem dicti ordinis [viventium] petitio continebat, quod, licet universi fratres ordinis et provincie predictorum, de observantia nominati, juxta formam diversarum litterarum tam per Sixtum papam IV quam per nos eisdem ministro et fratribus, conventualibus nuncupatis, concessarum ipsi ministro obedientiam et reverentiam debitas et devotas exhibere capitulaque provincialia, que per eum et alios fratres[1]) pro tempore celebrari contingeret, visitare eisque interesse sub excommunicationis et nonnullis aliis censuris et penis in eisdem litteris contentis inter alia legitime teneantur, tamen fratres, de observantia nominati, predicti, censuras et penas huiusmodi contempnentes, premissa facere indebite recusarunt hactenus et recusant in animarum suarum periculum ac ministri et fratrum conventualium eorundem prejudicium non modicum et gravamen. Quare pro parte eorundem ministri et fratrum, conventualium nuncupatorum, nobis fuit supplicatum, ut omnes, quas ipsi contra eosdem fratres, de observantia nuncupatos, super contentorum in dictarum [ɔ: -tis] litterarum [ɔ: -ris] [non][2]) observatione et aliis premissis ac illorum occasione movere intendunt, causas aliquibus probis viris in parti[bu]s illis cognoscendas et fine debito terminandas committere dignaremur. Nos igitur discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis eisdem fratribus, de observantia nominatis, et aliis, qui fuerint evocandi, auditisque hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, non

---

[1]) Gz. — Cod. per eum et alios fratres, que [2]) add. Gz.

obstantibus Bonifacii pape VIII, qua inter cetera cavetur, ne quis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur, seu ne judices ab eadem sede deputati contra quoscunque procedere aut aliis vices suas committere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, et aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscunque, seu si eidem ordini a sede apostolica indultum existat, quod illius persone ad judicium trahi, suspendi vel excommunicari seu ipsi aut dicti ordinis loca interdici non possint. Datum Rome 8. kal. julii anno 7.

L. XX. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 908 fol. 57.

3247. **16. Juli 1491.**

Klerkene Niels Laurenssen og Jens Nielsen faar Dispensation til at lade sig præstevie i Rom af Slesvig-Biskoppen paa Grund af hans Fraværelse fra Stiftet.

Cum Nicolaus Laurentii et Joannes Nicolai clerici Slesvicensis diocesis, vicarii perpetui altarium b. Marie virginis et ss. apostolorum Petri et Pauli sitorum respective in ecclesia parrochiali ville in Egebeke[1]) eiusdem diocesis propter ordinarii loci episcopi Slesvicensis absentiam in Romana curia et apud sedem apostolicam residentiam et propter vicarii generalis eiusdem loci carentiam ad ordines sacros in illis partibus minime se promoveri facere queant, unde pro ordine recipiendo dicti oratores se ad dictam Romanam curiam transferentes, prout adhuc presentes existunt, supplicant, quatenus, ut ab ordinario dicti loci in dicta curia vel quocunque alio antistite maluerint in dicta Romana curia [residenti] aliquibus diebus dominicis vel festivis etiam extra tempora ad hoc a jure statuta ad sacros subdiaconatus, diaconatus et presbiteratus ordines rite se promoveri libere facere valeant, eidem ordinario vel antistiti conferendi et oratoribus predictis recipiendi ordines huiusmodi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat et committatur ordinario, qui est in curia. Datum Rome 17. kal. aug. anno 7.

Suppl. 934 fol. 8.

---

[1]) parrochiali in Lec et in Egebeke Gz.

3248. **16. Juli 1491.**

Klerken Johannes Alten fra Münster Stift faar Sognekirken i Diekholzen i Hildesheim Stift, ledig ved Eggert Durkops Resignation.

Vacanti alias parrochiali ecclesia in Diderekholtensen Hilde[seme]nsis diocesis per liberam resignationem Egerdi episcopi Slesvicensis in manibus certi prelati in partibus potestatem resignationem huiusmodi admittendi et conferendi habentis, Johannes Alten clericus Monasteriensis diocesis eandem sibi conferri et de eadem sibi provideri obtinuit. Dubitat nichilominus collationem . . . viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 17. kal. aug. anno 7.

Suppl. 933 fol. 280.

3249. **6. (29.) Aug. 1491.**

Klerken Engelbertus Eichel (Herkel) fra Mainz Stift faar Kanonikat og Præbende i Mainz, som er ledige ved Eggert Durkops Resignation; dog skal han betale en Pension af Embedet til Klerken Euenglus Inken fra Minden Stift.

Cum Egerdus episcopus Slesvicensis, qui in Romana curia coram certo vestri causarum palatii apostolici auditore contra quendam Ottonem Cronemberch pro clerico se gerentem super canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie ad Gradus Maguntine, de quibus olim, per obitum Johannis Espar . . . vacantibus, apostolica sibi, tunc in minoribus constituto, fuit auctoritate provisum, litigando diffinitivam adjudicatoriam [sententiam reportavit] cum fructuum et expensarum condempnatione pro se et contra eundem Ottonem, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, litteris executorialibus desuper in forma decretis et executioni demandatis, illorum ac ecclesie sue Slesvicensis per eum possessione non habita, in manibus s. v. sponte . . . resignat, supplicant Engelbertus Eichel et Euenglus Inken[1]) clerici Maguntine et Mindensis diocesium, quatenus resignationem huiusmodi admittentes, de canonicatu et prebenda predictis [fructus 10 mr.] Engelberto . . . providere, Euenglo[2]) vero, ut commodius substentari valeat, pensionem annuam 15. duc. auri de camera super fructibus etc. dictorum canonicatus et prebende reservare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis

[1]) II: Engelbertus Herkel et Henniglus Incken [2]) II: Henniglo

s. Anastasie. Et quod verior valor usque ad tres mr. similes in litteris exprimi possit. Datum Rome 8. id. aug.[1]) anno 7.

Suppl. 935 fol. 43 v og (II) 936 fol. 63 v.

3250. 2. Okt. 1491.

Præsten Sylvester Haist fra Lübeck Stift faar Kirken i Ris i Slesvig Stift.

Vacante parrochiali ecclesia in Ryesse Slesvicensis diocesis per obitum Johannis Nicolai, supplicat Silvester Haist presbiter Lubicensis diocesis, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia in Ryesse [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod . . . melior et individua specificatio[2]) dispensationis seu defectus natalium, quem patitur, exprimi possit in confectione litterarum. Datum Rome 6. non. oct. anno 8.

Suppl. 954 fol. 14 v.

3251. 3. Okt. 1491.

Klerken Niels Pedersen fra Slesvig Stift faar Sognekirkerne i Halk (eller Høgelund) og Vedsted i samme Stift.

Alias cappellaniis parrochialium ecclesiarum s. Nicolai episcopi et confessoris in Hegelo et Wedzdat Slesvicensis diocesis per obitum Laurentii Nicolai vacantibus, Nicolaus Petri clericus Slesvicensis de dictis sibi obtinuit auctoritate ordinaria provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet dictas collationem et provisionem viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis cappellaniis et parrochialibus ecclesiis [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. non. oct. anno 8.

Suppl. 938 fol. 123 v.

3252. 3. Okt. 1491.

Præsten Bo Nielsen fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe.

Alias canonicatu et prebenda cathedralis ecclesie b. Marie virginis Ripensis per liberam resignationem quondam Nicolai Bocquini vacantibus, Boetius Nicolai presbiter dicte Ripensis diocesis de dictis canonicatu et prebenda sibi obtinuit auctoritate ordinaria canonice provideri, eorum possessione pacifice subsecuta. Cum autem dubitet dictas collationem et provisionem

[1]) II: 4. kal. sept. [2]) Cod. specificatio et

viribus non subsistere ex eo, quod dictus resignans infra lapsum mensis a die resignationis diem vite clausit extremum, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda sic vacantibus [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. non. oct. anno 8.

Suppl. 938 fol. 123 v.

3253. **11. Okt. 1491.**

Biskop Eggert Durkop, der tidligere havde faaet Ventebrev paa Kanonikat og Præbende i Lüttich og et Beneficium i Hildesheim, faar motu proprio dette udvidet til to andre Beneficier i Hildesheim; desuden faar han de samme Privilegier som de pavelige familiares med Hensyn til Opnaaelsen af Embeder.

Dudum, videlicet sub data kal. nov. anno 3, Egerdo episcopo Slesvicensi, tunc in minoribus constituto, cappellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, de canonicatu cum reservatione prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii, etiam curati et electivi, ecclesie Leodiensis necnon beneficii tunc qualificati ad collationem episcopi Hildesemensis necnon prepositi, decani etc. ecclesie Hildesemensis pertinentis motu proprio providimus; et deinde, cum de persona sua ecclesie Slesvicensi tunc vacanti providissemus, nos secum, ut, postquam munus consecrationis suscepisset ac possessionem vel quasi regiminis ac bonorum dicte ecclesie Slesvicensis vel maioris partis eorundem pacifice assecutus foret, beneficia sub gratia et litteris predictis comprehensa, et que etiam tunc vacare contingeret, acceptare et de illis sibi provideri facere ac illa etiam cum dicta ecclesia Slesvicensi, quam diu illi preesset, retinere valeret, dispensavimus; ac successive per nos accepto, quod ipse Egerdus episcopus postmodum quosdam canonicatum et prebendam ecclesie s. Andree Hildesemensis [fructus 4 mr.] tunc vacantes earundem litterarum vigore acceptaverat et de illis sibi provideri obtinuerat et illos forsan assecutus fuerat et ex litteris predictis nullum alium fructum eatenus reportaverat ac, prout canonicatum et prebendam, dignitatem, personatum, administrationem vel officium ecclesie Leodiensis concernebant, in posterum reportare posse non speraret, nos, tunc priores litteras predictas mutantes, et, prout beneficium per eas sibi conferendum predictum concernebant, in suos robur vigoremque pristinos et ipsum Egerdum episcopum quoad illarum consequendum effectum in pristinum et eum statum, in

quo quomodolibet erat, antequam canonicatum et prebendam predictos acceptaret et de illis sibi provideretur, restituentes et plenarie reintegrantes concessasque sibi super earum prosecutione post sui promotionem litteras predictas ad prosecutionem mutationis et revalidationis huiusmodi et sub illis comprehensa, que ipsum assequi contingeret, beneficia extendentes, motu simili voluimus litteras huiusmodi et processus habitos per easdem ab eorum omnium datis valere eidemque Egerdo episcopo, quod singulorum predictorum vigore canonicatum et prebendam ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium, etiam curatum et electivum, ecclesie s. Crucis Hildesemensis necnon beneficium per easdem priores litteras sibi conferendum reservatum acceptare valeret, concessimus. Cum autem prefatus Egerdus posteriorum litterarum huiusmodi vigore canonicatum et prebendam dicte ecclesie s. Crucis Hildesemensis [fructus 4 mr.] tunc vacantes infra tempus legitimum acceptaverit et de illis sibi provideri obtinuerit, nos, eidem Egerdo episcopo, ut statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat, de alicuius subventionis auxilio providere volentes, necnon litteras super dicta dispensatione sibi concessas ad prosecutionem litterarum super presentibus conficiendarum et sub illis comprehensa, que ipsum assequi contingit, beneficia extendentes, motu simili voluimus [ɔ: volumus] et sibi concedimus, quod singule littere predicte . . . ac processus per priores litteras huiusmodi habitos [ɔ: -ti] ab eorum omnium datis et inde secuta quecunque valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur, etiam quoad hoc, uttam illarum quam super presentibus conficiendarum litterarum vigore canonicatum et prebendam ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium etiam curatum et electivum ecclesie s. Mauritii prope et extra muros Hildesemenses, si qua inantea vacare contigerit, acceptare valeat, ipsique executores et ab eis pro tempore deputati subexecutores de illis sibi providere omniaque alia in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna facere possint et debeant juxta priorum litterarum huiusmodi continentiam et tenorem in omnibus, perinde ac si nos per priores huiusmodi predictas eidem Egerdo episcopo[1]) de canonicatu cum reservatione prebende ac dignitatis, personatus et administrationis vel officii ecclesie s. Mauritii huiusmodi duxissemus providendum, et pro-

---

[1]) Cod. episcopo quam de

cessus prefati super hoc habiti et decreti fuissent, dictaque dispensatio etiam sibi ad hoc concessa fuisset, et canonicatum et prebendam ecclesie s. Crucis huiusmodi non acceptasset et de illis sibi provisum non fuisset. Ceterum, ut ipse Egerdus ex gratia et singulis litteris huiusmodi celeriorem consequatur effectum, motu simili volumus et sibi concedimus, quod in canonicatus et prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii ecclesie s. Mauritii necnon beneficii sub aliis litteris comprehensi assecutione omnibus ac illis prorsus antelationum similibus prerogativis, decretis, declarationibus, derogationibus, suspensionibus, concessionibus, favoribus, privilegiis et indultis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales etiam antiqui et in certis aliis nostris quoad certas illis concessas prerogativas descripti in assecutione canonicatuum et prebendarum ac dignitatis [etc.] aliorumque beneficiorum quorumcunque sub gratiis exspectativis per nos eis concessis comprehensorum, et que duxerint acceptanda, gaudent ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ad ipsorum familiarium descriptorum instar, sed pariformiter absque ulla differentia sine tamen eorum prejudicio gaudere libere valeat in omnibus, perinde ac si unus ex eisdem descriptis familiaribus et in prefatis litteris descriptus et annotatus foret, decernentes sic per quoscunque auditores, judices et commissarios in quibuscunque nostris etc. sublata etc. sententiari, judicari et diffiniri debere, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis etc. ac regula cancellarie die 21. febr. anno 4 pontificatus nostri [edita, cui] motu simili derogamus, necnon omnibus illis, que in singulis litteris predictis voluimus non obstare. Concessum motu proprio in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. id. oct. anno 8.

Suppl. 938 fol. 226 = 246.

3254. **19. Okt. 1491.**

Klerken Niels Andersen fra Roskilde Stift faar Sognekirkerne i Næsby og Tyvelse, skønt Klerken Henneke Jakobsen ogsaa har faaet Provision paa dem (jfr. Nr. 3242).

Olim vacanti ecclesia parrochiali Nesbi cum sua annexa Tawulse Roskildensis diocesis per obitum Olaui Halwege, Nicolaus Andree clericus Roskildensis diocesis de dicta ecclesia parrochiali cum sua annexa sibi obtinuit provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet dictas provisionem et collatio-

nem viribus non subsistere, maxime quia quidam assertus Henikinus Jacobi dicte Roskildensis diocesis clericus eandem ecclesiam cum sua annexa post pacificam possessionem eiusdem oratoris, in excommunicatione dictus Henekinus tunc existens, a nonnullis dicitur importasse, supplicat idem orator, quatenus sibi de dicta ecclesia et sua annexa [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 14. kal. nov. anno 8.

Suppl. 938 fol. 177.

3255. **19. Okt. 1491.**

Klerken Engelbertus Eichel fra Mainz Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Mainz, ledige ved Eggert Durkops Resignation.

Nuper cum Egerdus episcopus Slesvicensis canonicatum et prebendam ecclesie b. Marie ad Gradus Maguntine, de quibus olim apostolica sibi, tunc in minoribus constituto, fuit auctoritate provisum, illorum ac ecclesie sue Slesvicensis per eum possessione non habita, in manibus s. v. sponte resignasset, ac s. v. resignationem ipsam duxisset admittendam, s. v. de canonicatu et prebenda predictis, per resignationem huiusmodi [vacantibus], Engelberto Erkel clerico Maguntine diocesis . . . providit . . . Cum autem Sigismundus Vennzor clericus Augustensis diocesis, cui [s. v.] de canonicatu et prebenda predictis per promotionem prefati episcopi ac munus consecrationis sibi impendendum tunc vacaturis sub data videlicet 6. id. aprilis anno 5 motu proprio concessit provideri, concessioni gratie huiusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis, in eisdem manibus sponte cedit, et a nonnullis asseritur canonicatum et prebendam predictos forsan alias quam, ut prefertur, vacare, supplicat s. v. prefatus orator, quatenus sibi, quod littere ac provisio predicte . . et inde secuta quecunque a data presentium valeant . . . . ., indulgere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 14. kal. nov. anno 8.

Suppl. 938 fol. 212 v.

3256. **7. Nov. 1491.**

Paven befaler Abbeden i Ryd Kloster, Provsten i Lübeck og Dekanen i Hildesheim at overdrage Præsten fra Lübeck Stift Johannes Kremer Kantoriet i Haderslev og Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Abbati monasterii Rurisregii Slesvicensis diocesis et preposito Lubicensis ac decano Hildensemensis ecclesiarum. Vite ac

morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, cantoria b. Marie Herderstinensis (!)[1]) Slesvicensis diocesis, quam Lago Johannis, per eiusdem Lagonis, ac canonicatus et prebenda Slesvicensis ecclesiarum, quos Ericus Hacken[2]) obtinebant, per ipsius Erici obitus vacent ad presens, nos, Johanni Kremer presbitero Lubicensis diocesis specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus cantoriam, que in dicta ecclesia b. Marie dignitas non tamen principalis existit, et ad quam non consuevit quis per electionem assumi, cuique cura non imminet animarum, ac canonicatum et prebendam predictos [fructus insimul 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 7. id. nov. anno 8.

Ja. XXV. 11. kal. dec. anno 8. du Breucquet.

Reg. Lat. 914 fol. 233; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 939 fol. 247 v.

3257. **11. Nov. 1491.**

Paven befaler Abbeden i Ryd Kloster, Ærkedegnen i Slesvig og Slesvigkanniken Claus Junge at overdrage Klerken Jens Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift Provstiet i Haderslev.

Abbati monasterii Rurisregii Slesvicensis diocesis et archidiacono ac Nicolao Jungen canonico ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, prepositura ecclesie Haderslevensis dicte diocesis vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet Johannes Bosen, qui pro clerico se gerit, illam pretextu certe collationis ordinarie sibi de illa post devolutionem huiusmodi quamvis de facto facte detinuerit, prout adhuc detinet, indebite occupatam, nos, qui dudum inter alia voluimus, quod quicunque beneficium tunc per annum immediate precedentem per alium pacifice possessum, et quod vacare pretenderat, extunc deinceps impetraret, quot annis illud ipse possessor possedisset, in huiusmodi impetratione exprimere deberet, alioquin impetratio predicta et quecunque inde secuta nullius existerent firmitatis, volentes Johanni Petri clerico Slesvicensis diocesis, qui causarum palatii apostolici notarius existit, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis dicto Johanne Bosen

---

[1]) II: virginis Haderstevensis [2]) II: Henricus Harken

et aliis, qui fuerint evocandi, preposituram predictam, que inibi dignitas non tamen principalis et in ecclesia Slesvicensi personatus existit, ... illam [fructus 4 mr.], etiam si dispositioni apostolice specialiter reservata existat, et ad illam consueverit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum . . ., dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum . . ., prefato Johanni Petri auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 3. id. nov. anno 8.

Ja. XV. 13. kal. dec. anno 8. de Breucquet.
Reg. Lat. 910 fol. 202.

3258. **16. Nov. 1491.**

Klerken Marquardus Langemake fra Bremen Stift faar Sognekirken i Svavsted, Kanonikat og Præbende i Haderslev og et evigt Vikariat i Nonneklostret paa Holmen ved Slesvig.

Vacantibus alias ecclesia parrochiali s. Jacobi in Swanestede Slesvicensis diocesis per obitum Conradi Haspelkam [fructus 4 mr.] ac canonicatu et prebenda ecclesie Hadersleuensis per obitum Ebbonis Symonis et perpetua vicaria ad altare b. Marie in ecclesia monasterii monialium extra muros civitatis Slesvicensis in Hollem dicte Slesvicensis diocesis per liberam dimissionem Hinrici Tzirolvem extra Romanam curiam [quorum fructus 4 mr.], supplicat Marquardus Langhemake clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Swanestede, canonicatu et prebenda Hadersleuensi ac perpetua vicaria in monasterio monialium in Hollem predicte Slesvicensis diocesis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 16. kal. dec. anno 8.

Suppl. 940 fol. 250.

3259. **20. Nov. 1491.**

Kardinalbiskopperne Oliverius (Carafa) af Sabina, Georgius (Costa) af Albano, Kardinalpresbyterne Paulus (de Campofrigoso) og Johannes (de comitibus) og Kardinaldiakonen Johannes (de Columna) giver 100 Dages Aflad til dem, der paa 5 bestemte Dage besøger St. Annas Alter i Københavns Vor Frue Kirke, der er stiftet af Lægen Jens Pedersen. Brevet gælder for al Fremtid.

Oliverius Sabinensis, Georgius Albanensis, episcopi, Paulus tituli s. Sixti, Johannes tituli s. Vitalis, presbiteri et Johannes s. Marie in Aquiro diaconus, sacrosancte Romane ecclesie cardinales universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Quanto frequentius *(Kbhs. Dipl. IV, 221—22; Reg. 4962).* Datum

Rome in domibus nostris . . . anno 1491 die vero 20. mensis nov. pontificatus anno 8.

[Orig. med 5 Segl i Frue Kirkes Arkiv]. L. Dipl.

3260. **22. Nov. 1491.**

Klerken Jens Laurenssen fra Roskilde Stift faar det overdraget til Eggert Durkop at give ham Provision paa Kanonikat og Præbende i København, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Klerken Peder Albertsen.

Lite et causa coram Egerdo episcopo Slesvicensi, unius ex causarum palatii apostolici auditoribus locumtenenti, inter Johannem Laurentii clericum Roskildensis diocesis actorem et quendam Petrum Alberti reum et conventum assertum clericum de canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie in Haffnia dicte diocesis in prima instantia indecisa pendente, et in qua ad aliquorum terminorum substantialium [observationem][1]) citra tamen cause conclusionem extitit processum, a nonnullis asseritur neutri dictorum Johannis Laurentii et Petri Alberti in dictis canonicatu et prebenda jus competere illosque adhuc vacare; supplicat [igitur] dictus Johannes Laurentii, quatenus . . . eidem episcopo seu in eius locum surrogato aut surrogando auditori mandare, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri ipsorum in dictis canonicatu et prebenda jus competere, canonicatum et prebendam predictos [fructus 24 fl. auri de camera] eidem [Johanni] conferat et de illis provideat in forma gratie [etc.], simplicis aut nove provisionis, ... dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 10. kal. dec. anno 8.

Suppl. 940 fol. 233.

3261. **26. Nov. 1491.**

Abbeden og Konventet i Sorø faar de tidligere danske Kongers (Valdemar Eriksens, Erik af Pommerns, Christoffer af Bajerns, Christiern I's og Hans's) Privilegier for deres Kloster bekræftede af Paven.

Olim Waldemarus rex Dacie, volens abbatem et conventum monasterii de Sora Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis speciali favore et regia prerogativa attollere, ipsos abbatem et conventum tunc et pro tempore existentes cum omnibus bonis et familia illis attinentibus sub suis pace et protectione suscepit

---

[1]) add. Gz.

specialiter defendendos, admittens eis omnia bona sua ab omni excaditionis gravamine, impetitione exactoria, vectigalibus, que dicuntur roeskixt, inua, stwt, lettingh, ceterisque solutionibus, oneribus et servitiis ad jus regium spectantibus libera pariter et exempta, hanc illis superaddens gratiam specialem, quod omnes villici seu coloni et inquilini ceterique de ipsorum familia pro excessibus suis omnibus, videlicet furto, homicidio, vulneribus, frijtkop, bokem, stramword, gardeueithe et causis aliis juris regii quibuscunque nulli de cetero respondere deberent nisi abbati et conventui predictis, et, si aliqui de predicta eorum familia in judicio aliquo seculari pro causis aliquibus, quecunque fuerint, sive infra sive extra truncos vel scabella placiti convincerentur[1]), placito suo justitiario dumtaxat excepto, eisdem abbati et monachis pro jure suo regio quocunque respondere et satisfacere teneantur et nulli alii quoquomodo, inhibens, ne quis advocatorum suorum vel officialium eorundem seu quisquis alius, cuiuscunque status existat, ipsos aut aliquem de ipsorum familia contra tenorem huiusmodi sui privilegii molestare auderet, quod quidem privilegium et in eo singula contenta successores sui Hericus, Christoforus, Cristernus et etiam Johannes modernus Danorum etc. reges, quemadmodum progenitorum ipsorum sonant littere, successive ratificando confirmarunt. Insuper etiam idem Johannes rex modernus, divina, ut asseritur, inspiratione considerans nichil utilius ad perpetuam salutem quam illis intendere, per que omnipotenti deo laus exhibeatur et gloria et ea, que sunt transitoria, in perpetua commutentur, altare quoddam in ecclesia b. Marie virginis monasterii de Sora predicti in honorem s. Trinitatis, virginis Marie, s. Johannis baptiste atque Sanctorum omnium novissime fundavit et dotavit ita, quod in ipso altari abbas et conventus nunc et pro tempore existentes quotidie perpetuis futuris temporibus unam missam celebrari faciant diebus, die uno, videlicet dominica de s. Trinitate cantando, aliis sequentibus feriis, videlicet secunda feria de s. Spiritu, tertia de s. Johanne baptista apostolo, quarta pro fidelibus defunctis legendo, quinta de Corpore Christi canendo, sexta de passione Domini et sabbato de b. virgine Maria, in singulis proprie et ad hoc populum astantem hortando pro statu suo regio uxoreque et prolibus in vita, post autem decessum suum pro ipsius ac parentum et

[1]) Gz. — Cod. commirentur

successorum suorum regum [animis] cum anniversario, vigiliis, elemosinis et aliis operibus misericordie fideliter orare; et quatenus abbates et conventus monasterii predicti pro tempore existentes huiusmodi missas et servitia eo diligentius perficere studeant, eisdem et eorum monasterio predicto per suas litteras in presentia consiliariorum regni sui Dacie annuit atque dedit privilegium speciale, quod abbates et conventus ibidem perpetuo in ipsorum villa, que dicitur Pedersbugh, deputare, statuere et habere proprium placitum sive judicium seculare, vulgariter bierktingh appellatum, possint et debeant cum [ɔ: , et quod] omnibus huiusmodi . . . privilegiis, quemadmodum alii abbates et regni sui proceres huiusmodi jure et placito utuntur, etiam uti possint abbates et conventus de Sora pro causis subditorum sive inhabitatorum bonorum suorum in dicto privilegio descriptis, et quatenus ipsi abbates et conventus omnibus ad predictum placitum sive judicium seculare confugientibus justitiam ministrari faciant singulis diebus sabbatinis, videlicet de parrochiis Alstede, Biernet, Padersburgh, Brwmw, Bierbi, Swartorp, Guidioni, Rynnortopt et de ambabus villis Oorsloff et villa Walbry. Preterea etiam ecclesie parrochiales de parrochiis jam nominatis in predicti monasterii bonis fundate et constructe ad proprietatem et mensam ipsius monasterii a tempore immemoriali spectarunt, prout etiam hodie spectant, ad quas abbates pro tempore existentes mittunt nunc hunc, nunc illum monachum sine aliqua alia institutione, per quos faciunt in illis celebrari divina et sacramenta ministrari. Insuper s. v. superioribus mensibus monasteriorum utriusque sexus Cisterciensis ordinis, abbatum, conventuum, vasallorum, subditorum ac eis servientium receptiones sub protectione sedis apostolice ac exemptiones cum earum submissione sedi prefate dumtaxat, que a predecessoribus vestris emanarunt, per quasdam suas litteras approbavit et robur perpetue firmitatis obtinere decrevit et pro potiori cautela monasteria, loca, membra ac bona omnia presentia et futura dicti ordinis Cisterciensis, abbates, abbatissas, monachos, moniales, vasallos, subditos et servientes prefatos tunc et pro tempore existentes de novo sub simili protectione ex certa scientia suscepit, exemit et voluit dicte sedi immediate subesse . . . Ut igitur regum predictorum donationes, confirmationes, fundationes, privilegia et placitum huiusmodi berck, ecclesie predicte et eorum pertinentia, dotes et jura, s. v. toti ordini concessa exemptio ac in ea et in predictorum regum

litteris singula contenta et concessa, prout predictum monasterium omnibus utitur ac hodie gaudet, eidem de cetero illibata permaneant illisque gaudere imposterum liberius possit, illa quoque et omnia alia dicto monasterio de Sora per s. v. predecessores Romanos pontifices concessa privilegia eo maioris obtineant roboris firmitatem, quo sedis apostolice munimine sepius fuerint stabilita, supplicant s. v. humiles cappellani, vobis et vestre sancte sedi apostolice immediate subjecti, Olanus abbas et totus conventus monasterii de Sora predicti, quatenus huiusmodi regum litteras et privilegia, libertatem ipsam berck, ecclesias predictas, etiam s. v. exemptionem predictam toti ordini concessam ceteraque s. v. predecessorum eidem ordini et loco concessa privilegia . . . ., villas ambas Oorsloff et villam Walbj eisdem abbati et conventui ac eorum monasterio de Sora confirmare dictamque s. v. exemptionem cum nonnullis aliis ordini et loco, ut prefertur, concessis privilegiis, dummodo de ipsis vel in eorum originalibus seu de registro bullarum aut camere apostolice fideliter extrahendis sumptibus[1]) aut in aliis auctenticis transsumptis et formis sacre cancellarie v. s. legitime constiterit, presentibus inseri de verbo ad verbum mandare, abbates quoque et conventum predictos illis ac in eis contentis gratiis et indultis gaudere debere declarare dignemini, omnibus ac quibusvis ordinariis eorumque vicariis et officialibus ac dicte sedis apostolice legatis seu delegatis et quibusvis aliis personis, cuiuscunque . . . status existant, sub excommunicationis late sententie pena, quam scienter contrafacientes eo ipso incurrere debeant, districtius inhibentes, ne de cetero ipsos oratores contra huiusmodi s. v. exemptionem ac privilegia pontificum summorum s. v. predecessorum et regum predictorum etiam pretextu quarumcunque litterarum concessarum seu concedendarum directe vel indirecte quovis quesito colore molestare aut perturbare presumant, decernentes irritum, quicquid secus contingat attemptari . . . .; nulli de cetero de introitibus et possessionibus earum nisi abbati et conventui predictis etc. aliquos executores, qui assistant per censuram etc., cum invocatione etc., quatenus opus sit, deputare. Concessum de confirmatione privilegiorum, quatenus sint in usu, in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 6. kal. dec. anno 8.

Suppl. 940 fol. 271 v.

[1]) summis Gz.

3262. **27. Nov. 1491.**

Præsten Benekinus Pedersen fra Børglum Stift faar Sognekirken i Ydby med Annekskirkerne i Bodum og Hurup.

Alias parrochiali ecclesia s. Martini in Ytby cum suis annexis in Bothum et Huropp Barghaken [ɔ: Burglanensis] diocesis per obitum Willjadi (!) Frijs vacanti, Benekinus Petri presbiter eiusdem diocesis sibi obtinuit auctoritate ordinaria provideri de eadem, possessione subsecuta. Cum autem dubitat possessionem et provisionem huiusmodi cum inde secutis viribus non posse subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta ecclesia parrochiali cum suis annexis in Bothum et Huropp [fructus 4 mr.] de novo seu simpliciter providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. kal. dec. anno 8.

Suppl. 940 fol. 275.

3263. **3. Dec. 1491.**

Jens Pedersen (Hostorp) faar det overdraget til Auditøren Franciscus Brevius at overdrage ham et evigt Vikariat i Nonneklostret paa Holmen ved Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Bossen.

Orta dudum inter Johannem Petri de Hostorpp, clericum Slesvicensis diocesis ac vestri sacri palatii causarum notarium, et quendam Johannem Bossen assertum clericum de perpetua vicaria ad altare b. Nicolai situm in ecclesia monasterii monialium extra muros Slesvicenses ordinis s. Benedicti questionis materia, vacante alias per obitum Gherardi Santbeke . . ., et de qua idem orator in vim provisionis apostolice sibi provideri obtinuit, Johannes Bosse eam ad se pretextu alicuius pretense collationis ordinarie sibi per Helricum episcopum Slesvicensem [facte] spectare asserit et provisioni apostolice se opponit. Prefatus igitur orator causam huiusmodi, non obstante, quod ad prefatam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate recte tractanda et finienda non esset, Johanni Antonio episcopo Alexandrino, unius ex causarum palatii apostolici auditoribus locum tenenti, determinandam committi fecit, qui in illa rite procedens diffinitivam pro eodem Johanne Petri oratore et contra dictum Johannem Bossen sententiam promulgavit; a qua pro parte ipsius Johannis ad sedem apostolicam appellatum extitit et causa appellationis huiusmodi Hieronimo de Porcariis commissa, ipseque Hieronimus auditor perperam procedens sententiam Johannis Antonii episcopi Alexandrini per suam

etiam diffinitivam sententiam revocavit iniquam; a qua pro parte Johannis Petri ad sedem predictam extitit appellatum et causa posterioris appellationis huiusmodi Francesco Breuio causarum dicti palatii auditori ad instantiam ipsius Johannis commissa fuit; et, licet postea[1]) coram dicto Francesco in causa huiusmodi ad aliquorum terminorum substantialium observationem citra tamen ipsius cause conclusionem processum fuisset, orator ipse, credens quandam pretensam litteram collationis ipsius quondam Helrici episcopi Slesvicensis pro parte Johannis Bossen ex adverso productam esse veram, juri, liti et cause huiusmodi sibi in dicta vicaria competentibus coram eodem auditore cessit. Verum quia huiusmodi pretensa littera collationis, quam orator ipse veram esse existimabat, falsa et conficta fuit per dolum et fraudem citra agnitionem prefati Helrici episcopi per prefatum Johannem Bossen falsissime extractam, qui etiam sequestrum in huiusmodi causa alias pro parte dicti Johannis Petri oratoris post primam sententiam in favorem sui latam decretum super fructibus dicte vicarie juxta formam Clementine *Ad compescendum* etc. violare non erubuit, et, cum pro[pter] hoc ipsum a suo pretenso jure, si quod ei in dicta vicaria competebat, cecidisse creditur, et cum lesis et gravatis nunc ad appellandum, nunc in integrum restitutionis beneficio per principem etiam post res bis judicatas succurri debeat et provideri deceptisque et non decipientibus jura succurrere consueverunt, pro tanto, ne dictus Johannes Bose ex malitia, fraude, temerario ausu, violatione sequestri commodum reportare et de illo gloriari videatur, recurrit ad pedes s. v. dictus Johannes Petri supplicando, ut . . . dignemini prefato Francisco Breuio auditori mandare, ut, constito sibi de violatione sequestri huiusmodi prefatum Johannem Bossen ab omni jure, si quod sibi in dicta vicaria tempore violationis huiusmodi quomodolibet competebat, aut etiam constito sibi de falsitate antedicte pretense littere collationis quondam Helrici episcopi Slesvicensis, cecidisse auctoritate apostolica declaret, prout de jure fuerit faciendum, ipsumque Johannem Petri oratorem in omni jure, si quod eidem Johanni Bossen in dicta vicaria [competebat] [fructus 2 mr.], eadem auctoritate apostolica, si et prout de jure, restituat dictumque jus conferat et de illa ipsi oratori provideat eundemque ad dictum jus illiusque et dicte cause prosecutionem et defen-

[1]) Cod. postquam

sionem in eo statu, in quo dictus Johannes Vosse (!) tempore violationis huiusmodi erat, admittat et ad possessionem ipsius recipi, ut moris est, demandet ac alias in causa huiusmodi procedat in omnibus, perinde ac si de jure ipsius Johannis Bossen nichil constaret . . . Concessum prout de jure et in forma juris in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 3. non. dec. anno 8.

Suppl. 941 fol. 110 v.

3264. **5. Dec. 1491.**

Præsten Silvester Sigm (?), evig Vikar i Haderslev og Sognepræst i Vonsbæk, faar Dispensation til ikke at residere ved Vikariatet.

Cum in fundatione perpetue sine cura vicarie ad altare s. Anne situm in collegiata ecclesia b. Marie virginis Hadersle[ve]nsis Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus laicorum esse dicitur [fructus 4 mr.], caveri dicitur expresse, quod illum [ɔ: -lam] pro tempore obtinens apud eandem continuam personalem residentiam facere teneatur et eidemmet deservire in divinis, supplicat igitur Siluester Sigm presbiter dicte vicarie necnon divinorum rector capelle curate parrochialis ecclesie in Wedenszbeke dicte diocesis, quatenus secum, quatenus apud dictam cappellam, que curam animarum habet, aut aliud beneficiorum suorum, que obtinet vel in futurum obtinebit, residendo apud dictam vicariam continuo personaliter residere minime teneatur, dispensare, nec ad id invitus a quoquam coarctari possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome non. dec. anno 8.

Suppl. 941 fol. 169.

3265. **10. Dec. 1491.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Ragusa, Biskoppen i Ribe og Dekanen i Ternone i Valencia Stift at overdrage Sognekirken i Ydby i Børglum Stift til Diakonen Benekinus Pedersen.

Archiepiscopo Ragusino et episcopo Ripensi ac decano ecclesie s. Juliani Tornonis (?) Valentine diocesis. Solet sedes apostolica pia mater [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Benekini[1]) Petri diaconi Burglanensis diocesis, magistri in artibus, petitio continebat, quod olim ipse, parrochialem ecclesiam s. Martini in Itby[2]) dicte diocesis, dudum tunc per

---

[1]) II: Barckini [2]) II: Iby

obitum Wilhadi[1]) Friis ipsius ecclesie rectoris vacantem canonice sibi collatam, per annum et amplius[2]) pacifice possidens, impedimento cessante legitimo et nulla super hoc dispensatione obtenta, se non fecit ad presbiteratus ordinem promoveri ecclesiamque ipsam propterea vacantem post dicti anni decursum per duos alios annos vel circa de facto detinuit, fructus percipiens ex eadem similiter de facto, inhabilitatis maculam contrahendo. Cum autem secundum premissa dicta ecclesia per non promotionem huiusmodi vacare noscatur, fuit pro parte dicti Benekini nobis supplicatum, ut statui suo in premissis oportune providere dignaremur. Nos [igitur], volentes dicto Benekino, qui obsequiis Nicolai episcopi Burglanensis insistit et in illis plurimum occupatus fuit, prout occupatur de presenti, gratiam facere specialem . . . omnemque inhabilitatis maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam penitus abolentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . . ecclesiam predictam [cuius et illi annexorum fructus 4 mr.] cum annexis huiusmodi eidem Benekino auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 4. id. dec. anno 8.

Ja. XXX. non. jan. anno 8. du Breucquet.

Reg. Lat. 914 fol. 179; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 941 fol. 57 v.

3266. 10. Dec. 1491.

Benekinus Pedersen faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom.

Cum Benkinus Petri in diaconatus ordine constitutus, rector parrochialis ecclesie s. Martini in Nu (!) Burglanensis diocesis, cupiat ad sacrum et presbiteratus ordinem promoveri et, postquam promotus fuerit, perpetuum altissimo reddere famulatum, quique (!) ratione dicte ecclesie, quam obtinet, ad dictos presbiteratus ordines se facere promoveri est astrictus, supplicat, quatenus sibi, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente, quem duxerit eligendum, aliquo die dominico vel festivo etiam extra tempora a jure statuta ad dictum presbiteratus ordinem se promoveri facere valeat ipsique antistiti illum conferendi et oratori recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie . . . . Et examinetur in camera apostolica. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 4. id. dec. anno 8.

Suppl. 941 fol. 58 v.

[1]) II: Willardi [2]) II: per triennium vel circa

3267. **17. Dec. 1491.**

Kong Hans's Kansler, Akoliten Anders Nielsen fra Roskilde Stift, faar Dispensation til at besidde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Andreas Nicolai in ordine accolitatus constitutus Roskildensis diocesis, regis Dacie cancellarius et familiaris continuus commensalis, quatenus secum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, . . . recipere et, quoad vixerit, insimul retinere illaque . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et commende cedere ac loco dimissorum alia . . . beneficia duo dumtaxat incompatibilia [recipere et], quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 16. kal. jan. anno 8.

Suppl. 943 fol. 152 = 172.

3268. **10. Jan. 1492.**

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger et af Kong Hans grundlagt Alter i Æbelholt Kloster.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Redemptoris nostri Jesu Christi [etc.]. Cupientes igitur, ut altare sub invocatione b. Marie virginis ac ss. Johannis baptiste et Johannis evangeliste et Georgii situm in ecclesia monasterii s. Willelmi de Paraclito Ebbelholt ordinis s. Victoris[1]) sub regula s. Augustini Roskildensis diocesis, ad quod, sicut accepimus, Johannes Dacie rex, qui illud fundavit atque dotavit, magnum gerit devotionis affectum, congruis frequentetur honoribus et in debita veneratione habeatur, ... omnibus utriusque sexus fidelibus vere penitentibus et confessis, qui altare predictum in ascensionis domini nostri Jesu Christi, assumptionis b. Marie ac ss. Johannis baptiste et Willelmi abbatis festivitatibus[2]) devote visitaverint annuatim et ad eius conservationem manus adjutrices porrexerint, singulis festivitatum earundem diebus, quibus id fecerint, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris

[1]) Gz. — Cod. ordinis eiusdem s. Willelmi

[2]) II: in singulis eorundem b. virginis Marie ac ss. Johannis baptiste, Johannis evangeliste, Georgii, ascensionis domini, b. Wilielmi et dedicationis [festivitatibus]

temporibus duraturis. Volumus autem [*etc. som Nr. 860*]. Datum Rome 4. id. jan. anno 8.

Ja. L. du Breucquet.

Reg. Lat. 913 fol. 203 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum de indulgentia septem annorum in quatuor festis, in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 943 fol. 66 = 86.

3269. 19. Jan. 1492.

Klerken Jens Laurenssen fra Roskilde Stift faar Kanonikater og Præbender i Aarhus, Trient og Verllenmuk i Salzburg Stift.

Supplicat Johannes Laurentii clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis, quibus cura animarum imminere dicitur, vacantibus ex eo, quod quidam Andreas Nicolai ecclesiam parrochialem [1]) in Falster Ottoniensis diocesis extitit assequtus et una cum dictis canonicatu et prebenda absque canonica dispensatione possidet neque se promoveri facere infra annum curavit [fructus 4 mr.], necnon canonicatu et prebenda ecclesie Tridentine, per obitum Vincentii de Montefort [fructus 8 mr.], ac canonicatu et prebenda in Verllenmuk Salzeburgensis diocesis, per Antonii Cherfreger obitum vacantibus [fructus 2 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome pridie id. jan. anno 8.

Suppl. 943 fol. 75 = 98.

3270. 19. Jan. 1492.

Aarhuskanniken Laurens Vesteni faar Ærkedegneembedet i Aarhus og Dispensation til dermed at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Laurentius Westeni canonicus Arusiensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de archidiaconatu dicte ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, et cui cura imminet animarum [fructus 30 duc. auri de camera], vacante ad presens ex eo, quod quidam Joannes Jacobi prefatum archidiaconatum una cum canonicatu et prebenda sub vocabulo parrochialis ecclesie s. Olaui, cui etiam cura imminet animarum, per annum et ultra indebite detinuit, licentia sedis apostolice minime obtenta, prout adhuc de presenti detinet . . . ., providere necnon secum, ut una cum dicto archidiaconatu Arusiensi, si sibi vigore presentium conferatur, quodcunque aliud seu ipso per eum dimisso quecunque

[1]) Sognets Navn mangler i Cod.

alia duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul cum clausula permutandi et alia similia vel dissimilia etc., quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 14. kal. febr. anno 8.

Suppl. 943 fol. 288 v = 309 v.

3271. 20. Jan. 1492.

Aarhuskanniken Morten Olufsen faar Provstiet i Thyholm med Annekskirken i Hvidbjerg og Kanonikat og Præbende i Ribe.

Supplicat Martinus Olaui canonicus Arusiensis, quatenus sibi, qui in artibus magister et de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, de prepositura rurali, in Tyerholm nuncupata, Burglanensis diocesis, ad quam principalis ecclesia de Hwidbragh [pertinet], habens aliquas alias sibi annexas ecclesias, que omnes parrochiales sunt, sicut et principalis, apud quam solet prepositus pro tempore residere, necnon canonicatu et prebenda cathedralis Ripensis [fructus insimul 8 mr.], vacantibus ex eo, quod quidam Wilhadus Friis ipsam preposituram alias sibi collatam canonice per annum et ultra pacifice possidens legitimo cessante impedimento et nulla desuper canonica dispensatione obtenta se non fecit ad sacerdotium promoveri, et super hoc [quod][1]) episcopus Ripensis sibi contulit dictos canonicatum et prebendam, qui adhuc, ratione detentionis dicte prepositure ac parrochialium ecclesiarum prenominatarum inhabilitatus, non extitit per s. v. rehabilitatus, ratione cuius juris censura vacant dicti canonicatus et prebenda, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 13. kal. febr. anno 8.

Suppl. 943 fol. 254 v.

3272. 26. Jan. (8. Febr.) 1492.

Jens Pedersen Hostorp faar indsat Dommere »in partibus« mod forskellige Gejstlige, som har tilføjet ham mange Forurettelser.

Dignetur s. v. causam et causas appellationis et appellationum pro parte Johannis Petri de Hostorpp clerici Slesvicensis diocesis ac palatii apostolici causarum notarii[2]) a quibusdam spoliationibus fructuum beneficiorum[3]), mandatorum apostolicorum

[1]) add. Gz. [2]) II: ac camere apostolice auditoris
[3]) II: spoliis et fructuum beneficiorum occupatione

detentione, debitorum obligatione, manuum violentarum injectione et aliarum [ɔ: aliis] injuriarum [ɔ: -riis], vexationibus et molestationibus contra quosdam Petrum Parsow presbiterum et rectorem parrochialis ecclesie s. Nicolai opidi Vlensburgensis Slesvicensis diocesis, Hennekinum Saxen canonicum Ripensem, Wilhelmum Sceroder canonicum Haderslensem Slesvicensis diocesis, Nicolaum Junghen[1]), Andream Junghen, Johannem Bossen canonicos [2])Slesvicenses[2]), Johannem Lups[3]) et Johannem [4])Brun alias Russe[4]) clericos Lubicensis diocesis omnesque alios sua interesse putantes de dictis spoliationibus[5]), detentione[6]), obligatione, manuum violentarum injectione et injuriis, molestationibus rebusque aliis in actis cause et causarum huiusmodi latius deductis et deducendis et illarum occasione inter dictum Johannem Petri et dictos prenominatos molestatores ad e. s. v. sanctamque sedem apostolicam interposite et interpositarum alicui[7]) ex episcopis causarum commissariis extra rotam et, si placeat, episcopo Tricaricensi[7]) committere dignemini (!) audiendas, cognoscendas, decidendas fineque debito terminandas cum omnibus suis incidentiis, dependentiis, emergentiis, annexis et connexis et cum potestate dictos Petrum, Hennekinum, Wilhelmum, Nicolaum, Andream, Johannem, Johannem et Johannem presbiteros et clericos, adversarios, injuriatores, spoliatores et debitores omnesque alios sua interesse putantes in Romana curia vel extra eam toties, quoties opus fuerit, citandi, inhibendi, monendi monitoriumque in eventum citationis decernendi ac penas [et] censuras canonis *Si quis suadente* interesse declarandi litterasque desuper necessarias et oportunas decernendi illaque successive aggravandi et reaggravandi, etiam cum appositione interdicti et invocatione bracchii secularis, aliosque judices loco sui in partibus ad huiusmodi censuras contra prefatos molestatores[8]) procedendum, deputandi et subdelegandi ac omnia sibi commissa exercendi et faciendi et declarandi eosque, quatenus opus fuerit, renovandi, attento, quod in dicta diocesi Slesvicensi non sit pronunc judex ordinarius neque episcopus vel vicarius in spiritualibus ad ministrandum justitiam et jurisdictionem episcopalem exercendum propter metum principum durante differentia super negotio episcopatus dicte ecclesie

[1]) II: Junge [2]–[2]) Fattes i II. [3]) II: Lupi [4]–[4]) Johannem alias Nusse [5]) II: spoliis [6]) Mangler i II. [7]–[7]) II: alicui seu aliquibus digno vel dignis [8]) II tilføjer: prosequendum, continuandum et ad ulteriora

Slesvicensis, premisse quodque cause huiusmodi non sint forsan ad dictam curiam legitime devolute neque in ea de juris necessitate tractande et finiende, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Concessum, quod committatur in partibus, in presentia pape. A. cardinalis Aleriensis[1]). Datum Rome 7. kal. febr.[2]) anno 8.

Suppl. 944 fol. 73 v og (II) i Suppl. 945 fol. 26.

3273. **18. Febr. 1492.**

Jens Pedersen Hostorp faar Suppliken Nr. 3263 udfærdiget med en formel Ændring.

Reformatio Johannis Petri de Hostorpp.

Orator predictus non intendit accusare adversarium super falsificatione dictarum litterarum episcopi, sed petit solum eum declarari cecidisse a jure suo propter violationem sequestri et surrogari in jure suo. Dignetur igitur s. v. litteras apostolicas super premissis conficiendas cum dicta provisione in eventum declarationis violationis sequestri expediri mandare. Concessum. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 12. kal. martii anno 8.

Suppl. 945 fol. 227 = 233.

3274. **29. Febr. 1492.**

Præsten Vincens Madsen fra Odense Stift faar Lov til at besidde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Vincentius Mathie presbiter Ottoniensis diocesis, quatenus sibi, ut quecunque duo beneficia cum cura ac se invicem incompatibilia (!) . . . . ., dummodo alias sibi canonice conferantur, cum potestate dicta duo vel alterum eorundem . . . . totiens, quotiens sibi placuerit, dimittendi[3]) et loco dimissorum alia [recipiendi][4]) recipere et retinere libere valeat, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum pridie kal. martii anno 8.

Suppl. 946 fol. 282 v.

3275. **5. Marts 1492.**

Ærkedegnen Johan Jepsen (Ravensberg) i Aarhus faar Dispensation til at besidde tre ellers uforenelige Embeder og tillige to forenelige Embeder i een og samme Kirke.

---

[1]) II: Concessum in presentia pape . . . . [2]) II: 6. id. febr.
[3]) Gz. — Cod. dimittere [4]) add. Gz.

Supplicat Johannes Jacobi archidiaconus Arusiensis, de militari genere ex utroque parente procreatus ac Johannis regis Dacie cancellarius, quatenus secum, ut una cum dicto archidiaconatu quecunque duo seu illo per eum dimisso quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., necnon ut quecunque duo beneficia se alias invicem compatientia . . . . sub uno eodemque tecto consistentia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque omnia . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . beneficia tria dumtaxat incompatibilia et duo beneficia se alias invicem compatientia ac sub uno eodemque tecto consistentia, dummodo inter ipsa tria incompatibilia beneficia huiusmodi plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie aut inter ipsa duo beneficia sub uno eodemque tecto consistentia duo canonicatus totidemque prebende seu perpetue vicarie non existant, similiter recipere et etiam, quoad vixerit, retinere libere valeat, gratiose dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 3. non. martii anno 8.

Suppl. 947 fol. 187.

3276. **8. Marts 1492.**

Jens Pedersen (Hostorp) faar ny Provision paa Provstiet i Barvidsyssel trods forskellige urigtige Opgivelser i en tidligere Ansøgning.

Dudum prepositura ecclesie Hadersleuensis in Barchsusel Slesvicensis diocesis vacante, et que tanto tempore vacaverat, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii erat ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet quidam Johannes Bosse, qui se gerebat pro clerico, illam pretextu certe collationis ordinarie sibi de illa post devolutionem huiusmodi quamvis de facto facte detinuisset, prout nunc detinet, s. v. de dicta prepositura tunc vacante Johanni Petri clerico eiusdem diocesis provideri mandavit, prout ex litteris apostolicis desuper confectis, in quibus, quod dicta prepositura dignitas non tamen principalis in predicta et in Slesvicensi ecclesiis personatus existebat, expressum fuit, plenius continetur. Cum autem dicta prepositura in eadem ecclesia Hadersleuensi dignitas principalis et, ut prefertur, in dicta ecclesia Slesvicensi personatus existat, et propterea orator ipse dubitat litteras predictas de surreptionis vitio notari posse tempore procedente, supplicat igitur, quatenus sibi, quod littere predicte cum omnibus in eis contentis clausulis valeant

plenamque roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur, ac executores in illis deputati ad earum executionem, alias juxta earundem continentiam et tenorem, procedere possint et debeant in omnibus, perinde ac si in eisdem litteris, quod dicta prepositura dignitas principalis erat, prout existit, expressum fuisset, Guillelmo[que] de Perreriis, causarum palatii apostolici auditori, coram quo causa super dicta prepositura nunc[1]) indecisa pendet, et coram ipso ad certos terminos citra tamen conclusionem processum sit inter dictum oratorem et Johannem Bossen adversarium, quodque in causa huiusmodi in vim provisionis procedat, etiamsi[2]) dicta prepositura [fructus 4 mr.] adhuc quovis modo vacet, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 8. id. martii anno 8.

Suppl. 946 fol. 215 v.

3277. **9. Marts 1492.**

Paven befaler sin Kapellan og Auditør Franciscus Brevius at overdrage Jens Pedersen (Hostorp) et evigt Vikariat i Nonneklostret paa Holmen ved Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Bossen.

Magistro Francisco Brevio capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Petri de Hostorpp clerici Slesvicensis diocesis petitio continebat, quod, orta dudum inter eum et Johannem Bossen, qui se gerit pro clerico, super vicaria perpetua per clericos seculares obtineri solita ad altare s. Nicolai situm in ecclesia monasterii monialium extra muros Slesvicenses ordinis s. Benedicti, quam dudum, tunc per obitum Gherardi Santbeke in Romana curia defuncti vacantem, Johannes Petri apostolica sibi auctoritate collatam et de illa provisum fuisse dictumque Johannem Bossen collationi et provisioni huiusmodi contra justitiam se opponere et impedire, quominus collatio et provisio predicte suum debitum consequi possent effectum, Johannes Bossen vero predicti vicariam ipsam ad se de jure spectare asserebant, prout dictus Johannes Bossen asserit, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante quod ad prefatam curiam legitime devoluta ac apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, Johanni Antonio episcopo Alexandrino, etiam tunc olim unus [ɔ: locum unius] ex causarum palatii apostolici auditoribus de mandato nostro tenenti, ad in-

[1]) Gz. — Cod. non [2]) Gz. — Cod. aut etiamsi

stantiam ipsius Johannis Petri audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui in illa rite procedens diffinitivam pro eodem Johanne Petri et contra dictum Johannem Bossen sententiam promulgavit; a qua pro parte ipsius Johannis Bossen ad sedem apostolicam extitit appellatum, nosque causam appellationis huiusmodi magistro Jeronimo de Porcariis, capellano nostro et causarum eiusdem palatii auditori, ad instantiam ipsius Johannis Bossen audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui in illa perperam procedens sententiam predictam per eius diffinitivam sententiam revocavit iniquam; a qua pro parte ipsius Johannis Petri ad sedem predictam extitit appellatum, nosque causam posterioris appellationis huiusmodi tibi ad instantiam ipsius Johannis Petri audiendam commisimus et fine debito terminandam; et deinde, cum in causa tibi commissa huiusmodi ad nonnullos actus citra tamen conclusionem processisses, prefatus Johannes Petri ex certis causis liti et cause huiusmodi ac omni juri sibi in dicta vicaria quomodolibet competenti coram te sponte cessit. Cum autem prefatus Johannes Bossen sequestrum per prefatum Johannem Antonium episcopum post per eum latam sententiam huiusmodi in dicta vicaria juxta constitutionem Clementis pape V, que incipit *Ad compescendas,* rite appositum ausu temerario violare presumpserit, nos, attendentes, quod, si est ita, dictus Johannes Bossen ab omni jure, si quod sibi in dicta vicaria quomodolibet competebat . . ., noscatur cecidisse, ac ne prefatam vicariam per aliquem illicite detineri contingat, si causa huiusmodi legitimo careat defensore, qui tueatur eandem, providere dictoque Johanni Petri, qui causarum dicti palatii notarius existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si et postquam de violatione huiusmodi tibi legitime constiterit, prefatum Johannem Bossen ab omni jure, si quod sibi tempore violationis huiusmodi in dicta vicaria quomodolibet competebat, cecidisse auctoritate nostra declares, prout de jure fuerit faciendum, et, si declarationem huiusmodi per te vigore presentium fieri contingerit (!), prefatum Johannem Petri, dummodo in dicta vicaria intrusus non fuerit, in omni jure, si quod eidem Johanni Bossen tempore violationis huiusmodi in dicta vicaria quomodolibet competebat, eadem auctoritate nostra surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de eodem necnon eundem Johannem Petri ad dictum jus illiusque et dicte cause prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo dictus Johannes Bossen tem-

pore violationis huiusmodi erat, et, si illam non fecisset, posset et deberet admitti, ac ad possessionem ipsius vicarie, in qua dictus Johannes Bossen existit, eadem auctoritate admittas . . . . et nichilominus vicariam predictam, que sine cura est [fructus 2 mr.], ... eidem Johanni Petri auctoritate nostra conferas. Datum Rome 7. id. martii anno 8.

L. X. pridie kal. aprilis anno 8. Trottus prothonotarius.
Reg. Lat. 915 fol. 8 v.

3278. 17. Marts 1492.

Klerken Joakim Ahlefeld fra Slesvig Stift faar Provstiet i Vidaa i samme Stift.

Supplicat Joachim de Alefelde clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi, qui in Romana curia presens ac de nobili et militari genere ex utroque parente procreatus existit, de prepositura rurali in Wide Slesvicensis diocesis, que dignitas curata seu forsan officium curatum in ecclesia Slesvicensi non tamen principalis existit [fructus 4 mr.], per obitum Conradi Mulbach vacanti, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 16. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 947 fol. 165 v.

3279. 20. Marts 1492.

Provsten i Ejdersted Leve Leven faar for sin Levetid pavelig Stadfæstelse paa en Kannikeresidens, som tidligere havde hørt til Provstiet.

Cum dudum quondam Conradus Milebach cathedralis ecclesie Slesvicensis canonicus curiam sue habitationis coram Nicolao tunc episcopo et capitulo Slesvicensibus capitulariter congregatis sponte resignasset ac omni juri, si quod sibi in eadem curia quomodolibet competere potuit, simpliciter renuntiasset, ipseque quondam Nicolaus episcopus resignationem et renuntiationem huiusmodi admisisset, dictam curiam sic vacantem ad Lenonem Leuen eiusdem ecclesie canonicum et prepositum Eyderstetensem, cui prepositure dicta curia dudum incorporata exstiterit [ɔ: -tit] sive verius ad quam pertinere consuevit, prout et quemadmodum ad predicti Lenonis immediatos predecessores, qui dictam curiam successive inhabitare consueverunt, pertinuit, de jure pertinere declaravit necnon capitulo et canonicis dicte ecclesie Slesvicensis, ne super optione dicte curie per eos attemptaretur, inhibuit etc. et nichilominus omnibus notariis etc. per

dictum Lenonem requisitis seu requirendis in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena. quatenus eundem Lenonem principalem seu eius legitimum procuratorem pro eo in possessionem realem et actualem dicte curie omniumque ad dictam curiam spectantium induceret, mandavit, prout in litteris sigillatis dicti quondam Nicolai episcopi, vigore quarum dictus Leno orator possessionem pacificam extitit assecutus memorate curie eamque pluribus annis possedit pacifice et quiete, prout possidet, et aliis documentis publicis desuper confectis continetur. Ut autem dicte littere et in eis contenta maioris roboris firmitatem obtineant, supplicat dictus Leno, quatenus declarationem, inhibitionem et mandatum predicta ac, prout illa concernunt, omnia in eisdem litteris contenta et inde secuta quecunque pro illorum subsistentia firmiori auctoritate apostolica confirmare . . . dignemini. Concessum sine prejudicio in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod littere in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam expediantur. Et cum derogatione clausule de vacantibus committendis ad partes, vocatis etc., si opus fuerit. Datum Rome 13. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 950 fol. 59 v.

3280. **20. Marts 1492.**

Klerken Johannes Baum fra Verden Stift faar Kanonikat og Præbende i Hildesheim, som Eggert Durkop har resigneret.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Hildesemensis per obitum Johannis Grepellinch vacantibus, Egerdus episcopus Slesvicensis illos certarum litterarum apostolicarum gratie expectative vel specialis reservationis et processuum desuper decretorum vigore acceptavit et sibi de illis provideri obtinuit commendari. Cum autem canonicatus et prebenda, quos dicta creatura in eadem ecclesia pacifice obtinet, per assecutionem prefatorum canonicatus et prebende vacare sperantur, supplicat Johannes Baum clericus Verdensis diocesis, decretorum doctor, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] . . . . providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 13. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 947 fol. 245 v.

3281. **22. Marts 1492.**

Wasmodus Helingman faar Dekanatet i Minden, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Eggert Durkop, som nu giver Afkald paa sin Ret.

Orta alias questionis materia inter Wasmodum Helinchman et Egerdum Durcap episcopum Slesvicensem de decanatu ecclesie Mindensis rebusque aliis in actis cause latius expressis et illarum occasione, causaque huiusmodi ad instantiam dicti Egerdi per s. v. Petro de Accoltis, vestri sacri palatii causarum auditori, commissa et in illa in audientia contradictarum processo, idem Petrus auditor taliter qualiter procedens pretensam diffinitivam sententiam canonizatoriam et adjudicatoriam cum fructuum et expensarum condempnatione in favorem dicti Egerdi et contra prefatum Wasmodum promulgavit, a qua pro parte ipsius oratoris ad s. v. sanctamque sedem apostolicam appellato et appellationis causa huiusmodi Felino eiusdem palatii apostolici auditori commissa, idem Felinus etiam perperam procedens pretensam sententiam dicti Petri per suam similem confirmavit, a qua pro parte ipsius oratoris appellato et causa appellationis huiusmodi Matheo de Porta eiusdem palatii auditori commissa et tam coram eo quam coram Guillelmo de Pereriis, etiam dicti palatii causarum auditore in locum ipsius Mathei surrogato, ad quamplures actus citra tamen cause conclusionem processum extitit. Cum autem, lite et causa sic indecisa pendente, dictus Egerdus liti et cause huiusmodi ac omni juri sibi in dicto decanatu quomodolibet competenti in manibus s. v. sponte cedit, supplicat dictus Wasmodus orator, quatenus . . . . eundem Wasmodum in omni jure, quod eidem episcopo tempore cessionis huiusmodi quomodolibet competebat, surrogare . . . . et nichilominus de dicto decanatu, qui in dicta ecclesia dignitas non tamen maior post pontificalem existit [fructus 8 mr.], eidem Wasmodo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 11. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 947 fol. 261 v.

3282. **22. Marts 1492.**

Eggert Durkop faar ny Provision paa Provstiet i Minden, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Cum alias prepositura ecclesie Mindensis, quam Egerdus episcopus Slesvicensis tempore promotionis per s. v. facte de persona sua ad ecclesiam Slesvicensem obtinebat, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speraretur, s. v. motu proprio preposituram predictam Henrico Meyer clerico Bremensis diocesis, cubiculario et

familiari vestro continuo commensali, cum illam per assecutionem possessionis regiminis dicte ecclesie Slesvicensis . . . . . . vacare contingeret, conferendam reservavit . . . . Et deinde, orta questionis materia inter creaturam actorem et Henricum prefatos aliosque litis consortes reos et conventos de dicta prepositura rebusque aliis etc. coram Felino et Matheo de Porta auditoribus, idem Matheus auditor in causa ipsa rite procedens sententiam in favorem dicte creature adjudicatoriam dicte prepositure et contra prefatum Henricum promulgavit, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam. Cum autem dictus Henricus juri sibi in dicta prepositura quomodolibet competenti ac gratie et reservationi huiusmodi in manibus s. v. sponte resignat, supplicat dicta creatura, quatenus resignationem huiusmodi admittentes . . . preposituram (!) huiusmodi, que in dicta ecclesia dignitas maior post pontificalem existit [fructus 14 mr.], eidem creature providere secumque, ut preposituram predictam, quoad vixerit, una cum dicta ecclesia et alia quacunque cathedrali, etiam metropolitana, ad quam ipsum transferri contigerit, ac omnibus aliis beneficiis . . . ., que obtinet, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 11. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 947 fol. 204 v.

3283. **27. Marts 1492.**

Kardinalerne Oliverius (Carafa), Julianus (de Rovere), Johannes Michael (de Michaelis), Dominicus (de Rovere), Johannes (de Comitibus) og Ardicinus (de Porta) giver efter Ansøgning af Troels, Sognepræst i Ondløse, 100 Dages Aflad til dem, der paa Paaskedag, Juledag, St. Laurentius's Dag, Allehelgensdag og Indvielsesdagen for St. Annas Alter i samme Kirke besøger det nævnte Alter. Brevet gælder for al Fremtid.

Oliverius Sabinensis, Julianus Ostiensis, Johannes Michael Prænestinus [episcopi], Dominicus tituli s. Clementis, Johannes tituli s. Vitalis, Ardicinus tituli ss. Johannis et Pauli, presbiteri, s. Romane ecclesie cardinales, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Quanto frequentius *(Estrup, Tygestrup, 166—68; Reg. *8182).* Datum Rome in domibus nostris sub anno 1492, die vero 27. mensis martii pontificatus anno 8.

Afskrift af Fr. Drejer i Ondlosa (Arnemagn. 872, 4to, fol. 50).

3284. **29. Marts 1492.**

Paven befaler Prioren i Siguenza og Kanniken Rodericus de Cabredo i Leon samt Officialen i Slesvig at overdrage Præsten Mikkel Jensen fra Slesvig Stift et beneficium ved Nicolai Kirke i Flensborg.

Priori Seguntine et Roderico de Cabredo canonico Legionensis ecclesiarum ac officiali Slesvicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, quoddam perpetuum simplex beneficium ad altare s. Trinitatis situm in ecclesia s. Nicolai in Flenismorch[1]) dicte diocesis, quod Gerardus Prin[2]) clericus obtinebat, per obitum eiusdem Gerardi[3]) vacet ad presens, nos, Michaeli Johannis presbitero Slesvicensis diocesis specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus beneficium predictum [fructus 3 mr.] prefato Michaeli auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 4. kal. aprilis anno 8.

Ja. Gratis pro deo. 15. kal. maji anno 8. du Breucquet

Reg. Lat. 917 fol. 57 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 948 fol. 93 v.

3285. **3. April 1492.**

Aarhuskanniken Morten Olufsen faar Provisionsbullen paa Provstiet i Thyholm med Sognekirken i Hvidbjerg samt Kanonikat og Præbende i Ribe udstedt trods nogle Mangler i Supplikken (Nr. 3271).

Reformatio Martini Olaui.

Beneficia, que orator intendit impetrare per huiusmodi non promotionem, sunt parrochialis ecclesia in Hwidbergh cum suis annexis, prepositura ruralis, de Tierholm nuncupata, Burglanensis diocesis, quam dictus Wilhaldus post dictam vacationem, nullo sibi in ea de novo acquisito titulo aut juris adminiculo, sed temeritate propria et de facto per plures annos . . . . detinuit, prout detinet, indebite occupatam, ac canonicatus et prebenda Ripenses vacantes per dicti Wilhardi inhabilitatem seu verius per obitum ultimi possessoris ante dictum Wilhardum, cuius nomen, cognomen, gradus, annum obitus, que per locorum distantiam et temporis retroacti longitudinem sciri faciliter non possunt, presertim cum orator sit in Romana curia presens, dignetur s. v. pro sufficienter expressis habere, ac si de verbo ad verbum exprimerentur omnia premissa, etiam ac si post obitum ultimi possessoris antedictus Wilhardus impetrasset canonicatum et prebendam predictos. Dignetur igitur s. v. litteras

---

[1]) II: Fleborch [2]) II: Johannes [3]) II: Johannis

apostolicas super preinserta supplicatione conficiendas cum premissorum expressione . . . expediri mandare. Concessum. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 3. non. aprilis anno 8.

Suppl. 948 fol. 194.

3286. **6. April 1492.**

Paven befaler Biskoppen i Lübeck at give Lægmanden Hans Rantzau fra Lübeck Stift og Margrete Brockdorff fra Slesvig Stift Dispensation til at indgaa Ægteskab, skønt de er beslægtede i fjerde Grad.

Episcopo Lubicensi. Oblata nobis nuper pro parte Johannis Ranzouwe laici et Margarete Brocktorppe mulieris Lubicensis et Slesvicensis diocesium, petitionis series continebat, quod ipsi desiderant invicem matrimonialiter copulari, sed quia quarto consanguinitatis gradu invicem sunt conjuncti. eorum desiderium adimplere nequeunt, dispensatione apostolica desuper non obtenta. Quare pro parte Johannis et Margarete predictorum, qui de nobili militari genere ex utroque parente procreati existunt, nobis fuit supplicatum, ut super hoc ipsis de oportune dispensationis gratia providere dignaremur. Nos igitur fraternitati tue, cum Egerdus episcopus Slesvicensis, cui in hoc casu scribendum foret, impresentiarum in Romana curia resideat, mandamus, quatenus, si est ita dictaque Margareta propter hoc rapta non fuerit, cum Johanne et Margareta predictis, ut impedimento huiusmodi non obstante matrimonium inter se libere contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere libere valeant, apostolica auctoritate dispenses, prolem exinde suscipiendam legitimam nuntiando. Datum Rome 8. id. aprilis anno 8.

Ja. XVI. du Breucquet.

Reg. Lat. 919 fol. 123; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 949 fol. 35.

3287. **14. April 1492.**

Otto Jensen (Foged), Kannik i Roskilde og Sognepræst i Tostrup, faar Dispensation til med denne Kirke at forene et ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Otto Johannis ex utroque parente nobilis, canonicus Roskildensis ac rector parrochialis ecclesie in Tostrup, in artibus magister, quatenus secum, ut una cum dicta parrochiali ecclesia [fructus 2 mr. cum dimidia] quodcunque aliud beneficium curatum seu absque illa quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . ., si sibi alias cano-

nice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 18. kal. maji anno 8.

Suppl. 949 fol. 211.

3288. **14. April 1492.**

Klerken Knud Bryske fra Odense Stift, Sognepræst i Magleby, faar Dispensation til, skønt han kun er 13—14 Aar gammel, at beholde denne Kirke.

Dignetur s. v. cum Canuto Briske clerico Ottoniensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreato, cūrato parrochialis ecclesie in Magleby Ottoniensis diocesis predicte, ut ipse, non obstante defectu etatis, quem patitur in decimo tertio vel decimo quarto sue etatis anno vel circa constitutus, predictam ecclesiam vel quodcunque aliud beneficium curatum, si sibi quavis auctoritate canonice conferatur, libere recipere et licite retinere cum potestate etc. permutandi etc. possit, dispensare. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 18. kal. maji anno 8.

Suppl. 954 fol. 252.

3289. **23. April 1492.**

Paven tildeler sin familiaris Gotfridus Schuffuth Provstiet i Viborg og befaler Biskoppen i Volterra, Provsten i Basel og Officialen i Viborg at indføre ham i Embedet.

Gotfrido Schuffuth preposito ecclesie Vibergensis, familiari nostro. Grata familiaritatis obsequia [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum prepositura ecclesie Vibergensis, que inibi dignitas post pontificalem maior existit, et quam Bero Erici obtinebat, per obitum eiusdem Beronis vacet ad presens, nullusque de illa preter nos hac vice disponere possit, nos, volentes tibi, qui etiam continuus commensalis noster existis, gratiam facere specialem, preposituram predictam [fructus 8 mr.] tibi conferimus et de illa etiam providemus.

Et nichilominus episcopo Vulterano et preposito ecclesie s. Petri Basiliensis ac officiali Vibergensi mandamus, quatenus . . . . te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem pos-

sessionem prepositure predicte inducant. Datum Rome 9. kal. maji anno 8.

Reg. Vat. 781 fol. 63 v.

3290. 14. Maj 1492.

Paven tillader Leve og Christian Leven at ombytte deres Embeder, saaledes at Leve faar et evigt Vikariat i Slesvig, Christian Kanonikat og Præbende sammesteds og Provstiet i Ejdersted; tillige løser han Leve af det Band, Eggert Durkop havde faaet lyst ham i.

Lenoni Leuen perpetuo vicario ad altare b. Marie virginis ac ss. Philippi et Jacobi apostolorum situm in ecclesia Slesvicensi, decretorum doctori. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque hodie tu per Hermannum Ouelsust clericum Padeburnensis diocesis procuratorem tuum canonicatum et prebendam necnon preposituram, Eyderstetensem nuncupatam, ecclesie Slesvicensis et Carstianus Leuen per se ipsum perpetuam vicariam ad altare b. Marie virginis ac ss. Philippi et Jacobi apostolorum situm in dicta ecclesia, quos tunc obtinebatis, desiderantes illos . . . invicem permutare, in manibus nostris ex causa permutationis huiusmodi sponte resignaveritis, nosque resignationes huiusmodi ex eadem causa duxerimus admittendas, nos, qui dudum inter alia statuimus clausulam generalis absolutionis a censuris, quam in litteris apostolicis apponi contingeret, non suffragari non parentibus rei judicate et certis aliis personis tunc expressis ac generaliter quibuscunque aliis, qui censuris aliquibus etiam alias, quam ut prefertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduissent . . . ., te, qui quibusdam litteris monitorialibus contra te super certo alio beneficio ad instantiam Egerdi episcopi Slesvicensis decretis debite super hoc requisitus non paruisti, ac quem propterea auditor super hoc deputatus censuras in eisdem litteris monitorialibus contentas incurrisse declaravit, a predictis ac quibuscunque aliis excommunicationis sententiis et penis . . . absolventes, vicariam predictam. que sine cura est [fructus 4 mr.], per resignationem Carstiani huiusmodi vacantem, ... tibi conferimus et de illa etiam providemus . . . . . Nostre tamen intentionis existit, quod ex collatione nostra huiusmodi nullum tibi jus in vicaria quomodolibet acquiratur, nisi Carstianus in illa et tu in canonicatu et prebenda ac prepositura huiusmodi per vos taliter resignatis jus habueritis tempore resignationis earundem. Datum Rome pridie id. maji anno 8.

Simili modo episcopo Lubicensi ac decano ecclesie Lubicensis ac officiali Slesvicensi.

Ja. XIIII. XII. 4. kal. junii anno 8. du Breucquet.
Reg. Lat. 917 fol. 75.

3291. **23. Maj 1492.**

Kong Hans's Kansler, Ærkedegnen Johan Jepsen (Ravensberg) i Aarhus faar Dispensation til med dette Embede at forene to ellers dermed uforenelige Embeder og desuden opnaa to indbyrdes forenelige Embeder i een og samme Kirke.

Supplicat Johannes Jacobi archidiaconus Arusiensis, de militari genere ex utroque parente procreatus ac Johannis regis Dacie etc. cancellarius, quatenus secum, ut una cum dicto archidiaconatu quecunque duo seu illo per eum dimisso quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., necnon ut quecunque duo beneficia se alias invicem compatientia . . . sub uno eodemque tecto consistentia, si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque omnia . . . totiens, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia tria dumtaxat incompatibilia ac duo beneficia seu [ɔ: se] alias invicem compatientia ac sub uno eodemque tecto consistentia, dummodo inter ipsa tria incompatibilia beneficia huiusmodi plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie ac inter ipsa duo beneficia sub uno eodemque tecto consistentia duo canonicatus et due prebende seu perpetue vicarie non existant, similiter recipere et, quoad vixerit, retinere libere valeat, gratiose dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 10. kal. junii anno 8.

Suppl. 954 fol. 226.

3292. **23. Maj 1492.**

Klerken Daniel Berner fra Hildesheim Stift faar Provstiet og Kanonikat og Præbende i Minden mod at betale Forgængeren Eggert Durkop[1]) en aarlig Pension.

Alias prepositura ac canonicatu et prebenda in ecclesia Mindensi per obitum Bernardi Gnopendorp et Conradi de Hoberge vacantibus, s. v. Egerdo Durcap, tunc sacri palatii apo-

[1]) 16. Juli 1492 (Suppl. 953 fol. 310) tilstaas der Eggert Durkops Moder, Enken Martha Durkop, hendes Børn, Svigerbørn og Børnebørn og særlig hendes Datter Margareta »professa monasterii monialium ordinis s. Augustini canonicissarum regularium Myndensis diocesis« samt 7 andre Nonner i samme Kloster Tilladelse til at vælge Skriftefader, have Rejsealter m. m.

stolici causarum auditori, nunc vero episcopo Slesvicensi et unius ex dicti palatii auditorum [ↄ: -ibus] locumtenent, providit [de eisdem], possessione subsecuta. Tamen . . . . prepositurам ac canonicatum et prebendam huiusmodi resignat de presenti; supplicat igitur Daniel Berner, legum doctor, clericus Hildesemensis, quatenus sibi de dicta prepositura, que inibi dignitas curata maior post pontificalem electiva existit, ac canonicatu et prebenda huiusmodi [fructus insimul 24 mr.] providere necnon prefate creature, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 10 mr. super fructibus dictorum prepositure, canonicatus et prebende, quoad vixerit, [ipsi][1]) vel procuratori suo legitimo per dictum oratorem et suos successores, prepositure, canonicatus et prebende huiusmodi possessores pro tempore existentes, annis singulis in terminis et locis et sub sententiis et penis in talibus apponi solitis integre persolvendam reservare, ita tamen, quod, cedente vel decedente dicto Daniele oratore vel quomodolibet dimittente, ad dictam [ↄ: -tos] preposituram, canonicatum et prebendam illorumque possessionem dicta creatura absque alia confectione litterarum regressum habere possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod bulle provisionis, pensionis et regressu[s] seorsum et ad partem aut conjunctim expediri possint et de ambobus et pro ambobus respective. Datum Rome 10. kal. junii anno 8.

Suppl. 950 fol. 169 v.

3293. **24. Maj 1492.**

Klerken Peder Thomsen fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Mildsted i samme Stift.

Supplicat Petrus Thome clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi specialem gratiam facientes de perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia parrochiali Milstede dicte Slesvicensis diocesis . . ., que tanto tempore vacavit, quod eius collatio . . . . est juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet quidam Thomas Sunt assertus clericus predicte Slesvicensis diocesis absque titulo canonico sive adminiculo sibi suffragante eandem . . vicariam per decem sive duodecim annos citra vel supra detinuit, prout detinet, indebite occupatam [fructus 3 mr.], aliquibus probis viris in partibus

[1]) add. Gz.

illis residentibus mandare, ut se de premissis diligenter informent, et, si per informationem huiusmodi sibi constiterit [ita esse][1]), eundem Thomam Sunt a dicta perpetua sine cura vicaria amoveant ita, quod perpetuam sine cura vicariam sic, ut premittitur vacantem, aut per obitum Henrici Crim, eidem Petro oratori conferant seu provideant de eadem, dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 9. kal. junii anno 8.

Suppl. 950 fol. 128.

3294. **1. Juni 1492.**

Optegnelse om, at Slesvigkanniken Christian Leve lover at betale Annater af Kanonikat og Præbende i Slesvig samt af Provstiet i Ejdersted.

[1492] Die 1. [mensis] junii Johannes Wardeman clericus Maguntine diocesis ut principalis ac vice et nomine Cristiani Leuen canonici Slesvicensis in utroque jure bacallarii obligavit se camere apostolice pro annata maioris valoris canonicatus et prebende necnon prepositure Eyderstetensis in eadem ecclesia [fructus insimul 8 mr.], vacantium per resignationem ex causa permutationis facte cum Lenone Leuen pro vicaria ad altare b. Marie virginis et ss. Philippi et Jacobi in eadem [fructus 4 mr.] sub data Rome pridie id. martii anno 8.

Overstreget og tilføjet i Margen: Dicta die solvit pro annata maioris valoris dictorum canonicatus et prebende ac prepositure fl. 9 et bol. 40.

Annate 1492—93 fol. 163 v (Archivio di Stato).

3295. **1. Juni 1492.**

Leve Leven faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Slesvig, Christian Leve faar paany Kanonikat og Præbende samt Provstiet i Ejdersted.

Cum Leno Leuen canonicatum et prebendam ac preposituram Eyderstadensem et Cristianus Leuen vicariam perpetuam sine cura, quas in ecclesia Slesvicensi respective obtinebant, ex causa permutationis in manibus s. v. resignarunt, sanctitasque vestra ipsi Lenoni de dicta vicaria et prefato Cristiano de dictis canonicatu et prebenda ac prepositura providit . . ., possessione nondum subsecuta, dubitari possit de viribus huiusmodi permutationis ac provisionis subsecutarum. Dignetur igitur s. v. dicto Lenoni de dicta vicaria [fructus 4 mr.] et ipsi Cristiano

---

[1]) add. Gz.

de dictis canonicatu et prebenda ac prepositura [fructus insimul 8 mr.] de novo providere. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie . . . Et quod maior specificatio premissorum et circa ea necessariorum ac qualitatum dictorum beneficiorum, etiam si ipse Leno per annum et ultra censura ecclesiastica propter rem judicatam aut alias in causis beneficialibus sive dignitatem [ɔ: -tum] tangentibus dicta beneficia insorduit, fieri possit in litteris desuper conficiendis. Datum Rome kal. junii anno 8.

Suppl. 950 fol. 256 v.

Slesvicensis. Christianus Leven. Canonicatus per permutationem.

Uddrag i Indice 338 efter Reg. Lat. Innoc. VIII an. 8 lib. 14 (tabt) fol. 63.

3296. **3. Juni 1492.**

De evige Vikarer Peder Thomsen i Mildsted og Jakob Bartoldsen i Simonsberg i Slesvig Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie til de gejstlige Grader ved Kurien.

Cum Petrus Thome de Milstede et Jacobus Bartoldi clerici Slesvicensis diocesis, vicarii perpetui altarium b. Marie virginis parrochialium ecclesiarum in Milstede et Simensberg dicte diocesis respective sitarum propter ordinarii loci Slesvicensis absentiam, in Romana curia residentis et propter vicarii generalis eiusdem loci carentiam ad ordines sacros in illis partibus minime se promoveri facere valeant, unde pro ordinibus recipiendis dicti oratores se ad dictam Romanam curiam transferrentes (!), prout adhuc presentes existunt, supplicant s. v., quatenus ipsis, ut a quocunque antistite maluerint in dicta Romana curia [residente] aliquibus diebus dominicis vel festivis etiam extra tempora ad hoc a jure statuta ad sacros subdiaconatus, diaconatus et presbiteratus ordines rite se promoveri libere facere valeant, [dictoque antistiti] conferendi et omnibus predictis recipiendi ordines huiusmodi licentiam de consensu ordinarii concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinentur in camera apostolica. Datum Rome 3. non. junii anno 8.

Suppl. 951 fol. 101.

3297. **4. Juni 1492.**

Biskop Petrus de Vicentiis i Cesena faar motu proprio Befaling til at suspendere Bandlysningen over Sten Stures Kapellan, Præsten Nicolaus Gornow i Lübeck, som var paalagt efter Jens Pedersen Hostorps Begæring (jfr. Nr. 3109).

Motu proprio tibi Petro de Vicentia episcopo Cesenatensi curie causarum camere apostolice nostre generali auditori mandamus, quatenus Nicolaum Gornow presbiterum Lubicensem, Stenonis Stuwre regni Svecie viceregis capellanum, in nostrum et camere nostre apostolice negotium arduum specialiter missum, a sententiis et censuris per te in eundem ad instantiam cuiusdam Johannis Petri de Hestorp asserti clerici ob non paritionem litterarum executorialium in quadam causa Lubicensis vicarie, etiam per Johannem episcopum Nucerinum, unius ex sacri etc. [ɔ: palatii apostolici causarum auditoribus] locum tenentem, contra eundem Nicolaum decretarum et executarum latis absolvas et interdictum premissorum occasione impositum tollas ad duos annos proxime sequentes, ut ipse possit interim per curiam Romanam secure incedere ac negotia dicte camere apostolice cum presidentibus eiusdem camere nostre apostolice pertractare super summa debita eidem camere 26000 mr. arg., et interim in negotio executionis huiusmodi supersedeas. Concessum ad duos menses in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod sola signatura sufficiat. Et quod de assertis constare debeat eidem auditori. Datum Rome pridie non. junii anno 8.

Suppl. 950 fol. 179 v.

3298. **16. Juni 1492.**

Helligaandsklostret i København faar efter Ansøgning af Kong Hans, Ordenens Stormester og Klostrets Prior pavelig Stadfæstelse paa, at det maa nyde Helligaandsordenens Privilegier og staa direkte under Moderklostret i Rom (jfr. Nr. 2547).

Dudum Sixto pape IV per Cristiernum regem Dacie tunc in ipsius predecessoris presentia constitutum exposito, quod alias ipse rex, pie considerans, quod per totum eius regnum Dacie unum solum hospitale s. Spiritus ordinis s. Augustini erat, et quod ad opidum Haffnense Roskildensis diocesis, ubi idem rex ut plurimum residere consueverat, quamplures principes, barones, milites et armigeri confluebant, quodque nullus locus, ubi infantes expositi vel pauperum aut ex illegitimo matrimonio nati reciperentur, nutrirentur et sustentarentur, existebat, et quod ipse rex singulari devotione, quam ad hospitale s. Spiritus in Saxia de Urbe et prefatum ordinem gerebat, ac etiam pietate motus, unum hospitale sub eodem vocabulo s. Spiritus dicti ordinis de novo erigi et edificari fecerat, prefatus Sixtus ad ip-

sius regis supplicationem erectionem predictam . . . confirmavit ac statuit, quod hospitale sic erectum pro recollectione pauperum et infantium expositorum remaneret ac dicto hospitali in Saxia de Urbe et nulli alteri perpetuo subjectum esset et sibi annuas responsiones solitas persolveret et ab omnium monasteriorum et locorum dicti ordinis exactione et obedientia in omnibus ad instar aliorum hospitalium ipsi hospitali in Saxia de Urbe subjectorum exemptum esset, quodque prior et fratres dicti hospitalis erecti omnibus privilegiis . . . gauderet, quibus gaudebant ac gaudere possent magister et fratres dicti hospitalis in Saxia de Urbe, et insuper omnes indulgentias, remissiones preter plenarias aliaque privillegia apostolica et etiam per archiepiscopos, episcopos et alios dicto hospitali erecto et illud visitantibus sub quacunque verborum forma concessa prefato de novo erecto hospitali concessit et [ad][1]) illud tamen absque prejudicio dicti hospitalis in Saxia de Urbe transtulit. Et deinde s. v. . . . . concessionem, indulta, statuta, exemptionem, relaxationem, indulgentias ac litteras tam per dictum Sixtum quam quoscunque alios Romanos pontifices eidem hospitali in Saxia et eius membris concessa . . . . confirmavit ac illa omnia robur perpetue firmitatis obtinere decrevit. Ut igitur jam in eodem hospitali Haffnensi sic erecto regularis vite observantia secundum regulam s. Augustini dicti ordinis pariter et hospitalitas existat et observetur, etiam pauperum et miserabilium personarum commoditatibus inibi consulatur[2]), prout in aliis membris dicti hospitalis in Saxia de Urbe existit et conservari solet, quare supplicant tam Johannes rex Dacie filius et successor in regno predicti Cristierni regis, eiusdem hospitalis Haffnensis principalis fundatoris et erectoris, ... quam in Saxia de Urbe preceptor ac Haffnensis hospitalium predictorum prior et illius fratres, quatenus, quod dictum hospitale Haffnense sit verum et indubitatum membrum predicti Hospitalis in Saxia de Urbe necnon preterea omnibus privillegiis dicto ordini in genere concessis et in futurum concedendis tamquam aliud verum membrum gaudeat, statuere, declarare et pro potiori cautele suffragio, si necesse fuerit, eas [ɔ: ea] de novo ad predictum hospitale Haffnense extendere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 16. kal. julii anno 8.

Suppl. 951 fol. 295 v (= 254 v).

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. consoletur

3299. **28. Juni 1492.**

Klerken Poul Andersen fra Roskilde Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Roskilde.

Alias vacante perpetua vicaria cathedralis ecclesie Roskildensis ad altare s. Laurentii per obitum Georgii Olani, Paulus Andree clericus eiusdem Roskildensis diocesis eandem perpetuam vicariam auctoritate ordinaria sibi conferri et de illa provideri obtinuit, possessione subsecuta. Dubitat [tamen provisionem huiusmodi] viribus non subsistere dictamque vicariam adhuc vacare; supplicat [igitur], quatenus sibi de dicta perpetua vicaria [fructus 2 mr. cum dimidia] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 4. kal. julii anno 8.

Suppl. 954 fol. 11 v.

3300. **3. Juli 1492.**

Paven befaler Officialen i Verden at fælde Dom i Sagen mellem Katarina Breide, Enke efter Hans Rantzau, og hendes Mands Slægtning Ove Rantzau.

Officiali Verdensi. Humilibus etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte nobilis mulieris Catherine relicte Johannis Rantzow domicelli vidue domicelle Lubicensis diocesis petitio continebat, quod nobilis vir Ouo Rantzow domicellus eiusdem diocesis eiusdem Johannis consanguineus 1000 mr. monete Lubicensis ad dotem ipsius Catherine spectantes, quas prefata Catherina eidem Ouoni amicabiliter mutuaverat, eidem Catherine restituere recusavit in ipsius Catherine prejudicium non modicum et gravamen. Quare pro parte eiusdem Catherine nobis fuit supplicatum, ut omnes, quas ipsa Catherina contra dictum Ouonem super marchis predictis et illarum occasione movere intendit, causas alicui probo viro in partibus illis committere dignaremur. Nos itaque discretioni tue mandamus, quatenus, vocatis dicto Ouone et aliis, qui fuerint evocandi, auditisque hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota usuris cessantibus decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Rome 5. non. julii anno 8.

B. X. Bagarothus.
Reg. Lat. 921 fol. 270.

3301. **9. Juli 1492.**

Optegnelse om, at Paven udnævner [den danske Munk] Mads Knudsen til Biskop i Gardar efter Jakob Blaas Resignation.

[1492] Die lune 9. mensis julii sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem vicecancellarii admisit resignationem ecclesie Gardensis in manibus sue sanctitatis factam per Jacobum Blaa . . . . et illi de persona Mathie Canuti prefecit [ɔ: providit].

Gadensis gratis.

Arch. Consist. Acta Camerarii I, 24. Trykt Dipl. Norv. XVII, 1131.

REGISTER.[1])

[1]) Heri er ikke medtaget Ordet Danmark og de regerende Pavers Navne. Kardinalerne og enkelte andre Kurialer, hvis Slægtsnavne ikke findes i Teksten, er anførte under Fornavnet; S. betyder Sogn, H. Herred, Hgd. Herregaard.

TILLÆG.

BEGYNDELSESFORMLER.

(* betegner, at Formlen findes fuldstændig aftrykt her nedenfor.)

Nr. 2609. Ab eo, qui humani generis sumens effigiem.
- 2462. Ad apicem apostolatus.
- 2584. Ad cognitam devotionis constantiam.
- 2546. Ad decorem, venustatem et exaltationem.
- 2642. Ad ea ex apostolice servitutis officio (trykt III, 460).
- 2583. Ad hoc deus in apostolica sede.
- 3203. Ad hoc nos deus pretulit (trykt Nr. 126).
- 2575. Ad preclara devotissime fldei tue merita.
- 2656. Ad restaurandas.
- 3085. Ad Romani pontificis spectat officium.
- 3017. *Ad statum pacificum.
- 3097. Admonet nos sucepti cura regiminis.
- 2823. Alto divine providentie consilio.
- 2578. *Ante tronum divine clementie.
- 2458. Ante thronum divine majestatis.
- 2730. Apostolatus officium (trykt 451).
- 2534. Apostolice nobis licet immeritis.
- 2854. Apostolice sedis circumspecta benignitas (trykt 1480).
- 2531. Apostolice sedis indefessa clementia (trykt III, 461)
- 2739. Benigno.
- 2652. Copiosus in misericordia dominus.
- 2459. Cum a nobis petitur (trykt 1791).
- 2470. Cum de prudentia, fide et legalitate tuis.
- 2868. Cum nos nuper (trykt 859).
- 2569. Cum nos pridem (trykt 985).
- 2674. Cum precelsa.
- 2701. Cum sit una ecclesia.
- 2909. *Decet Romanum pontificem.
- 2747. Devotionis tue sinceritas.
- 2558. Dignum arbitramur (trykt 521).
- 2875. Dispositione divina ecclesiis omnibus.
- 2842. Dispositione divina gregi dominico.

Følgende Formler, som ikke findes fuldstændig optrykte i dette Bind, meddeles her:

Ad statum pacificum et tranquillum ecclesiarum et monasteriorum omnium cure nostre divina dispositione commissorum ac personarum

in illis divinis laudibus insistentium solicitis studiis intendimus et illa, que propterea ac etiam pro ecclesiarum, monasteriorum et personarum eorundem commodis et utilitatibus per ecclesiasticos prelatos et catholicos principes facta fuisse comperimus, ut firma perpetuo et inconcussa remaneant, libenter, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus.

Ante tronum divine clementie fideles Christi, sanctorum piis adjuti suffragiis, ad eorum colenda festiva solemnia eo debent ferventius excitari, quo talium patronorum fulciti presidiis potiora retributionis premia promerentur; propterea nos more pastoris vigilis oves gregis dominici cure nostre commissas, quas cupimus in loco pascue collocari, ad eorundem sanctorum trahimus libenter obsequia, ut illos in conspectu domini devota veneratione collaudent.

Decet Romanum pontificem singula queque certo rationis moderamine considerantem litium dispendia equitatis compendio, qua potest industria, celeriter contrahere, prout rerum et temporum qualitate pensata id conspicit salubriter in domino expedire.

Ea, que pro ecclesiarum, presertim cathedralium ac personarum in illis divinis preconiis famulantium, provide dicuntur processisse, [ut] illibata perpetuo maneant et firma, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus.

Etsi cuncte ecclesie et loca sub sanctorum fundata vocabulis digne revereantur et a Christifidelibus jugiter rever[a]ntur, illa tamen, que in honorem b. Marie virginis simul ac vivifice ac salutifere Crucis fundata reperiuntur, maiori quadam veneratione et devotione convenit honorari, quarum altera regem regum humane fragilitatis veste indutum immaculata genuit et intacta, in altera vero idem rex regum salvator noster dominus Jesus Christus pro nostra redemptione de hoste humani generis triumphavit, ut, unde mors orta fuerat, inde vita resurgeret.

Ex superne providentia maiestatis Romanus pontifex in excelse dignitatis specula constitutus ecclesiarum quarumlibet, presertim cathedralium, qualitatem attendens illarum statum quandoque in melius commutat ac votis catholicorum regum et principum, in hiis presertim, que divini cultus augmentum respiciunt, favorabiliter annuit nonnullaque circa ea fieri et ordinari hortatur et mandat, prout rationabiles cause persuadent et id conspicit in domino salubriter expedire.

Ex tue devotionis affectu, qua nos et sedem apostolicam revereris, provenire dinoscitur, ut illa tibi favorabiliter [concedamus], per que conscientie pacem et anime tue salutem deo propitio consequi valeas.

Fervens sinceraque devotio vestra, quam ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobamini, merito nos inducunt, ut illa vobis

favorabiliter concedamus, per que conscientie pacem et anime vestre salutem deo propitio consequi valeatis.

Gloriosi Lucii martiris, qui caritatis flagrans ardore manus pauperibus et periclitantibus liberales aperuit, ecclesias, presertim cathedrales, sub eius vocabulo dedicatas, eo maiori a Christi fidelibus veneratione congruit visitari, quo ipse per viam martirii meruit in celestibus collocari ac eius meritis et intercessionibus mutuis placatur altissimus, votis inclinatur propitius et sue pietatis aures supplicum precibus favorabilius accommodat et gratiosius impartitur.

Gloriosi principis nostri eterni dei imperscrutabilis altitudo prudentie, nullis comprehensa limitibus nullisque circumscripta terminis, sed ingens atque ineffabilis, sic per nos et alios, qui in sede Petri Romane ecclesie gubernacula hactenus eo diligente rexerunt, sue pietatis et immense liberalitatis thesaurum spiritualem inter quoscunque fideles voluit liberaliter dispensari, quod fideles ipsi, cupientes aule celestis attingere limina, non per insupportabiles labores et anxios spiritus, non per formidanda pericula et immensas augustias, sed per eius dona gratie spe, fide et caritate muniti ad celestia regna cum beatis valeant feliciter pervenire.

Hiis, que pro divini cultus augmento ac nobis et apostolice sedi devotarum necnon pauperum et aliarum miserabilium personarum morbo lepre detentarum commoditatibus provide facta sunt aut fuerint, [ut] perpetua et illibata persistant, cum a nobis petitur, apostolici mandamus adjici muniminis firmitatem.

Hiis, que pro ecclesiarum et presertim metropolitanarum ac illis presidentium personarum commodo et utilitate ac divini cultus augmento et animarum salute provide facta sunt, ut illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolici mandamus adjici muniminis firmitatem.

Hiis, que pro universitate et decore ecclesiarum, presertim cathedralium, ac personarum in illis divinis laudibus insistentium pace et tranquillitate concessa repperiuntur, ut firma et inconcussa persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolici muniminis adjicimus firmitatem.

Magne devotionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobamini, digne meretur, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per que conscientie pacem et animarum vestrarum salutem deo propitio consequi possitis.

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benivolentia prosequentes illa tibi libenter concedimus, que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna.

Quamvis ea, que litterarum apostolicarum auctoritate facta sunt, plenam deceat obtinere roborls firmitatem, nonnumquam tamen Ro-

manus pontifex illa de novo approbat et robur decernit obtinere perpetue firmitatis, ut eo solidiora permaneant, quo frequentius per sedem apostolicam fuerunt roborata.

Quanta in dei ecclesia ad salutem animarum Christi fidelium persone religiose vita exemplari et honestis operibus afferunt incrementa virtutum, tanta eisdem inferunt detrimenta salutis, si a recto tramite per incontinentiam et vitam lassiorem ad illicita prolabuntur, quo fit, ut diligens et curiosum reformationis ministerium in talibus oportunum esse noscatur, ne propter vitiorum atque excessuum tolerantiam hostis antiqui operante versutia maiores errores et scandala cum inevitabili jactura exinde valeant exoriri.

Redemptoris nostri Jesu Christi, qui non mortem sed salutem desiderat peccatorum, cuius licet immeriti vices in terris gerimus, exemplo eruditi fidelium omnium nostre cure divinitus creditorum salutem summo desiderio appetentes, ipsos nonnunquam ad ecclesias et in eis sita altaria, presertim sub beate et gloriose virginis Marie, cuius ubera ipsum redemptorem lactare meruerunt, et aliorum sanctorum fundata nominibus visitanda et caritatis ibidem auxilia impendenda indulgentiis et remissionibus libenter inducimus, ut virginis ac sanctorum eorundem adiuti suffragiis, que propriis meritis attingere nequeunt, premia consequantur felicitatis eterne.

Romani pontificis copiosa benignitas de statu personarum quarumlibet, et presertim ad dignitatem episcopalem assumendarum, quas oportet omni carere macula, ne tante dignitatis censeantur indigni, solicite considerans, ad ea libenter intendit, per que persone assumende predicte ecclesiis sibi commissis salva conscientia et integra mente preesse salubriter valeant.

Sedis apostolice exuberans clementia recurrentium ad ea post excessum cum humilitate personarum statui libenter consulere illisque ad gratiam se liberalem exhibere consuevit, quos ad id alias propria virtutum merita laudabiliter recomendant.

Solet Romanus pontifex, cui plenitudo celitus est indulta potestatis, illa, que a predecessoribus suis ex sinistris suggestionibus conspicit emanasse, ex commissi sibi officii debito pastoralis in tramitem reducere rationis ac pro sue modestie providentia cassare et annullare, prout pia catholicorum regum et principum devotio exposcit et id in domino conspicit salubriter expedire.

Solet sedes apostolica pia mater recurrentium ad eam cum humilitate filiorum statum post lapsum libenter se propitiam et benignam exibere et erga illos dexteram sue liberalitatis extendere, quos ad id propria virtutum merita favorabiliter recommendant.

Super universas orbis ecclesias obtinentes divina institutione primatum et circa illarum singulas exacta diligentia vigilantes, earum

profectibus libenter intendimus et, ut in hiis cultus divinus jugiter florere valeat, opem et operam adhibemus efficaces, ac hiis, que propterea de mandato nostro facta fuisse dicuntur, licet plenam obtineant roboris firmitatem, ut eo firmius illibata permaneant, quo magis fuerint apostolica auctoritate munita, cum a nobis petitur, nostri adjicimus muniminis firmitatem.

Superveniens largitas nonnumquam in multis sic sua dona diffundit, quod etiam etatis defectum patientes per suarum virtutum merita eundem supplentes defectum merentur ad dignitatum culmina promoveri.

Tue devotionis precibus benignum impartientes assensum, libenter ea tibi concedimus gratiose, que tue quietis commodum respicere dinoscuntur.

TRYKFEJL OG RETTELSER.

S. 6 L. 2 f. o. Hans Breide, læs Johan Breyde.
- 12 - 2 f. n. 15. Nov., læs 24. Nov.
- 22 - 12 f. n. 4. R. I, læs 4. R. II.
- 29 - 8 f. o. Enevold, læs Enwald.
- 56 - 15 f. n. preconsiderans, læs pie considerans.
- 60 - 15 f. n. Slesvig, læs Schwerin.
- 209 - 3 f. o. Poyske, læs Pojske.
- 241 - 9 f. n. juribus, læs viribus.
- 242 - 12 f. o. læs evitari mandamus. Preterea.
- 242 - 17 f. o. Udraabstegnet bortfalder.
- 258 - 2 f. o. Stolp, læs Gl. Stolp.
- 278 - 6 f. o. eos (!)[1], læs nos (!)[1].
- 284 - 8 f. n. Saxesen, læs Saxe.
- 288 - 1 f. n. 89 (308), læs 84 A.
- 289 - 4 f. n. Sasse, læs Saxe.
- 305, Nr. 2913. Menekel, læs Menkel.
- 305, Nr. 2914. Tilføj: Er vist fra 5. Maj 1490 (jfr. Nr. 3194).
- 310-11 I Overskrifterne til Nr. 2924 og 25 læs Kjeld Ovesen (Krabbe).
- 352 L. 17 f. n. Johan Jepsen (Ravensberg), læs Jens Jakobsen.
- 371 - 12 f. n. Jens Hagensen, læs Jens Hagensen (Aagesen).
- 454 - 6 f. o. Durcop, læs Durkop.
- 456 - 1 f. n. Kirken, læs Vikariatet.
- 458 - 17 f. n. locumtenente, læs locumtenenti.
- 461 - 19 f. o. nam (cum, læs (nam cum.